A propos de ce livre

Ceci est une copie numérique d'un ouvrage conservé depuis des générations dans les rayonnages d'une bibliothèque avant d'être numérisé avec précaution par Google dans le cadre d'un projet visant à permettre aux internautes de découvrir l'ensemble du patrimoine littéraire mondial en ligne.

Ce livre étant relativement ancien, il n'est plus protégé par la loi sur les droits d'auteur et appartient à présent au domaine public. L'expression "appartenir au domaine public" signifie que le livre en question n'a jamais été soumis aux droits d'auteur ou que ses droits légaux sont arrivés à expiration. Les conditions requises pour qu'un livre tombe dans le domaine public peuvent varier d'un pays à l'autre. Les livres libres de droit sont autant de liens avec le passé. Ils sont les témoins de la richesse de notre histoire, de notre patrimoine culturel et de la connaissance humaine et sont trop souvent difficilement accessibles au public.

Les notes de bas de page et autres annotations en marge du texte présentes dans le volume original sont reprises dans ce fichier, comme un souvenir du long chemin parcouru par l'ouvrage depuis la maison d'édition en passant par la bibliothèque pour finalement se retrouver entre vos mains.

Consignes d'utilisation

Google est fier de travailler en partenariat avec des bibliothèques à la numérisation des ouvrages appartenant au domaine public et de les rendre ainsi accessibles à tous. Ces livres sont en effet la propriété de tous et de toutes et nous sommes tout simplement les gardiens de ce patrimoine. Il s'agit toutefois d'un projet coûteux. Par conséquent et en vue de poursuivre la diffusion de ces ressources inépuisables, nous avons pris les dispositions nécessaires afin de prévenir les éventuels abus auxquels pourraient se livrer des sites marchands tiers, notamment en instaurant des contraintes techniques relatives aux requêtes automatisées.

Nous vous demandons également de:

+ *Ne pas utiliser les fichiers à des fins commerciales* Nous avons conçu le programme Google Recherche de Livres à l'usage des particuliers. Nous vous demandons donc d'utiliser uniquement ces fichiers à des fins personnelles. Ils ne sauraient en effet être employés dans un quelconque but commercial.

+ *Ne pas procéder à des requêtes automatisées* N'envoyez aucune requête automatisée quelle qu'elle soit au système Google. Si vous effectuez des recherches concernant les logiciels de traduction, la reconnaissance optique de caractères ou tout autre domaine nécessitant de disposer d'importantes quantités de texte, n'hésitez pas à nous contacter. Nous encourageons pour la réalisation de ce type de travaux l'utilisation des ouvrages et documents appartenant au domaine public et serions heureux de vous être utile.

+ *Ne pas supprimer l'attribution* Le filigrane Google contenu dans chaque fichier est indispensable pour informer les internautes de notre projet et leur permettre d'accéder à davantage de documents par l'intermédiaire du Programme Google Recherche de Livres. Ne le supprimez en aucun cas.

+ *Rester dans la légalité* Quelle que soit l'utilisation que vous comptez faire des fichiers, n'oubliez pas qu'il est de votre responsabilité de veiller à respecter la loi. Si un ouvrage appartient au domaine public américain, n'en déduisez pas pour autant qu'il en va de même dans les autres pays. La durée légale des droits d'auteur d'un livre varie d'un pays à l'autre. Nous ne sommes donc pas en mesure de répertorier les ouvrages dont l'utilisation est autorisée et ceux dont elle ne l'est pas. Ne croyez pas que le simple fait d'afficher un livre sur Google Recherche de Livres signifie que celui-ci peut être utilisé de quelque façon que ce soit dans le monde entier. La condamnation à laquelle vous vous exposeriez en cas de violation des droits d'auteur peut être sévère.

À propos du service Google Recherche de Livres

En favorisant la recherche et l'accès à un nombre croissant de livres disponibles dans de nombreuses langues, dont le français, Google souhaite contribuer à promouvoir la diversité culturelle grâce à Google Recherche de Livres. En effet, le Programme Google Recherche de Livres permet aux internautes de découvrir le patrimoine littéraire mondial, tout en aidant les auteurs et les éditeurs à élargir leur public. Vous pouvez effectuer des recherches en ligne dans le texte intégral de cet ouvrage à l'adresse `http://books.google.com`

Digitized by Google

MARTIN A. McGOFF
BOOKSELLER
17 MOORFIELDS, LIVERPOOL

Digitized by Google

3 Vols in 1

192/6



Digitized by Google

BS
2350
.G8
1853

Digitized by Google

Digitized by Google

EVANGELIA APOCRYPHA.

Digitized by Google

Ienae
Typis Friderici Frommanni.

Digitized by Google

Bible. N.T. Apocryphal books. Greek and Latin. 1853.

EVANGELIA APOCRYPHA

ADHIBITIS PLURIMIS CODICIBUS GRAECIS ET LATINIS
MAXIMAM PARTEM NUNC PRIMUM CONSULTIS
ATQUE INEDITORUM COPIA INSIGNIBUS

EDIDIT

CONSTANTINUS TISCHENDORF
THEOL. ET PHIL. DR. THEOL. PROF. P. ORD. H. LIPS.

LIPSIAE
AVENARIUS ET MENDELSSOHN
MDCCCLIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

Lib.
mc Roff
1-28-07
33401
3v. in 1

VIRO SUMMO

AMPLISSIMO ILLUSTRISSIMO EXCELLENTISSIMO

IOH. PAULO DE FALKENSTEIN

POTENTISSIMO REGI SAXONIAE A SUMMIS NUPER REIPUBLICAE MINISTRIS, SUMMI SENATUS ECCLESIASTICI NUNC PRAESIDI, COMPLURIUM ORDINUM EQUESTRIUM SUPREMIS INSIGNIBUS DECORATO, ETC. ETC.

S. P. D.

CONSTANTINUS TISCHENDORF.

Ex quo primum tempore animum viresque applicui ad promovenda fontium sacrorum studia, in primis Tu conatus meos favore consilio auctoritate adiuvisti. Nec fere est qui per omnes rerum casus ad hunc usque diem mihi laboribusque meis fidelior Te patronus exstiterit. Nullis enim obtrectatorum iniuriis aut artibus Tua erga me benevolentia cessit, neque aliter unquam sensisti quam studiis meis ecclesiae Christianae bene consuli. Hinc magnopere hanc mihi occasionem gratulor pietatis meae Tibi denuo testificandae. Quod igitur ante hos duodecim annos prima mea librorum Novi Testamenti editione splendidissimo nomini Tuo dedicanda feci, id nunc evangeliis his meis apocryphis repetere institui. Quod ne cui mirum videatur, quasi a canonicis ad apocrypha ventum sit. Illud enimvero in apocryphis evangeliis optimae frugis est quod divinam cano-

Digitized by Google

nicorum auctoritatem quum natura tum historia sua sustentant, illorumque fidem sua ipsorum falsitate egregie confirmant: quod ut nostris temporibus multi male ignorant, ita iam Irenaeus et Tertullianus luculenter probaverunt. Praetereaque probe scis, fucum apocryphorum alienissimum esse ab animi mei sinceritate atque a meo erga Te studio, observatione, pietate.

Quod reliquum est, Vir Summe, semper ac diu fac quod dudum fecisti, ut Tua virtute prudentia fide consilio patriam iuves, bonas augeas litteras, ecclesiae evangelicae lumen Te columenque praestes.

Scribebam Lipsiae die sacrorum instauratorum a. 1852.

Digitized by Google

PROLEGOMENA.

Actibus apostolorum apocryphis nuper a me editis praefaturo proficiscendum inde erat quod illi obscura fama magis quam ipso studio inter viros doctos innotuissent necdum maiore ex parte editi essent. Longe alia, ut iam tum significabam, evangeliorum apocryphorum ratio est. Ista enim quum plures editores per tria haec saecula invenerunt, tum a multis cognita tractata adhibita sunt. Neque id mirum. A primis enim ecclesiae Christianae saeculis quam famam habuerunt, ea non modo ad tempora proxime subsecuta transiit, sed etiam per totam fere aetatem mediam viguit; unde factum est ut et graece et latine saepe transscriberentur, atque in multas quum orientis tum occidentis linguas converterentur. Quae famae celebritas hanc caussam habuit quod traditiones, in quibus tota versantur, de Maria et reliquis Iesu parentibus, item de ortu atque infantia Iesu deque ultimis eius fatis, curiositatem hominum tantopere occupabant ut variis modis excolerentur, ore populi circumferrentur, diebus festis recitarentur, carminibus artisque operibus exprimerentur, neque tantum privatim crederentur et pro veris venditarentur, verum etiam, canonicis evangeliis vel invitis, ad ipsa ecclesiae praecepta atque instituta vim haberent. His ipsis in rebus posita est eximia quaedam evangeliorum apocryphorum gravitas: quemadmodum enim eorum temporum quibus primum prodierunt ingenium docent, ita etiam lucem afferunt iis quae inde ortae sunt fabulis atque opinionibus populi, item historiae dogmatum, rituum, artium. Quem ad usum accedit alius, neque is minoris aestimandus est: magnopere enim adiuvant

Digitized by Google

indagantes canonicorum evangeliorum rationes, quibuscum eam habent necessitudinem ut quantam illa in ipsa ultima ecclesiae antiquitate auctoritatem habuerint ostendant, praetereaque et sermonem quo scripta sunt et res quas tradunt et interpretationes quas subierunt illustrent.

Sed de his nunc non est explicatius dicendum; iam fecimus id quidem libello nuper apud Haganos publicato [1]), quem ubi primum per otium licuerit accuratius repetere propositum est. Breviter tantum hoc loco indicandum videbatur quanti momenti quantaeque esset utilitatis, nostra certe sententia, evangeliorum apocryphorum studium: propter hanc enim caussam et ipsi studium contulimus ad hos libros edendos. Qui quamquam inde ab aetate reformatorum usque ad nostra tempora editorum doctorum industriam nacti sunt, tamen facile intelligitur textum eorum nondum ea probabilitate constitutum esse quae ex antiquis libris manu scriptis hauriri queat. Sunt autem apocrypha evangelia eiusmodi ut prae ceteris curam criticam poscant, neque recte adhiberi possint nisi antiquiore textu a mutationibus quas posterior libido invexit bene distincto: tot enim illa quidem subierunt casus, tot et tales recensiones experta sunt, ut nihil simile acciderit in ullo librorum sacrorum, quos variantium lectionum magna vi obrutos esse constat. Quemadmodum autem libelli qui huc pertinent dudum editi labores circa textum criticos requirunt, ita sunt alii cum editis vel arctiore vel laxiore vinculo coniuncti qui hucusque in bibliothecarum umbra delituerunt. Hos igitur ut primum in lucem proferrem, illos ut subsidiis novis criticis excolerem atque emendarem, propositum mihi erat in paranda hac evangeliorum apocryphorum editione. In qua quid in utramque partem praestiterim vel assecutus mihi videar, iam paucis dicendum erit. Quod ita instituam ut tria librorum horum evangelicorum genera distinguam, quorum primum comprehendit qui ad parentes Iesu atque ipsius ortum, alterum qui ad infantiam eius, tertium qui ad fata eius ultima spectant.

Ac *primum* quidem *genus* quatuor editionis nostrae scripta com-

---

[1]) *De evangeliorum apocryphorum origine et usu.* Scripsit C. Tischendorf. Disquisitio historica critica quam praemio aureo dignam censuit Societas Hagana pro defendenda Religione Christiana. Hagae Comitum 1851.

Digitized by Google

plectitur, protevangelium Iacobi, Pseudo-Matthaei evangelium, evangelium de nativitate Mariae, historiam Iosephi fabri lignarii. In his maximam curam impendimus Pseudo-Iacobi libello. Praeter codices enim Thilonis quatuor, Birchii duos, item Fabricianum et Postelli textum, ut Pseudo-Eustathium aliosque praeteream, adhibuimus octo codices a Thilone nondum adhibitos. Neque vero satis visum est ex his codicibus unum prae ceteris repraesentare, sed primi operam dedimus ut textum conformaremus ad optimorum codicum consensum. Porro Pseudo-Matthaei evangelium, cuius posterior pars huc usque inedita erat, e duobus codicibus nostris edidimus, adhibitis insuper Thilonis subsidiis. Ad evangelium de nativitate Mariae contulimus alterum de codicibus nostris evangelii Pseudo-Matthaei, ex quo Fabricianum textum passim emendare licebat. Iosephi vero historiam iuvimus eo quod cum fragmentis coptis et sahidicis iam a Zoega allatis ea quae nuper Dulaurier ex eodem fonte hausit coniunximus.

Alterum genus constituunt evangelii Thomae textus graecus A, item textus graecus B; evangelium Thomae latinum; evangelium infantiae ex arabico latine. In his duo inedita publicavimus, quorum alterum, evangelii Thomae textum graecum, ex codice monachorum Sinaiticorum dum apud eos versabamur descripsimus; latinum vero evangelii Thomae textum Vaticano debemus codici. Utrumque textum adnotatione critica et synoptica instruximus. Alterum evangelii Thomae graecum textum accuratius quam hucusque factum erat exegimus ad Dresdanum codicem et lectiones Bononienses a Mingarellio exscriptas, adhibitis insuper fragmentis Parisiensibus et Vindobonensibus. In edenda latina evangelii arabici interpretatione egregie adiuvit nos collega celeberrimus Fleischerus, cuius studio is textus multo nunc emendatior prodit.

Tertii generis libellos edidimus tredecim. Primum hosce sex: Gesta Pilati graece A, graece B; item eadem latine; Descensum Christi ad inferos graece; item latine A et latine B. Pertinent haec omnia ad evangelium Nicodemi quod dici solet, cuius

Digitized by Google

duas partes idoneis de caussis separatim dedimus. Rursus vero tanta est quum in graeco Gestorum Pilati tum in latino Descensus Christi textu antiquorum testium discrepantia ut duae certe recensiones distingui debeant, quarum utramque plenam et continuam repraesentavimus. In his nunc primum a nobis editur textus Gestorum Pilati graecus B ex tribus codicibus, item ex totidem codicibus latinus textus alter libelli quem Descensum Christi ad inferos diximus. De libris reliquis quatuor Gesta Pilati graece A recensuimus ad graecos codices octo, quorum duo Monacenses iterum et accurate contulimus, tres alios sed non integros primi excussimus. Praeterea adhibuimus primi summae vetustatis reliquias duas, alteras coptas papyraceas, alteras pauciores latinas ex palimpsesto codice haustas. Porro graecum Descensus Christi textum ad codices conformavimus tres, quorum praestantissimus nondum innotuerat. Latinus vero noster Gestorum Pilati textus a Thilonis plurimum differt; quippe quem ad octo testes, quorum quinque Thilonem latuerant, recensere licebat. Minor inter Thilonem et me discrepantia est in altero latino textu Descensus Christi ad inferos, quamquam et ipsum ex pluribus novis subsidiis et emendavimus et illustravimus.

Ad idem *tertium genus* pertinent Anaphora Pilati graece A et graece B, item Paradosis Pilati graece et altera Pilati epistola latine. Priores tres graecos libellos ita edidimus ut cuiusque textum ad quinque codices constitueremus, quorum maiorem partem ex bibliothecis exscripsimus. Nec nihil inde subsidii habuimus ad repetendam latinam Pilati epistolam eam quae separatim edi solet: alteram enim nos quoque ex codicum auctoritate ad finem Descensus Christi ad inferos latine A adiunximus, ex pluribus emendatam instrumentis.

Denique *eiusdem generis* libri ii tres qui reliqui sunt, Mors Pilati, Iosephi narratio, Vindicta Salvatoris, fere toti nostris debentur studiis. Iosephi quidem narrationem iam Birchius Auctario suo codicis apocryphi inseruerat, sed maiore cum vitiositate quam in ipso codice est nec ulla religiosi editoris cura adhibita. Nos eam ex duobus codicibus descripsimus et cum critica cura

Digitized by Google

edidimus. Ultimos vero tractatus duo, quorum alter Mors Pilati inscribitur, alter Vindicta Salvatoris, primi in lucem protraximus, anglosaxonico etiam cum latinis textu collato.

Quae quidem si comprehendimus, plus quadraginta instrumentis criticis apparatum clarissimi Thilonis eorumque qui illum praecesserunt augere nobis contigit. Septem editionis nostrae libellos primi dedimus; emendandis evangeliis antiquissimis quae Iacobi Thomae Nicodemi nominibus insigniuntur plurimam operam impendimus; reliquorum nihil non labore nostro emendatum aut illustratum prodit. His studiis omnibus etsi rem gravem quae intelligentibus viris videtur maiorem in modum promotam esse confidimus, tamen nequaquam ita absolvisse nobis videmur ut iam nostris aut aliorum quorum hanc litterarum partem subtilius nosse intersit desideriis penitus sit satisfactum [1]).

---

[1]) Ceterum tria sunt a Thilone in suam apocryphorum evangeliorum collectionem recepta quae in nostram non recepimus. Primum est evangelium Marcionis *ex auctoritate veterum monumentorum descriptum ab Augusto Hahn.* Est illud ex genere satis diverso a reliquis quae dicuntur apocryphis evangeliis: Lucae enim evangelium est, studiis Marcionis mutilatum et corruptum. Potest vero ex Epiphanio, Tertulliano et dialogo Pseudorigeniano multo rectius disci quos ille locos expulerit, item quos inprimis suam ad mentem mutaverit, quam quemadmodum singula quaeque legerit. Parum enim quidem apte Hahnius cum eoque Thilo, viri clarissimi, textum quem Marcionis dixerunt maximam partem conformatum ad editiones in scholis vulgatas ediderunt. Altero libello qui apud Thilonem legitur, non item apud nos, explicatur de codice evangelii Iohannis *Parisiis in sacro templariorum tabulario asservato.* Quae res quum non ad antiquitatem Christianam sed ad recentiora tempora pertineat — ipse enim codex quem ex antiquiore fluxisse fingunt aetatem sacrorum instauratorum non ita multum antecedere videtur — praetereaque arbitrium templarii auctoris evangelio Iohannis mutilando interpolando corrumpendo simile quidem sit antiquae haeresi sed non accedat ad rationem evangeliorum quae habemus apocryphorum, huc quadrare visa non est. Atque similis ratio est etiam tertii libelli quem Thilo evangelicae parti codicis sui apocryphi inseruit, repetens ex Albigensium historia a Iohanne Benoist edita. Pertinet enim liber S. Iohannis apocryphus — hunc enim titulum habet — ad historiam haeresium aetatis mediae. Argumenti vero est apocalyptici magis quam evangelici. Quam ob rem si nobis repetenda videbitur, certe non cum evangelicis coniungenda est scriptis.

Digitized by Google

Quibus in universum ac breviter expositis explicandum est de singulis.

I. PROTEVANGELIUM IACOBI.

Hoc quantae sit antiquitatis, quum ad veterum testimonia tum ad ipsum quod tractat argumentum indicandum est. Testantur autem de eo veterum plurimi, inter quos a quarto inde saeculo nomina eminent Gregorii Nysseni († 394)[1]), Epiphanii († 403)[2]) et Pseudepiphanii[3]), Pseudeustathii Antiocheni[4]), Andreae Cretensis (saec. VII.)[5]), Germani patriarchae (saec. VIII.)[6]), Iohannis Damasceni (saec. VIII.)[7]), Photii (saec. IX. med.)[8]), Nicetae Paphlagonis (saec. IX.)[9]), Georgii Nicomediensis (saec. IX.)[10]), Epiphanii monachi (circa X. saec.)[11]), Iacobi monachi (circa XI. saec.)[12]) aliorumque. Sed a Gregorio Nysseno atque Epiphanio redeundum est ad ipsum Ori-

---

[1]) Cf. orat. in diem natal. Christi Opp. Paris. 1615. II, p. 778. ἤκουσα τοίνυν ἀποκρύφου τινὸς ἱστορίας τοιαῦτα παρατιθεμένης τὰ περὶ αὐτῆς (i. e. Μαρίας) διηγήματα sqq.

[2]) Cf. haeres. LXXIX. § 5. (ed. Petav. I, 1062.) Εἰ γὰρ ἡ τῆς Μαρίας ἱστορία καὶ παραδόσεις ἔχουσιν ὅτι ἐρρέθη τῷ πατρὶ αὐτῆς Ἰωακεὶμ ἐν τῇ ἐρήμῳ ὅτι ἡ γυνή σου συνειληφυῖα etc. Item haeres. LXXVIII. § 7. (ed. Petav. I, p. 1038.) ὅτε ἡ παρθένος παρεδίδοτο τῷ Ἰωσήφ, κλήρων εἰς τοῦτο ἀναγκασάντων αὐτὴν ἧκειν, οὐ παρεδόθη αὐτῷ εἰς συνάφειαν etc.

[3]) Cf. ἐγκώμιος εἰς τὴν ἁγ. Θεοτόκον Opp. ed. Petav. II. p. 292. Ἰωακεὶμ γὰρ ἐν τῷ ὄρει προσηύχετο, καὶ Ἄννα ἐν τῷ παραδείσῳ αὐτῆς.

[4]) Cf. S. Eustathii Comm. in Hexaëmeron etc ed. Allatius 1629. p. 70 sqq. Ἄξιον δὲ τὴν ἱστορίαν ἣν διέξεισι περὶ τῆς ἁγίας Μαρίας Ἰάκωβός τις ἐπελθεῖν.

[5]) Cf. Combefis. Nov. Auctar. (Asterii aliorumque etc.) I. p. 1290 sqq. Cf. inprimis p. 1300 sqq. 1319 sq.

[6]) Cf. Combefis. l. l. I. p. 1411 sqq. Inprimis p. 1416. 1420. 1437. 1440.

[7]) Cf. oratt. I. II. in natal. Mariae in opp. (ed. Lequien 1712.) II. p. 841 sqq.

[8]) Cf. Combefis. l. l. I. p. 1583 sqq.

[9]) Cf. Combefis. Auctar. Novissim. I. p. 437 sqq.

[10]) Cf. Combefis. Nov. Auctar. I. p. 995 sqq. oratt. plur. Cf. inprimis pag. 1000. 1001. 1009. 1024. 1032 sq. 1049. 1054. 1088. 1120.

[11]) Cf. Epiph. mon. edita et ined. cura Dresselii 1843. pag. 23. οἷον Ἰάκωβος Ἑβραῖος τότε παρὼν καὶ τὰ περὶ αὐτὴν γράψας λέγει, ὅτι – – ψηλαφηθεῖσα ὑπὸ τῆς μαίας εὑρέθη παρθένος.

[12]) Cf. Combefis. l. l. I. p. 1247 sqq.

Digitized by Google

genem, qui quidem *librum Iacobi* [1]) ita commemorat ut et omnibus bene notum et simili auctoritate cum evangelio Petri apocrypho esse ponat: quod eiusmodi est ut vim habeat ad confirmandum, eundem Iacobi librum iam ante Origenem non modo Clementi Alexandrino [2]) sed etiam Iustino martyri [3]) innotuisse. Quem enim Origenes tertio saeculo ineunte iam notissimum esse significat et cum evangelio antiquissimae famae componit, cui is non quinquaginta fere annos ante Origenis aetatem scriptus videbitur? Accedit quod in libri argumento nihil est quod ab ingenio saeculi secundi medii abhorreat. Qua enim aetate Ebionitarum et Nazaraeorum aliorumque haereticorum opinio obtinebat de Iesu vero Iosephi et Mariae filio, qua genuinos Iesu fratres exstitisse plerique credidisse videntur, quemadmodum etiam Iosephus in Antiqq. Iud. XX, 9, 1. Iacobum simpliciter τὸν ἀδελφὸν Ἰησοῦ τοῦ λεγομένου Χριστοῦ dicit, qua Tryphon ille in evangelistas invehebatur quod ex adolescentula (νεᾶνις) Iesaiae temere fecissent virginem (παρθένος), qua Iudaeorum celebrabatur calumnia de Iesu filio Pantherae ex fornicatione nati, qua Celsus Graecorum fabulas de Danae aliisque de virgine matre natis ludibrii caussa componebat cum evangelicis narrationibus de virgine Maria Iesu matre, eadem pietati male studiosae sive, ut quod sentio plane dicam, homini Gnostico eique Ebionaeo et opportunum et necessarium videbatur provectam Iosephi aetatem suscipientis Mariam, Iosephi filios ex priore matrimonio natos, virginitatem Mariae in partu illibatam servatam, ipsam virginem matrem iam antequam nasceretur et per omne infantiae suae tempus ab humanarum rerum consuetudine satis alienam docere [4]).

---

[1]) Cf. comm. in Matth. III, 463. ed. de la Rue. (p. 223. ed. Huet.) τοὺς δὲ ἀδελφοὺς Ἰησοῦ φασί τινες εἶναι ἐκ παραδόσεως ὁρμώμενοι τοῦ ἐπιγεγραμμένου κατὰ Πέτρον εὐαγγελίου ἢ τῆς βίβλου Ἰακώβου ἐκ προτέρας γυναικὸς συνωκηκυίας αὐτῷ πρὸ τῆς Μαρίας.

[2]) Cf. Strom. VII. p. 889 sq. ed. Potter. ἀλλ' ὡς ἔοικεν τοῖς πολλοῖς καὶ μέχρι νῦν δοκεῖ ἡ Μαριὰμ λεχὼ εἶναι, διὰ τὴν τοῦ παιδίου γέννησιν οὐκ οὖσα λεχώ· καὶ γὰρ μετὰ τὸ τεκεῖν αὐτὴν μαιωθεῖσάν φασί τινες παρθένον εὑρεθῆναι.

[3]) Cf. dial. c. Tryph. cap. 78. p. 303 sq. γεννηθέντος δὲ τότε τοῦ παιδίου ἐν Βηθλεέμ, ἐπειδὴ Ἰωσὴφ οὐκ εἶχεν ἐν τῇ κώμῃ ἐκείνῃ ποῦ καταλῦσαι, ἐν σπηλαίῳ τινὶ σύνεγγυς τῆς κώμης κατέλυσε· καὶ τότε αὐτῶν ὄντων ἐκεῖ ἐτετόκει ἡ Μαρία τὸν Χριστόν, καὶ ἐν φάτνῃ αὐτὸν ἐτεθείκει. Cf. infra.

[4]) Haec magnam partem ex dissertatione mea de evangg. apocr. origine

Digitized by Google

Quam autem supra insignibus aliquot testimoniis veterum alla protevangelii famam in antiquitate fuisse indicavimus, id quod maq etiam ex traditionum ac ritnum historia doceri potest, eandem p mediam aetatem conservatam propagatamque esse probatur in quod quum magna codicum huius libri graecorum copia hodieque bibliothecis invenitur, quam numerum quinquagenarium excede nullus dubito, tum quod in multas et orientis et occidentis lingu translatum praetereaque ad alias similis generis fictiones adhibitu scimus. Atque hinc etiam factum est ut iam saeculo sexto decim et graece et latine impressum ederetur. Et graece quidem prime edidit Michael Neander, catechesi Lutheri graecae et latina subiungens narrationum apocrypharum collectionem, quae Basilea ex officina Ioh. Oporini anno 1564. prodiit [1]). Latine vero ian duodecim annis ante ex schedis Guilielmi Postelli ibidem edide rat Theodorus Bibliander [2]). Quae Postelli interpretatio alium codicem graecum repraesentat atque quem Neander una cum latino

et usu Hagae Comitum 1851. desumsi, ubi § 9. pag. 26—35. pleraque fusius tractantur.

[1]) Titulus libri est *Apocrypha: hoc est, narrationes de Christo, Maria, Ioseph, cognatione et familia Christi, extra Biblia: apud veteres tamen Graecos scriptores, Patres, Historicos et Philologos reperta (inserto etiam Protevangelio Iacobi Graece, in Oriente nuper reperto, nedum edito hactenus) ex Oraculorum ac Sibyllarum vocibus, gentium etiam testimoniis, denique multorum veterum auctorum Libris descripta, exposita et edita Graecolatine, a Mich. Neandro Soraviense.* 1564. (Iterum 1567.)

[2]) *Protevangelion s. de natalibus Iesu Christi et ipsius matris virginis Mariae, sermo historicus divi Iacobi minoris. Evangelica historia, quam scripsit b. Marcus. Vita I. Marci evangelistae collecta per Theodorum Bibliandrum.* 1552. (Iterum Argentor. 1570.) Refert ibi Bibliander haec: *Guilielm. Postellus in Oriente apud Christianos librum Graecum et quidem pervetustum est nactus, quem latinum fecit et commentariis adornatum editioni paravit cum aliis quibusdam minime contemnendis libris. Quos dum Oporinus differret imprimere, rogavi ut mihi copiam faceret legendi eos. -- Testatur autem Postellus hunc libellum in ecclesiis Orientalibus Christianorum publice legi, neque dubitari de auctore, sed constanter inscribi „sermonem historicum divi Iacobi fratris Domini de admirabili nativitate et incunabulis Virginis matris Mariae et ipsius Iesu.“ Addit etiam πρωτευαγγέλιον h. e. primum evangelium vocari et inter authentico libros haberi apud Orientales Christianos. Ipse autem Postellus aestimat ut gemmam -- Eius verba si quis requirat haec sunt: „Petrus Romae non edidit evangelium, sed alteri Venetiarum duci Marco commendavit sine capite mysteriose scribendum: ut olim illi adesset hoc caput quod nunc vertimus, totius Veteris Testamenti appendicibus Christum quovis modo praedicantibus necessarium, nedum Marco aut Lucae.“ Ac rursum: „Evangelii ad hunc diem desiderata*

Digitized by Google

Postelli textu edidit. Neandri vero textum eumque secundum anno 1567. emendatius editum duobus annis post repetiit Grynaeus in Monumentis ss. pp. orthodoxographis. Grynaeum post annos centum triginta sex Fabricius [1]) excepit, qui textum protevangelii ex priore Neandri libello et praeter morem haud ita diligenter hausit, repetita simul interpretatione Postelli. Fabricium secutus est anno 1722. Ionesius [2]), nisi quod is Grynaei magis quam Fabricii expressit textum. Rursus anno huius saeculi quarto Andreas Birch eundem vulgatum textum, notata quidem Grynaei et Fabricii differentia, in Auctarium suum codicis apocryphi N. T. Fabriciani recepit eique subiunxit variantes lectiones duorum codicum Vaticanorum ab Engelbretho excerptas.

Nostra denique aetate protevangelium quod dicitur bis prodiit et quidem textu ab iis quas vidimus editionibus diverso. Anno enim 1832. clarissimus Thilo Codici suo Novi Testamenti apocrypho inseruit, et ita quidem ut textum sequeretur codicis Parisiensis decimi fere saeculi (is nobis C dicitur), variantibus lectionibus octo codicum et vulgatae editionis cum notis variis aliis sub textu positis, repetita etiam tota Postelli interpretatione. Qua in re auctoritatem Parisiensis sui codicis, etsi plerisque reliquis aetate praeit, iusto pluris fecit: quod facile ex iis iudicari poterit quae ad canonicorum evangeliorum scripturam conformata habet, ut XVII, 1 et 3. XXI, 2 et 3. XXII, 2. XXIV, 4. De apparatu Thilonis post dicemus. Praeterea in prolegomenis fusius et accurate scripsit de libri historia.

Denique anno 1840. libellus prodiit hoc titulo *Protevangelium Iacobi ex cod. ms. Venetiano descripsit, prolegomenis, varietate lectionum, notis criticis instructum edidit* Car. Ad. Suckow [3]). Venetianus ille Suckovii codex idem est quem ipsi totum descripsimus, notatum siglo A in commentario nostro. Hunc Suckovius iure magni fecit, etsi nullo modo reliquis omnibus praeferendus est, ut ex ap-

basis et fundamentum, in quo suppletur summa fide quicquid posset optari." Similiter ille nugatur in sermone quo Reipublicae Venetae opus dedicat.

[1]) Cf. *Cod. Apocr. Novi Testamenti* etc. T. I. 1703. Iterum 1719.

[2]) *A new and full method of settling the canonical authority of the New Testament* etc. 3 *vols. By the Rev. Ierem. Iones. Oxford* 1726. 1798.

[3]) Is Vratislaviensi academiae nuper morte ereptus est.

Digitized by Google

paratu nostro cuivis apparebit. Saepe quidem brevitate lectionis commendari videtur; sed praeterquam quod ea brevitas passim haud dubie ad describentis negligentiam referenda est, in scriptis huiusmodi apocryphis videndum est ne textus catholica retractatione in breviora sit contractus. At vero in legendo codice suo Suckovius tam saepe tamque graviter falsus est ut suscepto operi imparem se praestiterit ac laborem suum tantum non perdiderit. Quod ne inique iudicasse videamur, aliquot exempla afferenda erunt. Ita capite I. κυρίῳ (κω scriptum) ante εἰς ἱλασμὸν ἐμοί praeterit eamque fictam lectionem unice commendat; omittit σπέρμα post διδόντας, dat ἐνεφάνη σύν, idque rectum esse opinatur, pro ἐνεφάνισεν (cod. -νησεν), item notat ἐπισκέψαι pro ἐπισκέψεται: capite II. bis affert δύω pro δύο, παιδίσκα bis pro παιδίσκη, συνομένη pro γενομένη, δαφνηδείαν pro δαφνηδαίαν, δεσπόταν pro δεσπότην: capite III. ἀτενήσατο pro ἀτενήσασα, ὀνείδισαν pro ὀνειδίσθη: IV. ἦλθεν ἄγγελος .... ἰδού edit cum mira quadam coniectura pro ἦλθον ἄγγελοι δύο λέγοντες αὐτῇ Ἰδού: VI. ἀμηνιαίου pro ἑξαμηνιαίου fingit, ἀφείλετο τὸ ὄνειδός μου ἐν αὐτοῖς pro ἀφείλατό με τὸ ὄνειδός μου ἐν ἀνθρώποις: VII. ἀνάξομαι habet pro ἀνάξομεν, μήπω pro μήπως: VIII. οὐ κατεστράφη pro οὐκ ἀπεστράφη, δώδεκα .... κόδομον (cum longa oratione) pro δωδεκακόδονον (sic): IX. συνελθόντων pro συνελθόντες, scribit Ἰωσὴφ ..... σε ἐν τῷ (*„lacuna non maior unius verbi spatio.“ „Igitur legendum* καταλείπω σε.“ *„Vides nostri brevitatem.*), at est Ἰωσὴφ Ἰδοὺ παρέλαβόν σε ἐκ ναοῦ κυρίου, καὶ νῦν καταλείπω σε ἐν τῷ: XII. ἐγώκε (*„lege* ἐγώγε“) habet pro ἐγώ, κύριε (κε scriptum). Cuius generis alia multa quum ex iisdem tum ex reliquis capitibus afferri possunt[1]). In notis vero si quid boni est, id totum a Thilone pendet.

Restat ut de nostra editione explicemus. Adhibuimus praeter vulgatum (F) et Postelli (*Pos*) textum codices septemdecim. In his codices AB et integri sunt et toti a nobis transscripti. Codices HK magnas tantum protevangelii partes continent easque pariter plene

[1]) Pauca alia iam indicavimus in appendice critica dissertationis de evangeliorum apocryphorum origine et usu. Hagae Comitum 1851. pag. 203 sqq.

Digitized by Google

transscripsimus. Codicum OPQ primas modo et extremas partes notavimus. Codex R magna ex parte infra excerptus est, sed ad recensendum textum nondum praesto erat. In adhibendis reliquis aliorum fide standum erat. Trium, de quibus infra vide sub FbGI, lectiones, parum illae quidem curiose notatae, debentur Birchio; reliquorum i. e. CDELMN industriae Thilonis. Hic attulit ex duobus ultimis i. e. MN paucas tantum lectiones, ex codice vero C ipsum textum suum hausit, a quo discrepantes codicum DEL lectiones indicavit. Quos labores etsi magni facio, tamen saepe, in minutis maxime quae videntur rebus, ex notationibus Thilonis quid in codicibus scriptum sit non satis definiri potest. Hinc in commentario plerumque non notavimus nisi de quibus ambigi non posset.

Accessit vero etiam ad commentarium nostrum plena notatio eorum quae apud Pseudeustathium (*Eust*) ex protevangelio leguntur; item nonnulla ex Germano patriarcha (*Germ*), Georgio Nicomediensi (*Geo*), Iacobo monacho (*Iac*) petivimus. Horum plura iam apud Thilonem habentur, nonnihil etiam iam apud Fabricium, sed nos omnia ex ipsis horum patrum libris [1]) attulimus. Primi vero operam dedimus ut ex omnibus antiquis testimoniis arte critica textum quam maxime probabilem constitueremus: quae res magni laboris fuit neque, ni fallor, frustra.

Instrumenta autem critica quibus in edendo usi sumus haec sunt.

A i. e. Venetus Marcianus class. II. num. XLII. saeculi fere X. Sunt folia membranacea novem, a codice antiquo olim avulsa, nunc chartaceo tegumento involuta. Cf. *Graeci codices manuscripti apud Nanios asservati. Bonon.* 1784. Ibi est cod. CIV., et notatur sermonis trigesimi, qui in codice praecedebat protevangelium signatum numero λᾱ, superesse clausulam, item sermonis trigesimi secundi solum titulum, qui est ὑπόθεσις σύντομος τῆς εὑρέσεως τοῦ ἁγίου σταυροῦ· ἀναγινώσκεται δὲ τὴν ιδ τοῦ Σεπτεβρ. μηνός. Textum integrum transscripsimus.

[1]) De his vide supra pag. XII.

Digitized by Google

B i. e. Venetus Marcianus numero CCCLXIII. signatus. Recentior est codice A, sed nihil amplius de eo in schedis meis notatum reperi. Integrum transscripsimus.

C i. e. Paris. Reg. nunc Nation. num. 1454. saeculi X. Thilo, cui notatur siglo A, textum huius „antiquissimi et praestantissimi" codicis loco vulgati edidit.

D i. e. Paris. Reg. nunc Nation. num. 1215. anno 1068. scriptus. Thilo, apud quem siglo B notatur, scripturam istius atque eius qui sequitur cum suo textu accurate se contulisse dicit.

E i. e. Paris. Reg. nunc Nation. num. 1468. saeculi XI. De collatione Thilonis, cui siglo C significatur, vide ad codicem D.

Fa i. e. textus quem ex Neandro post Grynaeum Fabricius repetiit. Vide supra pag. XV.

Pb i. e. Vaticanus num. 455. signatus saeculi fere XI. Contulit cum vulgato textu Engelbreth, a quo sibi communicatas variantes lectiones in Auctario suo edidit Birchius. Deficit cap. XII. a verbis χαρὰν δὲ λαβοῦσα usque ad capitis XIX. verba ὑπήντησεν αὐτῷ γυνή.

G i. e. Vaticanus num. 654. saeculi fere XII. Eiusdem Engelbrethii collationem l. l. exhibuit Birchius.

H i. e. Venetus Marcianus class. XI. num. CC, chartaceus saeculi fere XV. Idem in catalogo codicum graecorum Nanianorum (vide ad A) numero CLI. significatur. Cf. ibi pag. 344. ad num. VI. Singulare is codex libri exordium habet, parvi momenti illud quidem et corruptissimum, sed quod probat protevangelium in celebrando die festo Mariae sacrato ad verbum adhibitum esse [1]). Protevangelii vero textum inde a capite XI. usque finem habet, quem plene transscripsimus.

---

[1]) Legitur ibi in hunc modum Ἐπειδὴ ἐξ ἀρχῆς ὁ Θεὸς πλάσας (corrige ἔπλασεν?) τὸν ἄνθρωπον, ἔδωκεν αὐτῷ ἐντολὴν δοκιμασίαν τινὰ καὶ ἀπόπειραν, ὅπως ἐκ τούτου νοεῖ τὸν ἑαυτοῦ δεσπότην, καὶ μὴ παριστρήσας (?) ἐκπέσῃ τῆς δωρεᾶς. εἰ γὰρ (an deleas εἰ γάρ?) καὶ μετὰ τὴν ἐντολὴν φθόνῳ προσληφθεὶς ἔπεσε πτῶμα χαλεπὸν καὶ ἐξαίσιον, καὶ τοσοῦτον ἐπήρθη ὥστε ἐπῆρε πτέρναν κατὰ τοῦ ἰδίου δεσπότου. πόσον εἶχεν παθεῖν λυπούσης τῆς ἐντολῆς. τοῦτον ἔθετο ἐν τῷ παραδείσῳ, ὅστις ποτὲ ἦν παράδεισος οὗτος, ἐπειδὴ ἀπ' ἀρχῆς φθονοῦργος διάβολος θεότητι φανταθεὶς καὶ ἴσον ἑαυτὸν ποιῆσαι τῷ θεῷ βουλευσάμενος καὶ ὃ εἶχεν ἀπώλεσεν, ἀντὶ φωτὸς σκότος γενόμενος. ἰδὼν δὲ τὸν ἄνθρω-

Digitized by Google

I i. e. Vindobonensis bibliothecae Caesareae, codicum theol. gr. CXXIII. apud Nesselium (in Lambec. comm. lib. IV. p. 300.). Est chartaceus XIV. fere saeculi. Descriptus est a viro docto A. C. Gierlew in usum Birchii, a quo communicatum habuit Thilo. Hic scripturas eius codicis a suo textu discedentes in notis recensuit, ab eoque nos sumsimus.

K i. e. Parisiensis Coislinianus num. 152. Folium haud dubie est antiquissimum et adscribitur ipsi saeculo IX. Incipit a verbis μου, ὅτι ἐπεσκέψατό με καὶ ἀφεῖλεν ὄνειδος VI, 3., et deficit post verba Τίς εἰμι ἐγώ, κύριε, ὅτι πᾶσαι αἱ XII, 2. Totum fragmentum transscripsi.

L i. e. Paris. Reg. nunc Nation. num. 1190., anno 1567. scriptus, Thilonis D. Lectiones inde allatae debentur Thiloni, qui etiam exordium libri ineptissime deformatum maiore ex

---

πον πλασθέντα τῇ τοῦ θεοῦ χειρὶ καὶ μέλλοντα μετ' ὀλίγον εἰς τὴν αὐτοῦ δόξαν προβεβηκέναι, καὶ μείζονα ἐφθόνησε κατ' αὐτοῦ· καὶ λογισμῷ ὁ αὐτὸς πέπτωκεν τοῦτο προσβαλεῖ (ita haec vitiose scripta sunt) καὶ τῷ Ἀδάμ. καὶ ὦ θαύματος· προσλαβὼν πτερνίζει τοῦτον καὶ τοῦ παραδείσου πολίτην ὄντα ἢ μᾶλλον εἰπεῖν κύριον γυμνοῖ τὸν ἐνδεδυμένον τῆς θείας δόξης, καὶ μετὰ τὴν γύμνωσιν ἐξελοῖ (sic) τοῦτον πικρῶς τῆς Ἐδέμ. εἶτα κατεκρίθη μετὰ τῶν ἄλλων καὶ τὸν θάνατον (sic). οὐκ ἐνέσχετο οὖν ὁ θεὸς τοιοῦτον ἔργον τῶν αὐτοῦ χειρῶν ὁρᾶν ὑπὸ τοῦ διαβόλου λυμαινόμενον ἐπὶ τῷ μακρῷ χρόνῳ. ἐπληθύνθη ἡ κακία, πεσὼν ὁ ἄνθρωπος καὶ ἐγκαταλείψας θεῷ ζῶντι (sic haec leguntur)· ἐλάτρευσαν γάρ, φησίν, τὴν κτίσιν παρὰ τὸν κτίσαντα. βουληθεὶς οὖν ὁ θεὸς ἐγεῖραι τὸν ἄνθρωπον, οὐκ ἦν ἄλλως γενέσθαι, ἀλλ' ἢ (adde ὡς?) σάρκα προσβαλὼν ὁ ἐχθρός ἐνίκησεν, τὴν αὐτὴν πάλιν ὑποτιθῇ ὁ δεσπότης νικήσας τὸν διάβολον, ὅπως ὡς τὸ (adde πρότερον?) Ἀδὰμ πλανηθεὶς (plura deesse videntur,) τῷ θεῷ παραπέσῃ. ὅ καὶ γέγονεν. οἰκονομήθη οὖν οὕτως. τὴν προορισθεῖσαν βουλὴν καὶ πρὸ τῶν αἰώνων ἣν ἐβουλεύσατο, τῆς μεγάλης βουλῆς (τὴν -λην -λήν?), τῶν ἀγγέλων τὸν ἐξουσιαστήν, θεὸν τὸν ἄρχοντα τῆς εἰρήνης, τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν, ταύτην τὴν βουλὴν τῆς ἡμετέρας σωτηρίας μυστικῶς ἐπιδίδει (sic) τῷ Γαβριὴλ λέγων Ἄπελθε πρὸς τὸ προητοιμασμένον μοι παλάτιον, ἄπελθε πρὸς τὸν θρόνον τῆς ἐνσάρκου μου οἰκονομίας, ἄπελθε πρὸς τὴν παρθένον, καὶ ἀπελθὼν μὴ θορυβήσῃς αὐτὴν μηδὲ ταράξῃς, ἀλλὰ χαρᾶς εὐαγγέλια κομίσας χαρὰν αὐτὴν (sic) πρῶτον φώνησον, ἵνα καθὼς εἰσήχθη διὰ τῆς παρακοῆς ἐν τοῖς ὠσὶ τῆς Εὔας ἡ κατάρα, εἰσαχθῇ διὰ τῆς καλῆς ὑπακοῆς ἡ εὐλογία καὶ ἡ χαρὰ ἐν τοῖς ὠσὶ τῆς παρθένου. κατελθὼν οὖν ὁ ἄγγελος ἐκ τῶν οὐρανίων ἀψίδων προσῆλθε τῇ ἀχράντῳ θεοτόκῳ δουλικῶς τῷ σχήματι, κομίζων συντ.... ων ἢ καὶ τὸν ἑαυτοῦ δεσπότην. περὶ οὗ νῦν ὁ λόγος καὶ ἐφ' ὃν τι (corrige ἡ) σήμερον ἑορτή. ἐφώνησε τοίνυν αὐτῆς (sic) ὁ ἄγγελος Χαῖρε κεχαριτωμένη, ὁ κύριος μετά σοῦ etc, cf. Protevang. cap. XI.

Digitized by Google

parte transscripsit [1]). Ab altera primi capitis parte scripturam ad reliquorum codicum textum propius accedere nec indignam quae recognoscatur esse dicit.

M i. e. Paris. Reg. nunc Nation. 1174. saeculi XII., Thilonis E. Scripturam eius selectis locis notavit Thilo.

N i. e. Paris. Reg. nunc Nation. 1176. saeculi XIII., Thilonis F. Etiam hunc selectis locis Thilo contulit. Praeterea ipse initium et finem descripsi.

O i. e. Mediolanensis Ambrosianus A 63. Inf. saeculi fere XI. Primi capitis verba Ἐν ταῖς ἱστορίαις usque οὐκ ἐποίησα ἐν τῷ Ἰσραήλ transscripsi, item caput extremum.

P i. e. Mediolan. Ambros. C 92., codice O paullo recentior. Transscripsi inde Ἐν ταῖς ἱστορίαις usque ἡ εὐχὴ βρῶμα καὶ πόμα, item caput XXV.

Q i. e. Venetus Marcian. class. VII. num. XL. saeculi XVI. De eo exponitur in catalogo codicum graecorum apud Nanios asservatorum pag. 355. sub numero CLVI. Habetur enim in eo codice loco XIII. pag. 153. Λόγος εἰς τὴν βρεφοκτονίαν παρὰ τοῦ Ἡρώδου τοῦ βασιλέως καὶ δυσσεβοῦς. Cuius sermonis initium Κέλευσις δὲ ἐξῆλθεν ἀπὸ Αὐγούστου (cap. XVII.) usque αἰσχύνομαι, item finem καὶ ἀπήγγειλαν ὅτι Ζαχαρίας πεφόνευται (cap. XXIV, 3.) usque πρὶν ἴδῃ τὸν Χριστὸν ἐν σαρκί, una cum clausula μεθ' οὗ τῷ πατρὶ δόξα σὺν τῷ ἀνάρχῳ καὶ παναγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας, descripsimus.

R i. e. Dresdanus A 187. Codex est satis recens quidem sed nisi fallor in monte Sinaitico scriptus. In altera eius parte

---

[1]) Ἐν τῇ σοφίᾳ Σολομῶντος λέγει Δίκαιοι εἰς τὸν αἰῶνα ζῶσιν. οὕτως οὖν καὶ οἱ δίκαιοι ὅ τε Ἰωακεὶμ καὶ ἡ Ἄννα. ἀμφότεροι δίκαιοι ὄντες, καὶ ἄτεκνος ἦν Ἄννα. καὶ προσέφερον τὰ δῶρα αὐτῶν ἐνώπιον κυρίου ἐν τῷ ἱερῷ τοῖς ἱερεῦσιν· καὶ οὐ δέχονται, διότι Ἄννα ἦν ἄτεκνος καὶ οὐκ ἔτικτεν. καὶ στραφέντες ἐκ τοῦ οἴκου κυρίου καὶ ἐκόψαντο ἑαυτοῖς κοπετὸν μέγαν ἐπὶ ἡμέρας ἑπτὰ ἐν νηστείᾳ καὶ προσευχῇ καὶ ἐν στεναγμοῖς καὶ ἐν δάκρυσιν οὐκ ὀλίγοις· καὶ ἔλεγον ἐν ἑαυτοῖς Οἵμοι οἵμοι τοῖς ἀθλίοις· ὄνειδος ἐγεννήθημεν τοῖς υἱοῖς Ἰσραήλ, καὶ οὐκ ἐσμὲν ἄξιοι ἵνα δέξηται καὶ ἡμῶν κύριος ὁ θεὸς τὰ δῶρα, καὶ δεκτὴν γενέσθαι τὴν θυσίαν ἡμῶν ἐνώπιον αὐτοῦ, καθὼς ἐδέξατο τὴν θυσίαν τοῦ πατρὸς ἡμῶν Ἀβραάμ etc.

Digitized by Google

pag. 276., praemissa nota Σεπτευρίῳ η̄, habetur Ἱστορία Ἰακώβου εἰς τὸ γενέσιον τῆς παναγίας δεσποίνης ἡμῶν θεοτόκου καὶ ἀεὶ παρθένου Μαρίας. Ad commentarium nostrum non adhibuimus nisi capite ultimo. Quam ob rem aliquot scripturae eius exempla hic adscribam. I, 2. habet ἤγγισεν ἡ ἡμέρα | προσέφερον υἱοί | κατεναντίον αὐτοῦ Ῥουβίμ | σοι πρῶτον 3. ἀπήει | σπέρμα οὐκ ἐποίησα | ἐν τῇ ἐσχάτῃ αὐτοῦ ἡμέρᾳ 4. καταβ. ἐπὶ βρωτὸν ἢ ἐπί | ἕως ἐπισκέψεται με κύρ. ὁ θεός | μου ἡ εὐχή II, 1. Κόψωμαι τ. χ. μ. καὶ κόψωμαι 2. Ἰουθίν | ἰδ. ἤγγισεν ἡ ἡμ. κυρ., καὶ οὐκ | τοῦτο τὸ κεφ. | καὶ οὐκ ἔστιν μοι ἀναδ. αὐτό, καθότι π. εἰμ. σή, κ. χ. ἔχεις βασ. 3. ταῦτα | κύρ. ὁ θεός | πανοῦργος ἔδ. σοι τοῦτο | καθότι οὐκ ἦκ. μου τῆς φ.· ἀπέκλ. γὰρ κύρ. ὁ θε. τὴν μήτρ. σ. τοῦ μή 4. περιείλατο | ab altero τὰ ἱμ. αὐτῆς ad alterum transilit | ἐννάτην | δαφνηδέαν | τῶν πατ. μου | καθὼς ηὐλόγησας III, 1. ἀτενίσασα Ἄννα εἰς τ. οὐρ. ἴδεν | ἐν τῇ δαφνηδέᾳ | λέγουσα οὕτως | ἐξεκύησέν με | ἐγὼ κατ. ἐγενν. | ὀνειδίσθην, καὶ ἐξεμυκτήρισάν με κ. ἐξέβαλλον ἐκ ν. κυρ. τ. θεοῦ 2. ὁμοιώθην semper | τοῦ οὐρ., καὶ ὅτι καὶ αὐτὰ γόν. ἐστιν | γον. ἐστιν. Praeterea cum cod. C consentit. 3. ὅτι καὶ τὰ ὕδ. ταῦτα γόν. ἐστιν ἐν. σ. κύριε· καὶ γὰρ τὰ ὕδ. γαληνιῶντα καὶ σκυρτῶντα ἅμα τοῖς ἰχθύοις (sic) τῆς θαλάσσης σὲ εὐλογοῦσίν σε (ita bis) κύριε. Cf. cod. I. | κατὰ καιρόν, κ. σὲ εὐλογοῦσιν, κύριε IV, 1. καὶ συλλήψει κ. γεννήσεις | ἄρσεν | προσάξω αὐτὸ κυρίῳ τ. θεῷ, κ. ἔ. λειτουργὸν αὐτῷ 2. ἐπήκουσεν | καὶ κατάβηθι 3. ὧδε ιβ̄ ἀμνάδας | a καὶ ἔσονται altero ad alterum transilit 4. Per totam sectionem cum nostro textu facit. V, 1. καὶ οὐκ εἶδεν ἁμαρτίαν ἐν ἑαυτῷ | ἀφῆκέν μοι πάντα τ. ἁμ. μου | δεδικ., καὶ ἦκεν ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ. 2. Συνέλαβεν δὲ Ἄννα, καὶ ἐπλ. αὐτῆς οἱ μῆν. | ἐν δὲ τῷ μηνὶ τῷ ὀγδόῳ | εἶπεν δὲ τῇ μαίᾳ Μαῖα, τί ἐγ. ἡ δὲ μαῖα εἶπ. Θῆλυ ἐγέννησας. εἶπεν δὲ ἡ Ἄννα Ἐμεγαλύνθη ἡ ψ. μ. ἐν τῇ ἡμέρᾳ ταύτῃ | ἀπεσμ. Ἄννα ἀπὸ τῆς ἀφέδρου αὐτῆς, κ. ἔδ. μ. τῇ παιδίσκῃ, κ.

Digitized by Google

ἐπονόμασεν τὸ ὄν. αὐτ. Μαρ. VI, 1. διαπειρᾶσαι | κ. περιεπάτησεν βήμ. ἑπτά, καί | τῆς μητρ. αὐτῆς | καὶ ἀνήρπ. αὐτ. ἡ μήτ. αὐτῆς λέγουσα | ἐπὶ τῆς γῆς ἕως ἀπάξω | πᾶν κοιν. ἢ ἀκάθ. | οὐκ εἶα διελθεῖν. 2. κ. προσήνεγκαν αὐτὴν τοῖς ἱερεῦσιν, κ. εὐλ. α. λ. Ὁ θε. τῶν ὑψ. ἐπίβλεψον ἐπὶ τὴν παῖδα ταύτην καὶ εὐλόγ. αὐτὴν εὐλ. 3. ἀφείλατο ἀπ' ἐμοῦ τὸ ὄνειδ. τῶν ἐχθρ. μ. κ. ἔδ. μοι κύρ. ὁ θε. καρπ. δικ. μονοούσ. πολυπλάσιον ἐνώπ. αὐτ. | ἐν τῷ κοιτῶνι τοῦ ἁγιάσμ. | εὐφρανθέντες VII, 2. ἐπ' ἐσχάτων | ἐν σοὶ τὸ λουτρὸν αὐτοῦ τοῖς 3. ἐπέβαλεν VIII, 1. Καὶ κατέβησαν | κ. αἰν. κ. δοξάζ. | ἡ παῖς ἐπ' αὐτούς 2. Γεναμένης δ. α. δωδεκαετοῦς | Σὺ στῆθι ἐπὶ τοῦ θυσιαστηρίου καὶ εἴσελθε 3. Καὶ εἰσῆλθ. ὁ ἀρχιερ. φορῶν τὸν δωδεκακώδωνα | προσηύξατο περὶ αὐτ. | ἕστη λέγων τῷ Ζαχ. Ἔξελθε | καὶ ὃ (sic) ἐὰν ἐπιδείξῃ κύρ. ὁ θε. σημ. τοῦτο (sic) ἔ. γ. ἐξῆλθ. δὲ οἱ κήρ. IX, 1. ἐξῆλθεν εἰς συνάντησιν αὐτῶν· κ. συναχθ. ἀπ. πρ. τ. ἀρχ. λαβόντ. τὰς ῥάβδ. δεξάμενος οὖν ἀπ' αὐτ. τὰς ῥάβδ. ὁ ἀρχ. εἰσῆλθ. | ἔλαβεν τὰς ῥάβδ. καὶ ἐξῆλθ. | παραλ. εἰς τήρησιν σαυτῷ | 2. πρεσβύτερός εἰμι, αὐτὴ δὲ νεᾶνίς ἐστιν | γέν. γέλος (sic) | κύρ. τ. θε. σου, καὶ μνήσθητι ὅσα ἐπ. Δαθᾶν κ. Ἀβιρῶν κ. Κορέ | καὶ κατέπιεν αὐτούς 3. καταλείπω | καὶ ἥξω πρὸς σὲ πάλιν· καὶ κύρ. ὁ θε. διαφυλάξαι σε X, 1. Καλ. μ. παρθ. ἀμ. ἀπὸ τῆς φυλ. Δα. καὶ ἀπελθόντ. οἱ ὑπηρ. καὶ ἐκζητήσ. ηὗρον ἑπτὰ παρθ. | τίς νήσει τὸ χρ. κ. τὸ ἀμ. κ. τὴν βύσσαν κ. τὸν σηρικοῦν κ. τὴν ὑάκινθον κ. τὸ κόκκινον. καὶ ἔλαχεν τὴν Μαριὰμ ἡ ἀλ. πορφ. κ. τὸ κόκκ. | ἐσίγ. Ζαχ., καὶ ἐγέν. ἀντ' αὐτοῦ Σαμ. μέχρις οὗ ἐλάλ. Ζαχ. Μαρία δὲ λαβ. τὴν ἀλ. πορφ. κ. τὸ κόκκ. ἐκλωθεν XI. Καὶ λαβ. τὴν κάλπην ἐξ. γεμίσαι | δεξ. κ. ἀριστ. Μαριάμ, πόθεν ἡ φωνὴ αὕτη. κ. σύντρομ. γεν. εἰσήει -- κ. ἀνέπαυσεν τ. κ. καὶ λαβοῦσα τ. πορφ. ἐκάθ. ἐπὶ τοῦ θρόνου αὐτῆς τοῦ ἐργάζεσθαι -- ἐνώπιον τοῦ πάντων δεσπότου κ. συλλήψει ἐκ λόγ. ἁγ. αὐτ. -- δύν. γὰρ θεοῦ ἐπισκ. -- τὸ γενόμενον ἐκ σοῦ ἅγιον ἐστὶν καὶ ἔσται· κληθήσεται δὲ υἱ. θε. -- οὗτος γὰρ σώσει etc.

Digitized by Google

XII. Μαριάμ, μεγαλυνθήτω τὸ ὄν. σου, καὶ ἔσῃ εὐλ. ἐν πάσῃ τῇ γῇ -- ἀπίει πρ. τ. Ἐλισ. συγγενίδα αὐτῆς κ. ἔκρ. πρ. τὴν θύραν. κ. ἀκ. ἡ Ἐλισ. ἔρρ. τὸ κόκκινον -- τῶν μυστ. ὡς ἐλάλησεν αὐτῇ ὁ Γαβρ. ὁ ἀρχάγγ. κυρ. -- ὀγκοῦτο, καὶ φοβηθεῖσα Μαριὰμ ἀπῆλθεν -- ἔκρυψεν ἑ. ὑπὸ -- ἐτῶν δεκαέξ etc. XIII. εἰσελθὼν εἰς -- εἶδεν αὐτὴν ὀγκωμένην -- χαμαὶ ἐπὶ τὸ (sic) σάκκον -- τί δὲ προσεύξομαι περὶ -- καὶ ἐμίανεν τὴν παρθ. μου; τίς ἐποίησεν τοῦτο τὸ πρᾶγμα τῆς κόρης ταύτης καὶ τῆς ἀμνάδος μου; βαβαί. μήτι -- ἡ ἱστορία τοῦ Ἀδάμ, ὅτι τῇ ὥρᾳ τῆς δοξολογίας αὐτοῦ εἰσῆλθεν ὁ ὄφις καὶ εὗρεν -- μόνην etc. XIV. διανοούμενος τὸ τί αὐτῇ ποιήσει -- ἅγιον -- εὑρηθήσωμαι παραδιδούς -- λάθρα ποιήσω αὐτὴν ἀπ' ἐμοῦ -- Ἰωσ. Ἰωσ. μὴ φοβ. παραλαβ. τ. π. ταύτην· τὸ γὰρ ἐν αὐτῇ ἐκ πν. ἁγ. ἐστιν· τέξ. δὲ υἱόν, καὶ -- κ. ἐφύλασσεν αὐτήν. XV. λαβοῦσα τροφὴν ἐκ χ. ἀγγ. κ. ἀκούσ. τῶν μυστηρίων αὐτοῦ κ. χορ. ἐν. αὐτοῦ -- καθότι καθαρός εἰμι ἀπ' αὐτῆς. XVI. κατέβη ὁλόκλ. -- τὸ ἁμάρτημ. ὑμῶν. XVII. Κέλευσις δὲ ἐγ. ἀπὸ Αὐγ. Καίσ. ἀπογράφ. πάντας τοὺς ἐν Βηθλεέμ. καὶ εἶπεν Ἰωσήφ Ἐγὼ ἀπογράψωμαι -- γυναῖκα; ἀλλ' οὐκ ἔστιν μου γυνή. θυγατέρα; ἀλλ' οὐκ ἔστ. μου θυγ. αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ κυρίου ποιήσει ὡς β. κύριος. κ. ἐπέστρ. Ἰωσ. τὸν ὄνον, κ. ἠκολούθει κ. ὁ υἱ. αὐτ. Σαμ. ὄπισθ. αὐτῶν. καὶ ἤγγισαν ἐπὶ μίλιον τρίτον -- εἰκότως τὸ ἐν αὐτῇ χειμ. αὐτ. -- ποτὲ μὲν στυγνάζων (sic) ποτὲ δὲ γελῶντα -- κ. ἦλθον ἀνὰ μέσον τῆς ὁδοῦ, καὶ εἶπεν Μαριὰμ τῷ Ἰωσήφ -- προελθεῖν -- Ποῦ σε ἀπάξω καὶ σκεπ. σου τ. ἀσχημοσ., ὅτι ὁ τόπ. ἔρημ. ἐστιν. XVIII. Καὶ εὗρ. ἐκεῖ σπηλ. -- τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ -- μαῖαν Ἑβραίαν ἐν χ. Βηθλ. Ἐγὼ δὲ Ἰωσ. περιεπ. καὶ ἀνέβλ. εἰς τὸ ὕψος τοῦ οὐρ., καὶ ἴδον τὸν πόλον ἑστῶτα· καὶ ἐπέβλ. ἐπὶ τὸν ἀέρα κ. ἴδον αὐτ. ἔκθαμβον κ. τὰ πετ. τ. οὐρ. ἠρεμοῦντα· κ. ἐπέβλ. -- καὶ αἱ χ. αὐτ. ἐν τ. σκ. καὶ οἱ μασώμενοι οὐκ ἐμασῶντο, κ. οἱ αἴρ. οὐκ ἀνέφ. οὐδέν -- πάντων ἦν τὰ -- ἰδοὺ πρόβ. ἐλαυνόμ. ἦν καὶ οὐ προέβαιν. ἀλλ' ἵστ. καὶ ἐπῆρ. ὁ ποιμ. τὴν χ. τοῦ π. α. ἐν τῇ

Digitized by Google

ῥάβδ., κ. ἡ χ. α. ἦν ἄνω· κ. ἐπέβλ. ἐπὶ τ. χειμάρρουν τοῦ ποτ. κ. ἰδον τὰ στόμ. τῶν ἐρ. ἐπικ. κ. μὴ πίν. ἀλλὰ πάντα ὑπὸ θίξειν (sic) τὸ (sic) δρόμον αὐτῶν ἀπηλαύνοντο. XIX. ἐὰν μὴ ἐρευνήσω τὴν φύσιν αὐτῆς. XX. Ἀνάκλινον σεαυτήν -- ἐπίκειται σοι. κ. ἐσημειώσατο -- ἀλλὰ ποίησον μετ' ἐμοῦ ἔλεος· σὺ γὰρ οἶδας δέσπ. ὅτι τῷ σῷ ὀν. πάσας τ. θερ. μου ἐπιτέλουν (sic) κ. τ. μισθ. παρὰ σ. ἐλάμβ. -- Προσκυνήσω αὐτὸ κ. προσπεσῶ αὐτῷ, ὅτι μέγας ἐγενν. βασ. τῷ Ἰσρ. καὶ εὐθ. ἰάθη, καὶ ἦλθεν αὐτῇ φωνή -- ἕως εἰσελθῃ εἰς Ἱερουσ. ὁ π. XXI. ἡτοιμ. τοῦ ἐξελθ. εἰς τ. Ἰουδ. -- μάγοι λέγοντες -- καὶ μετεπέμψατο τοὺς -- Πῶς γέγρ. περὶ τ. Χρ. ποῦ γενν. -- οἱ μάγοι Ἀστὴρ αὐτοῦ ἐγενν. μέγας κ. ἔλαμψ. ἐν τ. ἄστρ. τοῦ οὐρ. κ. ἤμβλ. αὐτ. ὥστε μὴ φαίν. -- Ὑπάγετε καὶ ζητήσατε, καὶ ἐὰν εὕρητε -- προῆγ. αὐτοὺς ἕως εἰσῆλθον εἰς τὸ σπ., καὶ ἔστη ἐπὶ τὴν κεφ. τοῦ σπ. -- Μαρίας, κ. ἐξέβαλλον ἐκ τῆς πήρας αὐτ. δῶρα -- μὴ ὑποστρέφ. πρ. Ἡρ. etc. XXII. Ἰδὼν δὲ -- αὐτοῦ τοὺς φον. ἀνελεῖν πάντ. τ. βρ. τὰ ἐν Β. ἀ. δύο ἐτῶν -- ἔλαβεν τὸν παῖδα καὶ ἐσπαργ. αὐτὸν κ. ἔθηκ. ἐν φάτνῃ -- τόπ. ἀπόκρυφος -- διεχ. τὸ ὄρ. καὶ διέφαινεν αὐτοῖς φῶς· ἄγγ. γὰρ κυρ. ἦν μ. αὐτ. διαφ. αὐτούς. XXIII. εἶπεν Ὁ υἱὸς αὐτοῦ μέλλει βασ. τῷ Ἰσρ. -- εἰδὼς ὅτι -- Μάρτ. εἰμὶ τοῦ θε. εἰ ἐκχέεις μου τὸ αἷμ., τὸ δὲ πν. μ. ὁ θε. δέξ. ὅτι α. αἷ. ἐκχέεις εἰς -- διάφαυμα ἐφ. Ζαχ. XXIV. Καὶ ἀπῆλθ. οἱ ἱερεῖς εἰς τ. ὥρ. -- ἡ εὐλογία τ. Ζαχ. κατὰ τὸ ἔθος -- δοξάσ. τ. ὕψιστον -- τολμήσας -- ἰδοὺ αἷμα παρὰ τ. θ. κυρ., καὶ φωνὴ -- τοῖς ἱερ. ὡς δὲ ἤκουσαν, ἐτόλμησαν, κ. εἰσελθόντ. ἰδον τὸ γεγ. κ. ὀλολύζων (sic) τὰ φατν. -- διεσχισθήσαντο (sic) ἀπὸ -- τὸ πτῶμα αὐτοῦ -- τίνα ἀντ' αὐτοῦ στήσουσιν, καὶ ἀνέβη ὁ κλ. ἐπὶ Συμεών· οὗτος -- ὑπὸ τ. πν. μὴ ἰδ. θάν. ἕως ἂν ἴδῃ τ. Χρ. ἐν σαρκί.

Ad varietatem tituli quo protevangelium in antiquis libris insignitur supplementi caussa haec adde.

Cod. Paris. 897. saec. XII. Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν, πατριάρχου Ἱεροσολύμων, Ἰακώβου τοῦ ἀδελφοθέου λόγος εἰς τὸ

Digitized by Google

γενέσιον τῆς ὑπεραγίας θεοτόκου. (In eodem codice caput extremum breviter sic habet: Ἐγὼ δὲ Ἰάκωβος ἔγραψα τὴν ἱστορίαν ταύτην ἐν Ἱερουσαλήμ· ὅτι τῷ Χριστῷ πρέπει δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.) Vide Thil. Cod. Apocr. p. LV sq. Cod. Paris. 1173. saeculi XII. Τοῦ μακαρίου Ἰακώβου τοῦ ἀποστόλου καὶ ἀδελφοῦ τοῦ κυρίου περὶ τῆς γεννήσεως τῆς ἁγίας θεοτόκου. Cf. Thil. l. l. Cod. Vind. Caesar. 6. (olim 150.) Τὸ γενέθλιον τῆς ὑπεραγίας δεσποίνης ἡμῶν. λόγος Ἰακώβου τοῦ ἀδελφοθέου. Vide Lambec. comm. lib. VIII. p. 110.

Ceterum ab ipso auctore nullus libri titulus profectus esse videtur: hinc tanta titulorum in codicibus varietas. Is quem nos recepimus, nescio an a similitudine tituli libri Gnostici Γέννα Μαρίας commendetur.

II. PSEUDO-MATTHAEI EVANGELIUM

SIVE

LIBER DE ORTU BEATAE MARIAE ET INFANTIA SALVATORIS.

III. EVANGELIUM DE NATIVITATE MARIAE.

Fabulae traditae evangelio Iacobi, quod iam circa initia saeculi tertii graecam ecclesiam pervagatum esse Origenes testatur, dubium non est quin mox ad Latinos etiam pervenerint. Cuius rei inprimis testes habemus Hieronymum et Innocentium I. Ille enim scribens de perpetua virginitate beatae Mariae contra Helvidium cap. VII. ad apocryphorum deliramenta diserte refert quae invito Luca de ,,obstetrice", de ,,muliercularum sedulitate" in partu Mariae circumferebantur, eaque in protevangelio magno cum studio exponi constat: cuius generis est etiam quod traditiones de sterilitate coniugii parentum Mariae divinitus sublata, de priore Iosephi coniugio deque fratribus Iesu, quos Helvidius quatuor esse dixerat (cf. contr. Helvid. cap. XII.), ad Matth. 12, 49 sq. reiicit; item quod ad Matth. 23, 35 sq. reprobat quae ,,ex quibusdam apocryphorum somniis" de nece Zachariae patris Iohannis credebantur. Ac brevi post Hieronymum Innocentius I. in epistola ad Exsuperium data anno p. Chr. 405.

Digitized by Google

ita scribit [1]) *Cetera autem quae vel sub nomine Matthiae* (al. *Matthaei*) *sive Iacobi minoris vel sub nomine Petri et Iohannis, quae a quodam Leucio scripta sunt, vel sub nomine Andreae, quae a Nexocharide* (al. *Xenocharide*) *et Leonida philosophis* (al. om *vel s. n. Andreae* usque *philos.*), *vel sub nomine Thomae, et si qua sunt alia, non solum repudianda verum etiam noveris esse damnanda.* Quibus ex locis apparet et Hieronymum et Innocentium [2]) traditionibus sub nomine Iacobi venditatis libere adversatos esse. Post vero haud pauci fuerunt qui aliter sentirent. Ita iam sexto fere saeculo auctor operis imperfecti in Matthaeum protevangelium — hoc enim ab eo significari clarum est — „historiam non incredibilem neque irrationabilem" dicit [3]).

Videntur autem Latini non diu in interpretando graeco Iacobi libro acquievisse, sed fabulas ibi traditas vario modo excoluernnt, cum aliis similibus sive ex graeco sive ex alio fonte haustis maximeque cum fabulis Pseudo-Thomae de infantia Christi coniunxerunt atque in nova commenta converterunt. Hoc in caussa fuisse videtur cur in celebri edicto Gelasii non modo *evangelium* sive, ut in aliis codicibus est, *evangelia nomine Iacobi* et *evangelia nomine Thomae*, sed praeterea etiam *liber de infantia Salvatoris* atque item *liber de nativitate Salvatoris et de Maria vel obstetrice* in apocryphis recenseu-

---

[1]) Cf. Galland. bibl. pp. VIII. p. 561. Locus est ad finem epistolae.

[2]) Augustinus quidem cap. IX. libri XXIII. *contra Faustum*, ubi exponit de libro Manichaeis probato, qui Γέννα Μαρίας inscribebatur, protevangelium ignorare videtur. Ibi enim ille sic: *ipse vero convincat non eam* (i. e. Mariam) *pertinuisse ad semen David, et hoc ostendat non ex quibuscumque litteris, sed ecclesiasticis canonicis catholicis. Aliae quippe non habent ad has res ullum pondus auctoritatis: ipsae sunt enim quas recipit et tenet ecclesia - -. Ac per hoc illud quod de generatione Mariae Faustus posuit, quod patrem habuerit ex tribu Levi sacerdotem quendam nomine Ioachim, quia canonicum non est, non me constringit; sed etiam si hoc crederem, ipsum potius Ioachim dicerem aliquo modo ad David sanguinem pertinuisse et aliquo modo ex tribu Iuda in tribum Levi fuisse adoptatum. - - Hoc ego potius vel tale aliquid crederem, si illius apocryphae scripturae ubi Ioachim pater Mariae legitur auctoritate detinerer, quam mentiri evangelium - -.* Sed impugnanti tantopere apocryphum Fausti librum mentio apocryphi alius scripti, quo ad tuendam rem suam uti posset, non opportuna erat.

[3]) Cf. Opp. Chrysost. ed. Montfauc. tom. VI. pag. XXIV. *Nam sicut historia quaedam non incredibilis neque irrationabilis docet, quando gesta sunt quae refert Lucas, Ioseph absens erat.*

Digitized by Google

tur [1]). Quae sententia probatur ratione librorum latinorum qui ad aetatem nostram pervenerunt: eorum enim nullus ipsum Iacobi evangelium accurate versum continet, sed eiusmodi retractationes quae modo plura modo pauciora comprehendant, aliis de consilio additis, aliis caute demtis, aliis per lusum ingenii exaggeratis, graecum textum magis imitatione exprimentes quam ipsum reddentes.

Quadrant haec in utrumque libellorum nunc ipsum a nobis editorum, quorum alter qualis nunc est primum nostra cura prodit, alter dudum a pluribus editus est. Primum accuratius de illo videamus, quem Pseudo-Matthaei evangelium diximus. Priora eius capita viginti quatuor iam ante me Thilo edidit ex codice Parisiensi, cuius mentio etiam apud Cotelerium [2]) facta est, sub titulo historiae de nativitate Mariae et de infantia Salvatoris. Ab edendo alio eiusdem bibliothecae codice qui ad nostri textus et ambitum et rationem propius accedit, abstinere maluit, quum eam ob caussam quod „fabulas graecas partim ab auctore sive interprete latino ineptissime amplificatas vidit," tum quod „haud paucos locos a librariis ita depravatos offendit ut sensum verborum ne divinando quidem assequi posset." Nos vero quum in itinere italico in duos incidissemus codices eundem librum passim quidem cum magna textus differentia continentes, utrumque curiose descripsimus atque nunc edidimus: nimirum fabularum amplificatio, quam Thilo iure questus est, non probanda gustu nostro, sed minime contemnenda est propterea quod pertinet ad cognoscendum ingenium temporum eorum quibus debetur atque placuit, sive ab ipsis profecta sit Latinis sive ex orientalibus libris fluxerit, et quod nonnulla latine supplere videtur quae graece scripta perierunt. Valet id quod ultimo loco dixi in eas maxime fabulas quae ex evangelio Thomae desumtae videntur, cuius graece fragmenta tantum supersunt.

[1]) Cf. Credner: Zur Geschichte des Kanons, pag. 215. 217. Decreti Gelasiani §§ 9 et 16.

[2]) Cf. ad Constit. apost. VI, 17. *Non enim unus duntaxat nebulo circa Servatoris infantiam comminisci sibi permisit, sed eiusdem* (i. e. Parisiensis) *bibliothecae codice* 2276. *legitur* Incipit historia de Ioachim et Anna, et de nativitate b. dei genitricis semperque virginis, et de infantia Salvatoris. -- *Codice vero* 1697. *exstat liber tanquam Matthaei evangelistae* de infantia salvatoris, *narrationis cum praecedentibus partim similis partim dissimilis* etc.

Digitized by Google

Praeterea dubium non est quin Vaticanus textus noster multo praestet codici Thilonis Parisiensi, per priora ea capita quae is sola habet: nisi quod doctissimus editor passim legendo videtur falsus esse. Cf. exempli caussa cap. VII. ubi Thilo habet *deus a filiis colitur;* nos *deus in filiis colitur.* Ibidem Thilo *Deus castitate primo omnium probatur aut colitur;* nos *Deus in castitate colitur, ut primo omnium comprobatur:* VIII, 3. Thilo *Cumque erogasset singulas ad tria millia virgas et ex nulla earum exiisset columba;* nos *Cumque singulis erogasset, et ex nulla virga exisset columba:* VIII, 4. Thilo *Ego quidem non contemno voluntatem dei, si cognoscere possim quis;* nos *Ego quidem voluntatem dei non contemno, sed custos eius ero quousque hoc de voluntate dei cognoscam quis:* VIII, 5. Thilo *quasi in fatigationem sermonis,* nos *quasi in fatigationis sermone:* XII, 2. Thilo *quam si gustasset homo metuens;* nos *quam cum gustasset aliquis mentiens:* XII, 3. Thilo *melius est enim vitam tuam confessio prodat;* nos *melius est enim ut tua confessio te prodat:* XII, 4. Thilo *alii dicebant sanctitatem, alii vero per malam conscientiam accusabant eam. Tunc Maria videns populi suspicionem non ex integro fuisse purgatam -- quoniam virum nunquam cognovi, sed nec cognoscere habeo; quia ab infantia -- in hoc mentem definivi, et hoc deo meo votum feci ut -- in qua me confido ipsi soli vivere et ipsi soli sine aliqua pollutione quamdiu vixero permanere;* nos *alii dicebant sanctam et immaculatam; alii vero malam et contaminatam. Tunc Maria videns se in suspicione populi esse nec se eo integre videri purgatam -- quoniam virum nunquam cognovi; sed ab eo cognoscor cui ab infantia -- mentem meam devovi. Et hoc deo meo votum feci ab infantia mea ut -- in qua me confido ipsi soli vivere et ipsi soli servire: et in ipso quamdiu vixero sine pollutione permanebo.*

In edendo autem ita versati sumus ut textum Vaticani codicis, quem A diximus, plerumque sequeremur, lectionibus codicis Laurentiani i. e. B, item Parisiensis num. 5559. A. (Cotelerii tempore num. 2276.) saeculi XIV. (apud nos C) et alterius Parisiensis num. 1652. saeculi XV. (apud nos D) in commentario exhibitis. Postremum codicis Parisiensis lectiones Thilo passim ad suum textum

Digitized by Google

adnotavit; praetereaque exhibuit inscriptiones singulorum quae in eo codice sunt capitum hunc in modum:

I. De patre et matre sanctae Mariae virginis. II. De recessu Ioachim ab Anna. III. De regressu Ioachim ad Annam. IV. De ortu beatae Mariae. V. De gratiarum actione Annae. VI. De commendatione beatae Mariae. VII. De voto virginitatis beatae Mariae. VIII. Quare beata Maria commissa fuit Ioseph. IX. De annuntiatione dominica. X. De moestitia Ioseph pro beata Maria gravida inventa. XI. De consolatione Ioseph facta per angelum. XII. De calumnia Iudaeorum in Ioseph et beata virgine facta. XIII. De tempore ortus Christi et duabus obstetricibus et pastoribus et stella. XIV. De egressu beatae Mariae a spelunca in praesepio (?). XV. De circumcisione domini et adventu magorum in Ierusalem. XVI. De Ypapanti domini. XVII. De nece puerorum et fuga Ioseph in Aegyptum. XVIII. Quomodo Iesus sedavit dracones. XIX. Quomodo leones et pardi Iesum sunt secuti. XX. De palma inclinata per Iesum aquam producente. XXI. De benedictione palmi et rami eius translatione. XXII. De itinere per Iesum abbreviato. XXIII. Quomodo ingresso Iesu in Aegyptum idola corruerunt. XXIV. De honore Iesu exhibito per Afrodisium. XXV. De pisce arido vitae restituto. XXVI. De risu Iesu propter passeres sibi invicem insidiantes. XXVII. De egressu Iesu et Mariae de Aegypto. XXVIII. De aqua pluviali clarificata et decem passeribus de luto factis in sabbato. XXIX. De Pharisaeo mortuo ad vocem Iesu. XXX. De puero qui percussit Iesum morti tradito et quibusdam caecitate perculsis. XXXI. Quod Iesus prohibuit Ioseph ne per iram ipsum tangeret. XXXII. De Zachaeo magistro Iesu et verbis eorum. XXXIII. Quod Iesus suscitavit puerum cum eo ludentem. XXXIV. Quod Iesus sanavit pedem findentis ligna. XXXV. Quod Iesus attulit aquam beatae Mariae in pallio suo. XXXVI. De tritico a Iesu multiplicato. XXXVII. De ligno per Iesum distento. XXXVIII. De quodam magistro Iesu vita privato. XXXIX. De quodam alio magistro Iesu, cuius benignitate Iesus suscitavit magistrum defunctum. XL. Quomodo Iesus sanavit Ioseph a veneno viperae. XLI. De septem lacubus et duodecim passeribus et duobus pueris per Iesum traditis morti. XLII. De filio cuiusdam mulieris per Iesum vitae reddito.

Digitized by Google

XLIII. Quomodo Iesus intravit in cryptam leaenae. XLIV. Quomodo aqua Iordanis divisa est ante eos. XLV. Quomodo defunctus resuscitatus est per sudarium Ioseph. XLVI. Quomodo Zachias rogavit Ioseph et Mariam ut traderent Iesum magistro nomine Levi. XLVII. Quomodo Iesus sanctificabat et benedicebat convivantes. XLVIII. Commendatio Iesu et Mariae matris eius.

Sed antequam dicamus de altero libro qui de nativitate Mariae inscribitur, explicandum est de titulo evangelii Pseudo-Matthaei: hoc enim ipsi priorem librum insigniendum duximus, postquam editores operum Hieronymi aliique, quorum exemplum etiam Thilo secutus est, librum de nativitate Mariae, apud nos tertio loco positum, eo nomine dixerunt. Cuius rei iudicium haud dubie primum pendet a codicum auctoritate, non tam ab ipso eo quem habent titulo libri, quam ab epistolis episcoporum et Hieronymi libro praefixis: in his enim Matthaeus diserte auctor praedicatur. Iamvero non tantum Vaticanus codex is quem maxime secuti sumus illas epistolas nostro libro praepositas habet, sed etiam alter ille Cotelerii Parisiensis [1]) et Laurentiani duo a Bandinio accurate descripti, alter Medic. plut. XIX. cod. 10., alter bibl. S. Crucis plut. XV. cod. 12. [2]) Neque aliter, ut videtur, in Grabii codice Oxoniensi fit [3]); atque consentit etiam libellus saeculo quinto decimo editus sub

---

[1]) Cf. supra notam 2) pag. XXVII.

[2]) Cf. Bandin. Catalog. I. p. 523., ubi de priore, quo Hieronymi opera continentur, haec afferuntur: *Hieronymi epistola sive praefatio in libro de infantia Salvatoris ad Cromantium et Heliodorum.* Post inscriptionem *Dominis sanctis ac beatissimis* etc incipit *Qui terram auri conscientia* (sic) *fodit* etc et desinit *per nostram poterunt obedientiam pervenire.* Liber incipit *Una die admonitus est in somnis Ioseph ab angelo domini* (cf. apud nos XVII, 2.) Desinit *ipse Iesus Christus, qui eum sanavit, sanet nos a peccatis, qui est benedictus* etc. (Haec extrema quadrare videntur in finem capitis nostri XLI.) Ibidem tom. IV. p. 474. de altero codice explicatur. Praemissa eadem illa Hieronymi epistola caput primum est *de fuga Iesu in Aegyptum* (cf. cap. XVII.). Extremum hanc habet epigraphen: *Quomodo, quando simul comedebant, Iesus mensae benedicebat, et quando dormiebat, claritas dei super eum fulgebat.* Desinit *in die sive in nocte, claritas dei resplendebat super eum, in saecula saeculorum. Amen.* (Haec satis respondent nostris capite XLII.)

[3]) Quod enim Grabius ad Irenaei I, 17. (apud Massuet. I, 20.) notavit, contineri eo codice *Pseudo-evangelium Leucii*, id inde explicandum videtur quod Leucius idem Matthaei scriptum ad suam mentem conformatum edidisse in litteris fingitur Hieronymi.

Digitized by Google

titulo infantiae Salvatoris [1]). Contra est uterque Thilonis codex Parisiensis, ubi Iacobus filius Iosephi auctor fingitur [2]), consentiente etiam Cantabrigiensi codice recentissimae aetatis a Thilone inspecto [3]). Accedit quod opusculum alterum de nativitate Mariae plerumque cum Hieronymi litteris inveniri videtur, quamquam de ea re non satis constat.

Sed omnem dubitationem nostram sustulit hoc quod episcopi duobus epistolae locis et virginis matris et Salvatoris infantiam hoc evangelio Matthaei contineri significant, atque in ipsis Hieronymi litteris est *nos suis orationibus adiuvent qui ad Salvatoris nostri sanctam infantiam per nostram potuerint obedientiam pervenire*. Haec minime quadrant in breve illud de nativitate Mariae evangelium, quod eo ipso loco desinit ubi sermo de infantia Salvatoris instituendus est. Quod quam male habeat, iam olim sensit is qui alterum litterarum Hieronymi finxit exemplum [4]), in quo sola nativitas Mariae eo Matthaei evangelio tradi bis dicitur, nulla prorsus infantiae Salvatoris mentione iniecta. Reperiuntur autem posteriores istae Hieronymi litterae multo rarius in codicibus quam priores, ad quarum emendationem inventae sunt: mihi quidem ex editionibus tantum operum Hieronymi innotuerunt, unde in collectiones apocryphorum transierunt. Ceterum emendator ille incaute hoc fecit quod episcoporum litteras intactas reliquit, in quibus pariter atque in Hieronymi responso de infantia Salvatoris sermo est.

Quibus ex omnibus clarum fit, epistolas episcoporum et Hieronymi non posse ab ipso inventore evangelio de nativitate Mariae praefixas esse, neque magis eum libellum Pseudo-Matthaei nomine

[1]) Cf. Lud. Hain Repertorium bibliographicum, ubi II, 1. p. 130. numero 9178. commemoratur *Infantia Salvatoris. Libellus de infantia Salvatoris a beato Hieronymo translatus.* Qui libellus nec a Ludov. Hain visus est nec a Thilone nec a me.

[2]) Ceterum „Iacobus filius Iosephi" idem est qui in graecis libris mss. protevangelii ἀδελφόθεος dicitur; neque magis alius est Ἰάκωβος Ἑβραῖος Epiphanii monachi, quum illum in ipso Mariae partu interfuisse faciat: Ἰάκωβος Ἑβραῖος τότε παρών etc. Cf. Epiph. edita et ined. cura Dressel. p. 23.

[3]) Cf. Cod. apocr. pag. CXV. In altero codice nostro, i. e. Laurentiano, nec epistola nec magis ulla inscriptio esse videtur; certe enim nihil eiusmodi in schedis meis notavi.

[4]) In commentario adscripsimus pag. 52.

Digitized by Google

quippe ex iisdem epistolis desumto posse insigniri. In altero vero libro qui et est et inscribitur *de ortu Mariae et infantia Salvatoris*, nihil contrarium habetur epistolis illis, quas et ipse, ut vidimus, in antiquis codd. multis praepositas habet: quapropter huic titulus evangelii Pseudo-Matthaei ex illarum epistolarum auctoritate restituendus erat.

Iam vero sede harum epistolarum iure mutata mutatur etiam iudicium de utriusque libri aetate, consilio, auctoritate, quod in dissertatione nostra *de evangeliorum apocryphorum origine et usu* §§ 11. et 12. fecimus. Ad quod enim maxime compilatorem evangelium de nativitate Mariae composuisse ibi diximus, ut contra haereticos, nominatim Manichaeos et Montanistas, commento de Levitico genere Mariae unice delectatos Davidicam Mariae virginis progeniem evinceret, id utrique evangelio commune est. Porro in commendandis vitae monasticae praeceptis grave illud duximus quod auctor evangelii de nativitate Mariae VII, 4. scripturam protevangelii cap. VIII. τοὺς χηρεύοντας τοῦ λαοῦ reddidit „nuptui habiles non coniugatos", quorum loco Pseudo-Matthaeus noster habet „quicumque sine uxore est". At hoc posterius, si verum quaeris, maiorem antiquitatem sapit altera scriptura, qua novi aliquid cum gravitate additur. Quod eo plus momenti habet quoniam ad repraesentandam ipsam Iosephi personam valuit: is enim grandaevus quidem dicitur, sed ignoratur prius eius coniugium, ignorantur etiam filii. Multo id aliter fit in Pseudo-Matthaeo nostro VIII, 4., contra quem ipsum dixeris evangelium de nativitate Mariae scriptum esse. Mitto id genus alia. Pseudo-Matthaei enim evangelium, quod nobis dicitur, haud dubie locis pluribus antiquiorem refert haeresin, eiusmodi quidem cui ipsa ecclesia indulgebat; alterum de nativitate Mariae quamquam cum luxuria sententiarum verborumque, tamen caute et salva quadam sobrietate catholica scriptum est. Hinc nescio an a veritate non nimis aberret si cui posterius excogitatum videatur ad eliminandum prius, cuius textum quemadmodum in nostris codicibus superest, ab exemplis antiquissimis vario modo deflexisse credibile est.

Illud vero negari non potest, iam media aetate eum qui est de nativitate Mariae librum ad Hieronymum Matthaei interpretem referri

Digitized by Google

consuevisse, etsi antiquorum scriptorum de evangelio Pseudo-Matthaei testimonia saepe difficile dictu est utrum spectent ex duobus libris nostris. Primus quidem qui librum de nativitate Mariae nomine Matthaei insignitum testetur, Fulbertus videtur esse Carnotensis saec. XI. episcopus. Cf. serm. eius de nativ. Mar. II et III.[1]) Postea, qua re Thiloni assentior[2]), eo potissimum ad litteras atque artes vim habuit quod exeunte saeculo XIII. in historiam Lombardicam sive Legendam auream fere tota recepta est. Cf. cap. CXXXI. (antea 126.) ed. Graesse 1846. pag. 585 sqq.[3]), unde plura utiliter

[1]) Cf. Biblioth. PP. Lugdun. tom. XVIII. pag. 38 sqq. Sermone III. haec leguntur: *Exstat quaedam non usitata relatio, quae clarissimi interpretis Hieronymi praenotatur nomine, referens beatum Matthaeum post editum evangelium ortum praefatae virginis atque initiamenta puerilia Iesu Christi ita obscuris manu propria obsignasse litteris hebraicis ut nullis infidelium illud vellet patere superfluis et mordacibus ictibus; quae tunc a praelibato interprete feruntur transportata, quibusdam obnixe petentibus, ad linguae latinae notitiam* etc. Quo loco etsi de ipso libro nihil accuratius definit, atque inde quod cum „ortu virginis" „initiamenta puerilia Iesu Christi" coniuncta dicit ad alterum concludi librum potest, tamen probabile non est sermone III. Fulbertum de alio scripto exponere quam II. sermone, ubi, Matthaei quidem nomen tacens, plura ad verbum ex libro nostro de nativ. Mar. affert. Cf. Thil. Cod. apocr. p. XCVIII. Quam parum vero ipsa media aetate de auctoris nomine huic historiae virginis praeposito constiterit, Roswitha poetria saec. X. testatur, quae eam historiam, quam ipsa versibus hexametris expressit, sub nomine Iacobi scriptam reperit. Cf. Rosw. opp. ed. Schurzfleisch. 1707. pag. 73 sq.

[2]) Cf. Cod. apocr. XCVI.

[3]) Ibi etiam refertur ad Hieronymum verbis his *Hystoriam autem nativitatis virginis beatus Hieronymus, ut in prologo refert, adolescentulus in quodam libro legit, sed post multum temporis, ut se ibidem legisse recoluit, primo rogatus transscripsit*, cf. pag. 587. Ipsa historia sic inchoatur: *Ioachim namque ex Galilaea et civitate Nazareth sanctam Annam ex Bethlehem duxit uxorem. Ambo autem iusti erant et ambo sine reprehensione in omnibus mandatis domini incedebant, omnemque suam substantiam trifarie dividebant, unam partem templo et templi servitoribus impendebant* etc. Pergitur usque ad verba *virgo autem Maria cum VII virginibus coaevis et collactaneis suis, quas ob ostensionem miraculi a sacerdote acceperat, ad domum parentum in Nazareth reversa est*, cf. finem capitis VIII. Reliqua i. e. capp. IX. X. brevissime absolvuntur his *In diebus autem illis angelus Gabriel ei oranti apparuit et de ea nasciturum dei filium nuntiavit.* De singulis cf. *ipse procul dubio esset cui virgo desponsari deberet*, ad VIII, 1. Memorabilis in media historiae serie locus hic est *Ait Hieronymus in quadam epistola ad Chromatium et Heliodorum quod beata virgo hanc regulam sibi statuerat ut a mane usque ad tertiam orationibus insisteret, a tertia usque ad nonam textrino operi vacaret; a nona ab orationibus non recedebat, quousque angelus apparens sibi escam daret.* Haec enim non in Hieronymi epistola leguntur sed in eo quod nobis est Pseudo-Matthaei evangelio cap. VI, 2. Vestigium est hoc antiquioris famae huius evan-

***

Digitized by Google

conferri possunt cum textu a nobis edito. Hunc vero textum repetivimus quemadmodum ex editionibus operum Hieronymianorum Erasmi, Marian. Victorii, Tribbechovii, Martianaei, Vallarsii, in codices apocryphos Fabricii et Thilonis transiit, nisi quod vulgatam scripturam aliquoties emendavimus, collato insuper evangelio Pseudo-Matthaei, cuius codex noster Ambrosianus (*Amb*) sive Laurentianus documento est, alterum horum librorum ex altero interpolatum esse.

IV. HISTORIA IOSEPHI FABRI LIGNARII.

Historiam Iosephi fabri lignarii latine edidimus, repetentes interpretationem Wallini de arabico factam, apud Thilonem cura Aemilii Roediger aliquoties mutatam. Arabicus vero textus et ipse deberi videtur interpreti operis coptice scripti. Quod quam recte cum Thilone et Dulaurier (vide infra) statuamus, primum probatur codicibus copticis partim memphiticae partim sahidicae dialecti quibus haec historia continetur. (Vide infra.) Ita enim fere fiebat ut qui primum coptice scriberentur libri, ii post arabice verterentur: quemadmodum apud Coptos etiamnum multi libri habentur ad marginem antiquioris textus coptici arabica versione donati, rursusque alii arabice tantum scripti ad ipsos usus ecclesiasticos adhibentur, quale est etiam Synaxarium Mediceum ecclesiae Coptorum Alexandrinae anno Christi 1425 exaratum [1]). Nimirum dudum sermo copticus apud ipsos Coptos abolevit in eiusque locum arabicus successit. Atque etiam arabicus codex is quo ad edendum Wallinus usus est, ex Aegypto Parisios cura Wanslebii advectus est, qui haud dubie ex aliquo Coptorum monasterio sive Cairi sive in deserto Libyae adeptus erat. Porro Coptum potissimum auctorem libri suadet quod cultus nutricii Iesu Monophysitis africanis prae ceteris tantopere placuit ut is apud Coptos primum videatur suum diem festum habuisse [2]). Quod insti-

---

gelii. Praeterea etiam cum notitia de cognatis Iesu a nobis pag. 104. exhibita quae conferantur offert idem illud Legendae aureae caput. Cf. ed. Graesse pag. 586.

[1]) Cf. Asseman. catalog. biblioth. Medic. Laurent. et Palat. codd. mss. oriental. (Florent. 1742.) p. 164 sqq. Thil. cod. apocr. p. XXI.

[2]) Is notatur in Synaxario, quod supra commemoravimus, pag. 185. ad

Digitized by Google

tutum a Coptis ad alios Christianos orientales atque multo post ex oriente in ecclesiam latinam transisse probabile est [1]). Ad id enim historia Iosephi, homiliae potius quam historiae rationem referens, inprimis destinata fuisse videtur ut die Iosephi festo, in memoriam obitus eius instituto, in conventu sacro praelegeretur. Dies ille non modo in libello nostro commemoratur cap. 29., quemadmodum fieri solet in vitis sanctorum eidem usui destinatis, et solemne anniversarium commendatur, sed etiam oblationibus ea occasione faciundis aeterna praemia proponuntur cap. 26.

Denique sententia nostra de coptica origine confirmatur pluribus locis libri dogmaticis, cuiusmodi est convivium mille annorum capite 26. commemoratum. Facile enim chiliasmus quem vocant Coptis Christianis, ingenii mystici et fanatici, maximeque iis qui innumeris monasteriis deserta Libyae incolebant, etiam tum placere poterat quum ecclesia et graeca et latina dudum repudiarat. Item quae capite 14. de natura spiritus sancti praecipiuntur cum iis fere conveniunt quae a Cyrillo Alexandrino in anathem. IX. (cf. Theodoret. opp. IV. p. 717.) in eam rem dicta sunt.

Quae quum ita sint, omnino deserenda est Isidori de Isolanis sententia qui hebraeum malebat auctorem, permotus maxime auctoritate exempli latini quod anno 1340. ex hebraeo translatum esse subscriptio testabatur. Possit aliquis in usum Christianorum ex Iudaeis Aegyptum et Syriam incolentium opus copticum hebraice versum opinari, sed id a consuetudine abhorret Christianorum ex He-

---

diem 26. mensis Abib (i. e. 20. m. Iulii) verbis his *Requies sancti senis iusti Iosephi fabri lignarii, Deiparae virginis Mariae sponsi, qui pater Christi vocari promeruit.*

[1]) Ita senserant etiam Tillemontius et Bollandus. Ille enim *Memoires pour servir à l'histoire eccles.* tom. I. p. 1. pag. 135. sic scribit: *On pretend que les Cophtes et les autres Orientaux en font une feste fort solennelle le 20. de Juillet, auquel ils mettent sa mort sur l'autorité d'une vie pleine de fables. Bollandus croit que les Carmes ont apporté d'Orient cette feste en l'Eglise d'Occident, et que les Cordeliers l'ayant receue en 1399., elle s'est ensuite repandue dans toutes les Eglises latines.* De tempore quo memoria Iosephi festa apud Latinos recepta sit dissentit vel certe videtur dissentire a Bollando Calmet. Cf. eius *dissert. de S. Ioseph S. Mariae virg. coniuge* art. VIII. (Luc. 1729.) ubi ait *Dies obitus ad 19. Martii notatur in martyrologiis ultra 800 annos vetustissimis, quem diem festum agit in eius memoriam ecclesia latina.*

Digitized by Google

ita scribit [1]) *Cetera autem quae vel sub nomine Matthiae* (al. *Matthaei*) *sive Iacobi minoris vel sub nomine Petri et Iohannis, quae a quodam Leucio scripta sunt, vel sub nomine Andreae, quae a Nexocharide* (al. *Xenocharide*) *et Leonida philosophis* (al. om *vel s. n. Andreae* usque *philos.*), *vel sub nomine Thomae, et si qua sunt alia, non solum repudianda verum etiam noveris esse damnanda.* Quibus ex locis apparet et Hieronymum et Innocentium [2]) traditionibus sub nomine Iacobi venditatis libere adversatos esse. Post vero haud pauci fuerunt qui aliter sentirent. Ita iam sexto fere saeculo auctor operis imperfecti in Matthaeum protevangelium — hoc enim ab eo significari clarum est — „historiam non incredibilem neque irrationabilem“ dicit [3]).

Videntur autem Latini non diu in interpretando graeco Iacobi libro acquievisse, sed fabulas ibi traditas vario modo excoluernnt, cum aliis similibus sive ex graeco sive ex alio fonte haustis maximeque cum fabulis Pseudo-Thomae de infantia Christi coniunxerunt atque in nova commenta converterunt. Hoc in caussa fuisse videtur cur in celebri edicto Gelasii non modo *evangelium* sive, ut in aliis codicibus est, *evangelia nomine Iacobi* et *evangelia nomine Thomae*, sed praeterea etiam *liber de infantia Salvatoris* atque item *liber de nativitate Salvatoris et de Maria vel obstetrice* in apocryphis recenseu-

---

[1]) Cf. Galland. bibl. pp. VIII. p. 561. Locus est ad finem epistolae.

[2]) Augustinus quidem cap. IX. libri XXIII. *contra Faustum*, ubi exponit de libro Manichaeis probato, qui Γέννα Μαρίας inscribebatur, protevangelium ignorare videtur. Ibi enim ille sic: *ipse vero convincat non eam* (i. e. Mariam) *pertinuisse ad semen David, et hoc ostendat non ex quibuscumque litteris, sed ecclesiasticis canonicis catholicis. Aliae quippe non habent ad has res ullum pondus auctoritatis: ipsae sunt enim quas recipit et tenet ecclesia - - . Ac per hoc illud quod de generatione Mariae Faustus posuit, quod patrem habuerit ex tribu Levi sacerdotem quendam nomine Ioachim, quia canonicum non est, non me constringit; sed etiam si hoc crederem, ipsum potius Ioachim dicerem aliquo modo ad David sanguinem pertinuisse et aliquo modo ex tribu Iuda in tribum Levi fuisse adoptatum. - - Hoc ego potius vel tale aliquid crederem, si illius apocryphae scripturae ubi Ioachim pater Mariae legitur auctoritate detinerer, quam mentiri evangelium - - .* Sed impugnanti tantopere apocryphum Fausti librum mentio apocryphi alius scripti, quo ad tuendam rem suam uti posset, non opportuna erat.

[3]) Cf. Opp. Chrysost. ed. Montfauc. tom. VI. pag. XXIV. *Nam sicut historia quaedam non incredibilis neque irrationabilis docet, quando gesta sunt quae refert Lucas, Ioseph absens erat.*

Digitized by Google

tur [1]). Quae sententia probatur ratione librorum latinorum qui ad aetatem nostram pervenerunt: eorum enim nullus ipsum Iacobi evangelium accurate versum continet, sed eiusmodi retractationes quae modo plura modo pauciora comprehendant, aliis de consilio additis, aliis caute demtis, aliis per lusum ingenii exaggeratis, graecum textum magis imitatione exprimentes quam ipsum reddentes.

Quadrant haec in utrumque libellorum nunc ipsum a nobis editorum, quorum alter qualis nunc est primum nostra cura prodit, alter dudum a pluribus editus est. Primum accuratius de illo videamus, quem Pseudo-Matthaei evangelium diximus. Priora eius capita viginti quatuor iam ante me Thilo edidit ex codice Parisiensi, cuius mentio etiam apud Cotelerium [2]) facta est, sub titulo historiae de nativitate Mariae et de infantia Salvatoris. Ab edendo alio eiusdem bibliothecae codice qui ad nostri textus et ambitum et rationem propius accedit, abstinere maluit, quum eam ob caussam quod „fabulas graecas partim ab auctore sive interprete latino ineptissime amplificatas vidit," tum quod „haud paucos locos a librariis ita depravatos offendit ut sensum verborum ne divinando quidem assequi posset." Nos vero quum in itinere italico in duos incidissemus codices eundem librum passim quidem cum magna textus differentia continentes, utrumque curiose descripsimus atque nunc edidimus: nimirum fabularum amplificatio, quam Thilo iure questus est, non probanda gustu nostro, sed minime contemnenda est propterea quod pertinet ad cognoscendum ingenium temporum eorum quibus debetur atque placuit, sive ab ipsis profecta sit Latinis sive ex orientalibus libris fluxerit, et quod nonnulla latine supplere videtur quae graece scripta perierunt. Valet id quod ultimo loco dixi in eas maxime fabulas quae ex evangelio Thomae desumtae videntur, cuius graece fragmenta tantum supersunt.

[1]) Cf. Credner: Zur Geschichte des Kanons, pag. 215. 217. Decreti Gelasiani §§ 9 et 16.

[2]) Cf. ad Constit. apost. VI, 17. *Non enim unus duntaxat nebulo circa Servatoris infantiam comminisci sibi permisit, sed eiusdem* (i. e. Parisiensis) *bibliothecae codice 2276. legitur* Incipit historia de Ioachim et Anna, et de nativitate b. dei genitricis semperque virginis, et de infantia Salvatoris. -- *Codice vero* 1697. *exstat liber tanquam Matthaei evangelistae* de infantia salvatoris, *narrationis cum praecedentibus partim similis partim dissimilis* etc.

Digitized by Google

Praeterea dubium non est quin Vaticanus textus noster multo praestet codici Thilonis Parisiensi, per priora ea capita quae is sola habet: nisi quod doctissimus editor passim legendo videtur falsus esse. Cf. exempli caussa cap. VII. ubi Thilo habet *deus a filiis colitur;* nos *deus in filiis colitur.* Ibidem Thilo *Deus castitate primo omnium probatur aut colitur;* nos *Deus in castitate colitur, ut primo omnium comprobatur:* VIII, 3. Thilo *Cumque erogasset singulas ad tria millia virgas et ex nulla earum exiisset columba;* nos *Cumque singulis erogasset, et ex nulla virga exisset columba:* VIII, 4. Thilo *Ego quidem non contemno voluntatem dei, si cognoscere possim quis;* nos *Ego quidem voluntatem dei non contemno, sed custos eius ero quousque hoc de voluntate dei cognoscam quis:* VIII, 5. Thilo *quasi in fatigationem sermonis,* nos *quasi in fatigationis sermone:* XII, 2. Thilo *quam si gustasset homo metuens;* nos *quam cum gustasset aliquis mentiens:* XII, 3. Thilo *melius est enim vitam tuam confessio prodat;* nos *melius est enim ut tua confessio te prodat:* XII, 4. Thilo *alii dicebant sanctitatem, alii vero per malam conscientiam accusabant eam. Tunc Maria videns populi suspicionem non ex integro fuisse purgatam -- quoniam virum nunquam cognovi, sed nec cognoscere habeo; quia ab infantia -- in hoc mentem definivi, et hoc deo meo votum feci ut -- in qua me confido ipsi soli vivere et ipsi soli sine aliqua pollutione quamdiu vixero permanere;* nos *alii dicebant sanctam et immaculatam; alii vero malam et contaminatam. Tunc Maria videns se in suspicione populi esse nec se eo integre videri purgatam -- quoniam virum nunquam cognovi; sed ab eo cognoscor cui ab infantia -- mentem meam devovi. Et hoc deo meo votum feci ab infantia mea ut -- in qua me confido ipsi soli vivere et ipsi soli servire: et in ipso quamdiu vixero sine pollutione permanebo.*

In edendo autem ita versati sumus ut textum Vaticani codicis, quem A diximus, plerumque sequeremur, lectionibus codicis Laurentiani i. e. B, item Parisiensis num. 5559. A. (Cotelerii tempore num. 2276.) saeculi XIV. (apud nos C) et alterius Parisiensis num. 1652. saeculi XV. (apud nos D) in commentario exhibitis. Posterioris enim codicis Parisiensis lectiones Thilo passim ad suum textum

Digitized by Google

adnotavit; praetereaque exhibuit inscriptiones singulorum quae in eo codice sunt capitum hunc in modum:

I. De patre et matre sanctae Mariae virginis. II. De recessu Ioachim ab Anna. III. De regressu Ioachim ad Annam. IV. De ortu beatae Mariae. V. De gratiarum actione Annae. VI. De commendatione beatae Mariae. VII. De voto virginitatis beatae Mariae. VIII. Quare beata Maria commissa fuit Ioseph. IX. De annuntiatione dominica. X. De moestitia Ioseph pro beata Maria gravida inventa. XI. De consolatione Ioseph facta per angelum. XII. De calumnia Iudaeorum in Ioseph et beata virgine facta. XIII. De tempore ortus Christi et duabus obstetricibus et pastoribus et stella. XIV. De egressu beatae Mariae a spelunca in praesepio (?). XV. De circumcisione domini et adventu magorum in Ierusalem. XVI. De Ypapanti domini. XVII. De nece puerorum et fuga Ioseph in Aegyptum. XVIII. Quomodo Iesus sedavit dracones. XIX. Quomodo leones et pardi Iesum sunt secuti. XX. De palma inclinata per Iesum aquam producente. XXI. De benedictione palmi et rami eius translatione. XXII. De itinere per Iesum abbreviato. XXIII. Quomodo ingresso Iesu in Aegyptum idola corruerunt. XXIV. De honore Iesu exhibito per Afrodisium. XXV. De pisce arido vitae restituto. XXVI. De risu Iesu propter passeres sibi invicem insidiantes. XXVII. De egressu Iesu et Mariae de Aegypto. XXVIII. De aqua pluviali clarificata et decem passeribus de luto factis in sabbato. XXIX. De Pharisaeo mortuo ad vocem Iesu. XXX. De puero qui percussit Iesum morti tradito et quibusdam caecitate perculsis. XXXI. Quod Iesus prohibuit Ioseph ne per iram ipsum tangeret. XXXII. De Zachaeo magistro Iesu et verbis eorum. XXXIII. Quod Iesus suscitavit puerum cum eo ludentem. XXXIV. Quod Iesus sanavit pedem findentis ligna. XXXV. Quod Iesus attulit aquam beatae Mariae in pallio suo. XXXVI. De tritico a Iesu multiplicato. XXXVII. De ligno per Iesum distento. XXXVIII. De quodam magistro Iesu vita privato. XXXIX. De quodam alio magistro Iesu, cuius benignitate Iesus suscitavit magistrum defunctum. XL. Quomodo Iesus sanavit Ioseph a veneno viperae. XLI. De septem lacubus et duodecim passeribus et duobus pueris per Iesum traditis morti. XLII. De filio cuiusdam mulieris per Iesum vitae reddito.

Digitized by Google

XLIII. Quomodo Iesus intravit in cryptam leaenae. XLIV. Quomodo aqua Iordanis divisa est ante eos. XLV. Quomodo defunctus resuscitatus est per sudarium Ioseph. XLVI. Quomodo Zachias rogavit Ioseph et Mariam ut traderent Iesum magistro nomine Levi. XLVII. Quomodo Iesus sanctificabat et benedicebat convivantes. XLVIII. Commendatio Iesu et Mariae matris eius.

Sed antequam dicamus de altero libro qui de nativitate Mariae inscribitur, explicandum est de titulo evangelii Pseudo-Matthaei: hoc enim ipsi priorem librum insigniendum duximus, postquam editores operum Hieronymi aliique, quorum exemplum etiam Thilo secutus est, librum de nativitate Mariae, apud nos tertio loco positum, eo nomine dixerunt. Cuius rei iudicium haud dubie primum pendet a codicum auctoritate, non tam ab ipso eo quem habent titulo libri, quam ab epistolis episcoporum et Hieronymi libro praefixis: in his enim Matthaeus diserte auctor praedicatur. Iamvero non tantum Vaticanus codex is quem maxime secuti sumus illas epistolas nostro libro praepositas habet, sed etiam alter ille Cotelerii Parisiensis [1]) et Laurentiani duo a Bandinio accurate descripti, alter Medic. plut. XIX. cod. 10., alter bibl. S. Crucis plut. XV. cod. 12. [2]) Neque aliter, ut videtur, in Grabii codice Oxoniensi fit [3]); atque consentit etiam libellus saeculo quinto decimo editus sub

---

[1]) Cf. supra notam 2) pag. XXVII.

[2]) Cf. Bandin. Catalog. I. p. 523., ubi de priore, quo Hieronymi opera continentur, haec afferuntur: *Hieronymi epistola sive praefatio in libro de infantia Salvatoris ad Cromantium et Heliodorum.* Post inscriptionem *Dominis sanctis ac beatissimis* etc incipit *Qui terram auri conscientia* (sic) *fodit* etc et desinit *per nostram poterunt obedientiam pervenire.* Liber incipit *Una die admonitus est in somnis Ioseph ab angelo domini* (cf. apud nos XVII, 2.) Desinit *ipse Iesus Christus, qui eum sanavit, sanet nos a peccatis, qui est benedictus* etc. (Haec extrema quadrare videntur in finem capitis nostri XLI.) Ibidem tom. IV. p. 474. de altero codice explicatur. Praemissa eadem illa Hieronymi epistola caput primum est *de fuga Iesu in Aegyptum* (cf. cap. XVII.). Extremum hanc habet epigraphen: *Quomodo, quando simul comedebant, Iesus mensae benedicebat, et quando dormiebat, claritas dei super eum fulgebat.* Desinit *in die sive in nocte, claritas dei resplendebat super eum, in saecula saeculorum. Amen.* (Haec satis respondent nostris capite XLII.)

[3]) Quod enim Grabius ad Irenaei I, 17. (apud Massuet. 1, 20.) notavit, contineri eo codice *Pseudo-evangelium Leucii*, id inde explicandum videtur quod Leucius idem Matthaei scriptum ad suam mentem conformatum edidisse in litteris fingitur Hieronymi.

Digitized by Google

titulo infantiae Salvatoris [1]). Contra est uterque Thilonis codex Parisiensis, ubi Iacobus filius Iosephi auctor fingitur [2]), consentiente etiam Cantabrigiensi codice recentissimae aetatis a Thilone inspecto [3]). Accedit quod opusculum alterum de nativitate Mariae plerumque cum Hieronymi litteris inveniri videtur, quamquam de ea re non satis constat.

Sed omnem dubitationem nostram sustulit hoc quod episcopi duobus epistolae locis et virginis matris et Salvatoris infantiam hoc evangelio Matthaei contineri significant, atque in ipsis Hieronymi litteris est *nos suis orationibus adiuvent qui ad Salvatoris nostri sanctam infantiam per nostram potuerint obedientiam pervenire.* Haec minime quadrant in breve illud de nativitate Mariae evangelium, quod eo ipso loco desinit ubi sermo de infantia Salvatoris instituendus est. Quod quam male habeat, iam olim sensit is qui alterum litterarum Hieronymi finxit exemplum [4]), in quo sola nativitas Mariae eo Matthaei evangelio tradi bis dicitur, nulla prorsus infantiae Salvatoris mentione iniecta. Reperiuntur autem posteriores istae Hieronymi litterae multo rarius in codicibus quam priores, ad quarum emendationem inventae sunt: mihi quidem ex editionibus tantum operum Hieronymi innotuerunt, unde in collectiones apocryphorum transierunt. Ceterum emendator ille incaute hoc fecit quod episcoporum litteras intactas reliquit, in quibus pariter atque in Hieronymi responso de infantia Salvatoris sermo est.

Quibus ex omnibus clarum fit, epistolas episcoporum et Hieronymi non posse ab ipso inventore evangelio de nativitate Mariae praefixas esse, neque magis eum libellum Pseudo-Matthaei nomine

[1]) Cf. Lud. Hain Repertorium bibliographicum, ubi II, 1. p. 130. numero 9178. commemoratur *Infantia Salvatoris. Libellus de infantia Salvatoris a beato Hieronymo translatus.* Qui libellus nec a Ludov. Hain visus est nec a Thilone nec a me.

[2]) Ceterum „Iacobus filius Iosephi" idem est qui in graecis libris mss. protevangelii ἀδελφόθεος dicitur; neque magis alius est Ἰάκωβος Ἑβραῖος Epiphanii monachi, quum illum in ipso Mariae partu interfuisse faciat: Ἰάκωβος Ἑβραῖος τότε παρών etc. Cf. Epiph. edita et ined. cura Dressel. p. 23.

[3]) Cf. Cod. apocr. pag. CXV. In altero codice nostro, i. e. Laurentiano, nec epistola nec magis ulla inscriptio esse videtur; certe enim nihil eiusmodi in schedis meis notavi.

[4]) In commentario adscripsimus pag. 52.

Digitized by Google

quippe ex iisdem epistolis desumto posse insigniri. In altero vero libro qui et est et inscribitur *de ortu Mariae et infantia Salvatoris*, nihil contrarium habetur epistolis illis, quas et ipse, ut vidimus, in antiquis codd. multis praepositas habet: quapropter huic titulus evangelii Pseudo-Matthaei ex illarum epistolarum auctoritate restituendus erat.

Iam vero sede harum epistolarum iure mutata mutatur etiam iudicium de utriusque libri aetate, consilio, auctoritate, quod in dissertatione nostra *de evangeliorum apocryphorum origine et usu* §§ 11. et 12. fecimus. Ad quod enim maxime compilatorem evangelium de nativitate Mariae composuisse ibi diximus, ut contra haereticos, nominatim Manichaeos et Montanistas, commento de Levitico genere Mariae unice delectatos Davidicam Mariae virginis progeniem evinceret, id utrique evangelio commune est. Porro in commendandis vitae monasticae praeceptis grave illud duximus quod auctor evangelii de nativitate Mariae VII, 4. scripturam protevangelii cap. VIII. τοὺς χηρεύοντας τοῦ λαοῦ reddidit „nuptui habiles non coniugatos", quorum loco Pseudo-Matthaeus noster habet „quicumque sine uxore est". At hoc posterius, si verum quaeris, maiorem antiquitatem sapit altera scriptura, qua novi aliquid cum gravitate additur. Quod eo plus momenti habet quoniam ad repraesentandam ipsam Iosephi personam valuit: is enim grandaevus quidem dicitur, sed ignoratur prius eius coniugium, ignorantur etiam filii. Multo id aliter fit in Pseudo-Matthaeo nostro VIII, 4., contra quem ipsum dixeris evangelium de nativitate Mariae scriptum esse. Mitto id genus alia. Pseudo-Matthaei enim evangelium, quod nobis dicitur, haud dubie locis pluribus antiquiorem refert haeresin, eiusmodi quidem cui ipsa ecclesia indulgebat; alterum de nativitate Mariae quamquam cum luxuria sententiarum verborumque, tamen caute et salva quadam sobrietate catholica scriptum est. Hinc nescio an a veritate non nimis aberret si cui posterius excogitatum videatur ad eliminandum prius, cuius textum quemadmodum in nostris codicibus superest, ab exemplis antiquissimis vario modo deflexisse credibile est.

Illud vero negari non potest, iam media aetate eum qui est de nativitate Mariae librum ad Hieronymum Matthaei interpretem referri

Digitized by Google

consuevisse, etsi antiquorum scriptorum de evangelio Pseudo-Matthaei testimonia saepe difficile dictu est utrum spectent ex duobus libris nostris. Primus quidem qui librum de nativitate Mariae nomine Matthaei insignitum testetur, Fulbertus videtur esse Carnotensis saec. XI. episcopus. Cf. serm. eius de nativ. Mar. II et III.[1]) Postea, qua re Thiloni assentior[2]), eo potissimum ad litteras atque artes vim habuit quod exeunte saeculo XIII. in historiam Lombardicam sive Legendam auream fere tota recepta est. Cf. cap. CXXXI. (antea 126.) ed. Graesse 1846. pag. 585 sqq.[3]), unde plura utiliter

[1]) Cf. Biblioth. PP. Lugdun. tom. XVIII. pag. 38 sqq. Sermone III. haec leguntur: *Exstat quaedam non usitata relatio, quae clarissimi interpretis Hieronymi praenotatur nomine, referens beatum Matthaeum post editum evangelium ortum praefatae virginis atque initiamenta puerilia Iesu Christi ita obscuris manu propria obsignasse litteris hebraicis ut nullis infidelium illud vellet patere superfluis et mordacibus ictibus; quae tunc a praelibato interprete feruntur transportata, quibusdam obnixe petentibus, ad linguae latinae notitiam* etc. Quo loco etsi de ipso libro nihil accuratius definit, atque inde quod cum „ortu virginis" „initiamenta puerilia Iesu Christi" coniuncta dicit ad alterum concludi librum potest, tamen probabile non est sermone III. Fulbertum de alio scripto exponere quam II. sermone, ubi, Matthaei quidem nomen tacens, plura ad verbum ex libro nostro de nativ. Mar. affert. Cf. Thil. Cod. apocr. p. XCVIII. Quam parum vero ipsa media aetate de auctoris nomine huic historiae virginis praeposito constiterit, Roswitha poetria saec. X. testatur, quae eam historiam, quam ipsa versibus hexametris expressit, sub nomine Iacobi scriptam reperit. Cf. Rosw. opp. ed. Schurzfleisch. 1707. pag. 73 sq.

[2]) Cf. Cod. apocr. XCVI.

[3]) Ibi etiam refertur ad Hieronymum verbis his *Hystoriam autem nativitatis virginis beatus Hieronymus, ut in prologo refert, adolescentulus in quodam libro legit, sed post multum temporis, ut se ibidem legisse recoluit, primo rogatus transscripsit*, cf. pag. 587. Ipsa historia sic inchoatur: *Ioachim namque ex Galilaea et civitate Nazareth sanctam Annam ex Bethlehem duxit uxorem. Ambo autem iusti erant et ambo sine reprehensione in omnibus mandatis domini incedebant, omnemque suam substantiam trifarie dividebant, unam partem templo et templi servitoribus impendebant* etc. Pergitur usque ad verba *virgo autem Maria cum VII virginibus coaevis et collactaneis suis, quas ob ostensionem miraculi a sacerdote acceperat, ad domum parentum in Nazareth reversa est*, cf. finem capitis VIII. Reliqua i. e. capp. IX. X. brevissime absolvuntur his *In diebus autem illis angelus Gabriel ei oranti apparuit et de ea nasciturum dei filium nuntiavit.* De singulis cf. *ipse procul dubio esset cui virgo desponsari deberet*, ad VIII, 1. Memorabilis in media historiae serie locus hic est *Ait Hieronymus in quadam epistola ad Chromatium et Heliodorum quod beata virgo hanc regulam sibi statuerat ut a mane usque ad tertiam orationibus insisteret, a tertia usque ad nonam textrino operi vacaret; a nona ab orationibus non recedebat, quousque angelus apparens sibi escam daret.* Haec enim non in Hieronymi epistola leguntur sed in eo quod nobis est Pseudo-Matthaei evangelio cap. VI, 2. Vestigium est hoc antiquioris famae huius evan-

***

Digitized by Google

conferri possunt cum textu a nobis edito. Hunc vero textum repetivimus quemadmodum ex editionibus operum Hieronymianorum Erasmi, Marian. Victorii, Tribbechovii, Martianaei, Vallarsii, in codices apocryphos Fabricii et Thilonis transiit, nisi quod vulgatam scripturam aliquoties emendavimus, collato insuper evangelio Pseudo-Matthaei, cuius codex noster Ambrosianus (*Amb*) sive Laurentianus documento est, alterum horum librorum ex altero interpolatum esse.

IV. HISTORIA IOSEPHI FABRI LIGNARII.

Historiam Iosephi fabri lignarii latine edidimus, repetentes interpretationem Wallini de arabico factam, apud Thilonem cura Aemilii Roediger aliquoties mutatam. Arabicus vero textus et ipse deberi videtur interpreti operis coptice scripti. Quod quam recte cum Thilone et Dulaurier (vide infra) statuamus, primum probatur codicibus copticis partim memphiticae partim sahidicae dialecti quibus haec historia continetur. (Vide infra.) Ita enim fere fiebat ut qui primum coptice scriberentur libri, ii post arabice verterentur: quemadmodum apud Coptos etiamnum multi libri habentur ad marginem antiquioris textus coptici arabica versione donati, rursusque alii arabice tantum scripti ad ipsos usus ecclesiasticos adhibentur, quale est etiam Synaxarium Mediceum ecclesiae Coptorum Alexandrinae anno Christi 1425 exaratum [1]). Nimirum dudum sermo copticus apud ipsos Coptos abolevit in eiusque locum arabicus successit. Atque etiam arabicus codex is quo ad edendum Wallinus usus est, ex Aegypto Parisios cura Wanslebii advectus est, qui haud dubie ex aliquo Coptorum monasterio sive Cairi sive in deserto Libyae adeptus erat. Porro Coptum potissimum auctorem libri suadet quod cultus nutricii Iesu Monophysitis africanis prae ceteris tantopere placuit ut is apud Coptos primum videatur suum diem festum habuisse [2]). Quod insti-

---

gelii. Praeterea etiam cum notitia de cognatis Iesu a nobis pag. 104. exhibita quae conferantur offert idem illud Legendae aureae caput. Cf. ed. Graesse pag. 586.

[1]) Cf. Asseman. catalog. biblioth. Medic. Laurent. et Palat. codd. mss. oriental. (Florent. 1742.) p. 164 sqq. Thil. cod. apocr. p. XXI.

[2]) Is notatur in Synaxario, quod supra commemoravimus, pag. 185. ad

Digitized by Google

tutum a Coptis ad alios Christianos orientales atque multo post ex oriente in ecclesiam latinam transisse probabile est [1]). Ad id enim historia Iosephi, homiliae potius quam historiae rationem referens, inprimis destinata fuisse videtur ut die Iosephi festo, in memoriam obitus eius instituto, in conventu sacro praelegeretur. Dies ille non modo in libello nostro commemoratur cap. 29., quemadmodum fieri solet in vitis sanctorum eidem usui destinatis, et solemne anniversarium commendatur, sed etiam oblationibus ea occasione faciundis aeterna praemia proponuntur cap. 26.

Denique sententia nostra de coptica origine confirmatur pluribus locis libri dogmaticis, cuiusmodi est convivium mille annorum capite 26. commemoratum. Facile enim chiliasmus quem vocant Coptis Christianis, ingenii mystici et fanatici, maximeque iis qui innumeris monasteriis deserta Libyae incolebant, etiam tum placere poterat quum ecclesia et graeca et latina dudum repudiarat. Item quae capite 14. de natura spiritus sancti praecipiuntur cum iis fere conveniunt quae a Cyrillo Alexandrino in anathem. IX. (cf. Theodoret. opp. IV. p. 717.) in eam rem dicta sunt.

Quae quum ita sint, omnino deserenda est Isidori de Isolanis sententia qui hebraeum malebat auctorem, permotus maxime auctoritate exempli latini quod anno 1340. ex hebraeo translatum esse subscriptio testabatur. Possit aliquis in usum Christianorum ex Iudaeis Aegyptum et Syriam incolentium opus copticum hebraice versum opinari, sed id a consuetudine abhorret Christianorum ex He-

---

diem 26. mensis Abib (i. e. 20. m. Iulii) verbis his *Requies sancti senis iusti Iosephi fabri lignarii, Deiparae virginis Mariae sponsi, qui pater Christi vocari promeruit.*

[1]) Ita senserunt etiam Tillemontius et Bollandus. Ille enim *Memoires pour servir à l'histoire ecclés.* tom. I. p. 1. pag. 135. sic scribit: *On pretend que les Cophtes et les autres Orientaux en font une feste fort solennelle le 20. de Juillet, auquel ils mettent sa mort sur l'autorité d'une vie pleine de fables. Bollandus croit que les Carmes ont apporté d'Orient cette feste en l'Eglise d'Occident, et que les Cordeliers l'ayant receue en 1399., elle s'est ensuite repandue dans toutes les Eglises latines.* De tempore quo memoria Iosephi festa apud Latinos recepta sit dissentit vel certe videtur dissentire a Bollando Calmet. Cf. eius *dissert. de S. Ioseph S. Mariae virg. coniuge* art. VIII. (Luc. 1729.) ubi ait *Dies obitus ad 19. Martii notatur in martyrologiis ultra 800 annos vetustissimis, quem diem festum agit in eius memoriam ecclesia latina.*

Digitized by Google

braeis ubique bilinguibus, neque magis id sententiae Isidori de Isolanis aut subscriptioni codicis illius latini conveniens est. Verum ita existimandum est, interpretem latinum commendandi libri caussa ad hebraeum provocasse textum, quemadmodum tot apocryphorum eius generis auctores ex hebraeo se transtulisse finxerunt. Quod ut ille fingeret, fecit etiam quod primo capite apostoli hunc sermonem litteris consignatum reliquisse dicuntur in bibliotheca Hierosolymitana [1]).

Quam ad antiquitatem haec historia Iosephi fabri lignarii referenda sit, accuratius definiri poterit ubi de tempore institutae memoriae Iosephi festae compertum fuerit. Rursus vero inde quod libellus noster coptice, et quidem in utraque dialecto et memphitica et sahidica, scriptus reperitur, concludendum est ad magnam eius instituti antiquitatem. Saeculo fere quarto si Coptum auctorem scripsisse dicimus, nihil in ipso libro ei sententiae contrarium habebimus. Convenit enim simplicitas qua res ex evangelio Iacobi petitae per priora novem capita narrantur. Item res quae Iosephum senem spectant, quae mortem et animarum piarum statum, quae angelos et coelos similiaque, ut nihil novellae superstitionis produnt, ita concordant maxime cum iis Iudaeorum de his rebus opinionibus quae primis saeculis a Christianis etiam plerisque receptae sunt. Inprimis notabile est convivium mille annorum capite 26. memoratum, quod post saeculum tertium vix amplius nisi apud haereticos auctoritatem habebat; item quod capite 5. mors instare dicitur Mariae virgini, quam quinto iam saeculo in coelum assumtam esse permultis placebat.

Restat ut de editione nostra explicemus, quam ab editione principe Wallini inprimis pendere iam supra significatum est. Georgius enim Wallinus, natione Suecus, ex cod. ms. Parisiensi arabice edidit, addita versione latina et magna notarum copia, anno 1722 [2]). Codicem eum arabicum in bibliotheca Regia notatum dicit

---

[1]) Et h. l. et in iis quae sequuntur plura conformavimus ad § 14. dissertationis nostrae Haganae; cf. pag. 52 sqq.

[2]) Libri titulus hic est: Historia Iosephi fabri lignarii. Liber apocryphus ex codice manuscripto Regiae bibliothecae Parisiensis nunc primum arabice edi-

Digitized by Google

Wallinus numero CCCCXXXII[1]). Versionem Wallini primum repetiit Fabricius in cod. Veteris Testamenti pseudepigr. II. p. 309 sqq., nullis notis nec ex Wallini opere redditis nec a se additis. Thilo vero ipsum textum arabicum recudendum curavit, scriptura passim ab Aemilio Roediger restituta, versionem aliquot locis mutatam repetiit, delectam notarum partem ipsis Wallini verbis exscripsit. Idem primus attendit ad fragmenta historiae Iosephi coptica, descripta a Georg. Zoega in catalogo codd. copticorum mss. qui in Museo Borgiano Velitris adservantur, Romae a. 1810. Est enim in Borgiana collectione codex copt. num. XXV. (descriptus) ex volum. Vatic. LXVI. (apud Asseman. in bibl. orient. tom. I. p. 618. est cod. copt. XV., anno p. Chr. 1067. scriptus), qui totam nostram de vita et morte Iosephi historiam continet, unde Zoëga praeter librarii subscriptionem non attulit nisi initium, a nobis sub textu pag. 115. repetitum. Recenset vero etiam in catalogo pag. 225. fragmentum sahidici codicis[2]), quod foliis iis octo quibus constat cap. XIV. usque cap. XXIII. complectitur. Inde quicquid Zoega latine exscripsit, diligenter in notis ad textum notavimus. Cum quibus Zoegae excerptis coniunximus quae ex eodem fonte hausta nuper edidit Ed. Dulaurier. Is enim ea fragmenta quae ipso sahidico textu a Zoega

---

tus, nec non versione latina et notis illustratus a Georgio Wallin, Sueco. Lipsiae, MDCCXXII.

[1]) Docuit Thilo ex Actis Sanctorum iam ducentis annis ante Wallinum fabulae nostrae notitiam dedisse Isidorum de Isolanis. Locus Actorum d. XIX. Martii tom. III. p. 7. sic habet: Kalendaria coptica ad XX. diem Julii festum Iosephi referunt, et in eo quidem quod apud Seldenum est libro de Synedriis Hebraeorum ad calcem expressum additur fabri lignarii. Testatur autem Isidorus de Isolanis, ex ordine S. Dominici, ante annos 140. (circa annum 1522.) scriptor, in *Summa de donis S. Iosephi* parte IV. cap. 9., orientis Catholicos consuevisse eum diem ingenti cum veneratione agere suisque in ecclesiis quandam S. Iosephi vitam legere, cuius de hebraeo in latinum anno 1340. translatae nactus exemplar, illius epitomen tradit, multis omissis quae ab sanctae Romanae ecclesiae cultoribus, cuius deficere nequit veritas Christo conservante, minime reciperentur. In hac autem Christus ipse, cui in monte oliveti ad discipulos loquenti tota illa de Iosepho narratio tribuitur, sic concludere fingitur *Et posuerunt corpus Ioseph patris mei in sepulcro iuxta corpus patris sui Iacob.*

[2]) Ad eundem codicem olim pertinuisse videtur folium unum a Zoega sub num. CXVI. p. 223. memoratum, in quo Iesus narrat *quomodo eum concepit virgo Maria et peperit in Bethlehem prope monumentum Rachelis.* Haec enim, ut iam Thilo indicavit, in caput nostrum VII. quadrant.

Digitized by Google

exscripta sunt, accuratius quam Zoega interpretatus est. Quod fecit in libello cui titulus est: „Fragment des révélations apocryphes de S. Barthélemy et de l'histoire des communautés religieuses fondées par S. Pakhome. Traduit sur les textes copte-thébains inédits conservés à la bibl. du Roi par M. Édouard Dulaurier. Paris 1835. Cf. ibi pag. 23—29., ubi magnam partem fragmenti sahidici interpretatur. Praefatur autem pag. 23. inter alia haec: En comparant les récits de l'écrivain arabe avec ceux de l'auteur copte, on se convaincra que l'ouvrage du premier n'est qu'une traduction abrégée de l'original égyptien. -- Cette composition se rattache trop évidemment par le fond des idées aux doctrines théosophiques dont l'Égypte fut la patrie, et par son style à ce caractère de simplicité qui est propre à la langue copte, pour qu'il soit possible de supposer que l'original n'ait pas été écrit en cet idiome, et qu'il ait vu le jour ailleurs que sur les bords du Nil.

V. VI. EVANGELIUM THOMAE

GRAECE A: GRAECE B.

VII. EVANGELIUM THOMAE LATINUM.

Evangelium Thomae eadem fere cum Iacobi libro [1]) et antiquitate et celebritate est. Veterum enim testimonia repetenda sunt ab

[1]) Supra pag. XIII. non satis accurate vidimus de Iustino protevangelii teste. Quod enim ille Christum in spelunca natum esse dicit, id eo magis ex protevangelio haustum videtur, quoniam accedunt alia quae similiter efficiunt Iustinum eo libro usum esse, quemadmodum nuper rectissime observavit Hilgenfeld: Kritische Untersuchungen über die Evangelien Justins etc. p. 153 sqq. Huiusmodi est Apolog. I, 33. pag. 75. (ed. Colon. 1686.) ubi haec verba angeli ad Mariam esse dicuntur Ἰδοὺ συλλήψῃ ἐν γαστρὶ ἐκ πνεύμ. ἁγ. καὶ τέξῃ υἱόν, καὶ υἱὸς ὑψίστου κληθήσεται. καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν· αὐτὸς γὰρ σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἁμαρτ. αὐτῶν. In his illud υἱὸς ὑψίστου cum protevangelio cap. XI. concordat, Luca 1, 35. υἱὸς θεοῦ tenente. Et quod cum prioribus Ἰδοὺ -- κληθήσεται coniungit καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν· αὐτὸς γὰρ σώσει etc., id eodem prorsus modo in protevangelio fit; a Lucae vero textu ea verba plane desunt, et apud Matthaeum ab angelo ad Iosephum dicta traduntur. Cf. etiam ea quae sequuntur apud Iustinum, ubi est ὅθεν καὶ ὁ ἄγγελος πρὸς τὴν παρθένον εἶπε Καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν· αὐτὸς γὰρ -- ἀπὸ τ. ἁμαρτ. αὐτ. Rursus memorabilis locus est dialogi cum Tryphone 100. p. 327. eo quod Maria virgo ex nuntio Gabrielis χαρὰν

Digitized by Google

Origene qui hom. 1. in Lucam ipsum commemorat secundum Thomam evangelium [1]), et ab Irenaeo, qui titulo quidem libri tacito fabulam Marcosiorum affert in libro nostro scriptam [2]). Quibus proxime adiungendus est auctor Philosophumenorum Origenis nomine nuper editorum, aequalis certe Origenis, nisi forte est Hippolytus. Hic quoque ex ipso secundum Thomam evangelio haurire se dicit, quamquam quae affert verba in fragmentis quae hodieque supersunt non leguntur [3]). Arguit autem eo libro usos esse Naassenos constituentes sectam gnosticam saeculo secundo fere medio [4]): unde quam grave eximiae antiquitatis evangelii secundum Thomam sumendum sit argumentum, in promtu est. A quibus secundi et ineuntis tertii saeculi testimoniis pergendum est ad Eusebium et Cyrillum Hierosolymitanum, quorum ille exhibito canonicorum scriptorum catalogo evangelium Thomae recenset inter scripta nomine apostolorum ab haereticis evulgata [5]), hic vero duobus Cateche-

λαβοῦσα dicitur, quemadmodum in protevangelio XII, 2 est Χαρὰν δὲ λαβοῦσα Μαριὰμ ἀπίει πρὸς Ἐλισάβετ etc. Quibus ex locis hoc probabile fit, Iustinum memoriter afferentem quae circa Mariae nuntiationem legisset, cum canonicis verbis commiscuisse apocrypha, et quidem ea quae etiamnum in protevangelio scripta reperimus.

[1]) Origenis verba ex vetere interprete sunt *Scio evangelium quod appellatur secundum Thomam, et iuxta Matthiam, et alia plura legimus, ne quid ignorare videremur, propter eos qui se putant aliquid scire si ista cognoverint.*

[2]) Irenaei locus est adv. haeres. I, 20. Πρὸς δὲ τούτοις ἀμύθητον πλῆθος ἀποκρύφων καὶ νόθων γραφῶν, ἃς αὐτοὶ ἔπλασαν, παρεισφέρουσιν εἰς κατάπληξιν τῶν ἀνοήτων καὶ τὰ τῆς ἀληθείας μὴ ἐπισταμένων γράμματα. προσπαραλαμβάνουσι δέ etc: inde a προσπαραλαμβ. totum locum adscripsimus pag. 140. In nostris evangelii Thomae recensionibus cf. graece A VI, 4: graece B VII, 2: latine VI, 7: Pseudo-Matth. XXXI.

[3]) Cf. Orig. Philosophumena ed. Emm. Miller Oxon. 1851. p. 101. περὶ ἧς διαρρήδην ἐν τῷ κατὰ Θωμᾶν ἐπιγραφομένῳ εὐαγγελίῳ παραδιδόασι λέγοντες οὕτως Ἐμὲ ὁ ζητῶν εὑρήσει ἐν παιδίοις ἀπὸ ἐτῶν ἑπτά· ἐκεῖ γὰρ ἐν τῷ τεσσαρεσκαιδεκάτῳ αἰῶνι κρυβόμενος φανεροῦμαι. τοῦτο δὲ οὐκ ἔστι Χριστοῦ ἀλλὰ Ἱπποκράτους λέγοντος Ἑπτὰ ἐτῶν παῖς πατρὸς ἥμισυ· ὅθεν οὗτοι τὴν ἀρχέγονον φύσιν τῶν ὅλων ἐν ἀρχεγόνῳ τιθέμενοι σπέρματι, τὸ ἱπποκράτειον ἀκηκοότες ὅτι ἔστιν ἥμισυ πατρὸς παιδίον ἑπτὰ ἐτῶν, ἐν τοῖς τέσσαρσι [καὶ δέκα] φασὶν ἔτεσι κατὰ τὸν Θωμᾶν εἶναι φανερούμενον. Cf. cum istis ἐμὲ ὁ ζητῶν εὑρήσει ἐν παιδίοις Pseudo-Matth. evang. XXX, 4. *Fui inter vos cum infantibus* etc.

[4]) Cf. Orig. Philos. p. 94. [οἱ] ἐπικληθέντες Ναασσηνοὶ τῇ ἑβραΐδι φωνῇ οὕτως ὠνομασμένοι· νάας δὲ ὁ ὄφις καλεῖται. μετὰ δὲ ταῦτα ἐπεκάλεσαν ἑαυτοὺς Γνωστικούς. Ibidem p. 277. εἰ δὲ καὶ ἕτεραί τινες αἱρέσεις ὠνομάζοντο Καϊνῶν, Ὀφιτῶν etc.

[5]) Cf. hist. eccles. III, 25. ἵν' εἰδέναι ἔχοιμεν αὐτάς τε ταύτας καὶ τὰς

Digitized by Google

sium suarum locis Manichaeorum scriptis adnumerat, ita quidem ut sub nomine Thomae latere dicat Thomam unum ex tribus Manetis discipulis [1]). Quae Cyrilli de auctore libri sententia longum errorem praeivit: multi enim eum secuti sunt veteres, ut Leontius Byzantinus [2]), qui de sectis scripsit ineunte fere saeculo septimo, et Petrus Siculus historiae Manichaeorum auctor saeculo IX. [3]), quibus assenserunt inter eos qui recenti memoria in eam rem inquisiverunt, Richardus Simon [4]) et Mingarellius [5]). Errare vero Cyrillum, postquam allata sunt Irenaei, Origenis et Pseudorigenis testimonia, non est quod demonstretur. Nimirum quem ille librum apud Manichaeos inprimis in usu esse [6]) noverat, eum ab iisdem compositum ex coniectura arbitrabatur. Thomae vero quum diceretur evangelium, apostoli cognomento plerumque non addito, et idem Thomae nomen discipuli esset Manetis, hunc ipsum Manichaeum pro scriptore libri habere proclive erat.

Praeterea ut Graecos multos posterioris aetatis de libro Thomae testatos mittamus, fuerunt etiam Latini quarto iam saeculo qui

---

ὀνόματι τῶν ἀποστόλων πρὸς τῶν αἱρετικῶν προφερομένας (sc. γραφάς), ἤτοι ὡς Πέτρου καὶ Θωμᾶ καὶ Ματθία ἢ καί τινων παρὰ τούτους ἄλλων εὐαγγέλια περιεχούσας etc.

[1]) Catech. IV, p. 66 sq. Oxon. 1703. τῆς δὲ καινῆς διαθήκης τὰ τέσσαρα εὐαγγέλια· τὰ δὲ λοιπὰ ψευδεπίγραφα καὶ βλαβερὰ τυγχάνει. ἔγραψαν καὶ Μανιχαῖοι κατὰ Θωμᾶν εὐαγγέλιον, ὅπερ ὥσπερ εὐωδία τῆς εὐαγγελικῆς προσωνυμίας διαφθείρει τὰς ψυχὰς τῶν ἁπλουστέρων. Catech. VI, p. 98. μηδεὶς ἀναγινωσκέτω τὸ κατὰ Θωμᾶν εὐαγγέλιον· οὐ γάρ ἐστιν ἑνὸς τῶν δώδεκα ἀποστόλων, ἀλλ' ἑνὸς τῶν κακῶν τριῶν τοῦ Μάνη μαθητῶν.

[2]) Cf. Lib. de sectis ed. Leunclav. Basil. 1578. p. 432. οὗτοι (i. e. Μανιχαῖοι) καὶ βιβλία τινὰ ἑαυτοῖς καινοτομοῦσι. λέγουσι γὰρ εὐαγγέλιον κατὰ Θωμᾶν καὶ Φίλιππον, ἅπερ ἡμεῖς οὐκ ἴσμεν.

[3]) Cf. Hist. Manich. ed. Rader. p. 30. Μαθηταὶ δὲ τούτου τοῦ ἀντιχρίστου Μάνεντος γεγόνασι δώδεκα. Σισίνιος ὁ τούτου διάδοχος, καὶ Θωμᾶς ὁ τὸ κατ' αὐτὸν Μανιχαϊκὸν εὐαγγέλιον συντάξας.

[4]) Cf. Nouv. observ. sur le texte du N. T. p. 5. -- *S. Cyrille de Jerusalem a attribué cet ouvrage à un disciple de Manès. Son témoignage a d'autant plus de vraisemblance qu'il a vécu environ 70 ans après celuy qu'il fait auteur de ce livre apocryphe.*

[5]) Cf. *Nuova Raccolta d'opusc. scient. e filolog.* t. XII. p. 85 sqq. Vide infra.

[6]) Usum quidem Manichaeorum testatur etiam Gelasii decretum § 11. *Evangelia* (alii *evangelium*) *nomine Thomae apostoli* (alii omittunt), *quibus* (alii *quo*) *Manichaei utuntur*, *apocrypha* (alii *apocryphum*). Vide apud Credenerum Zur Geschichte d. Kan. p. 216.

Digitized by Google

testimonium Origenis suum redderent, ut Ambrosius ad Luc. I, 1. et Hieronymus in praefatione commentariorum super Matthaeum.

Satis igitur de evangelii Thomae et antiquitate et celebritate constat. Sed quaeritur an eundem librum etiamnum habeamus. Hoc dubium videri potest propterea quod in libris manuscriptis non dictum reperimus evangelium Thomae, quem titulum apud veteres celebrari vidimus. In Vindobonensi codice libri titulus est Παιδικὰ τοῦ κυρίου etc. In Bononiensi et Dresdensi Θωμᾶ Ἰσρ. φιλοσ. ῥητὰ εἰς τὰ παιδικὰ τοῦ κυρίου; similiter in Parisiensi Λόγος εἰς τὰ παιδικὰ καὶ μεγαλεῖα τοῦ κυρίου. In Sinaitico est Σύγγραμμα τοῦ ἁγ. ἀποστ. Θωμᾶ περὶ τῆς παιδικῆς ἀναστροφῆς τοῦ κυρίου, atque in latino textu nostro *Tractatus de pueritia Iesu secundum Thomam*. Tamen non potest ab hac tituli discrepantia ad ipsius libri diversitatem concludi, ut egregie iam docuit Thilo [1]) Cod. apocr. LXXXIV sqq. Ut enim concedamus, librum Thomae nomine evangelii apud antiquos plerumque dictum esse, tamen id potius ab argumento libri et ex haereticorum usu quam ab inscriptione libri ab ipso auctore constituta factum esse videtur. Neque magis ea appellatione veteres constanter usi sunt. Leguntur enim apud Chrysostomum, Anastasium Sinaitam, Georgium Syncellum, Euthymium Zigabenum aliosque, quae bene respondent nostris inscriptionibus, quas quidem ex primis textus verbis desumtas esse apparet. Apud Chrysostomum est homil. XVI. (XVII. apud Montfauc.) in Ioann. τὰ σημεῖα ἐκεῖνα ἃ παιδικὰ εἶναί φασι τοῦ Χριστοῦ, ψευδῆ καὶ πλάσματά τινων ἐπεισαγόντων ἐστίν. Anastasius Sinaita Hodeg. XIII. p. 260. ed. Gretser. dicit τὰ λεγόμενα παιδικὰ θαύματα τοῦ Χριστοῦ ψευδῆ καὶ ἀπόβλητα. Georg. Syncellus Chronogr. p. 601. ed. Bonn. habet ἰστέον ὅτι διάφορα εὐαγγέλια γέγραπται, ἐξ ὧν τέσσαρα μόνα κέκριται τοῖς μακα-

[1]) Eum recte etiam explicuisse puto de catalogo librorum Manichaicorum quem Timotheo Constantinopolitano adscribunt, l. l. p. LXXXIII. Certe enim scriptor catalogi, separatim recensens τὸ κατὰ Θωμᾶν εὐαγγέλιον et τὰ παιδικὰ λεγόμενα τοῦ κυρίου, rem non satis nosse censendus est. In Gelasii vero decreto variae libri editiones respiciuntur. Latinae enim a graeca iam tam haud dubie satis differebant, nec fideliter nomen Thomae conservabant. Id quod ex ipsis nostris exemplaribus discitur.

Digitized by Google

ρίοις ἀποστόλοις ἐκκλησιάζεσθαι, καὶ ἄλλοις παιδικὰ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν συγγέγραπται, ἐν οἷς αἱ μέχρι δωδεκαετοῦς χρόνου [1]) τῆς κατὰ σάρκα ἡλικίας αὐτοῦ τοῦ τῶν (male ed. τούτων pro τοῦ τῶν) αἰώνων ποιητοῦ ἐμπεριφέρονται θαυματουργίαι. Euthym. Zigab. ad Ioh. II, 11. ὡς παρασιωπηθὲν τοῖς ἄλλοις ἱστόρησεν αὐτό, χρησιμεῦον εἰς τὸ μὴ πιστεύειν τοῖς λεγομένοις παιδικοῖς θαύμασι τοῦ Χριστοῦ. Accedit quod quo magis canonicorum evangeliorum auctoritas per totam ecclesiam invalescebat, eo minus librariis praesertim monachis aptum videri poterat talem libellum evangelii nomine ornare.

Neque praetereundum est, Pseudo-Thomae librum minime integrum superesse: quod quum ex magna textuum superstitum differentia, tum ex numero stichorum (ατ΄ i. e. 1300) clarum fit quos evangelium Thomae comprehendisse in veteri est stichometria ad calcem chronographiae Nicephori [2]). Quemadmodum enim tot libri haereticorum similes prorsus dudum perierunt, quippe quibus deesset describentium industria, ita alii, inter quos est Thomae evangelium, resectis partibus multis, iis potissimum quae fidem aut pietatem maxime offenderent, ad nos perlati sunt. Fragmentis autem iis quae supersunt nomina ea quae in nostris codicibus inveniuntur multo magis conveniunt quam evangelii titulus. Quorum fragmentorum antiquitas etiam inde perspicitur quod compilatores et latinos et arabicos, quorum libros evangelia infantiae dicere solent, a graecis fabellis nostris pependisse apertum est. Denique similitudo inter Irenaei locum de Iesu ad discendum litteras magistro tradito, adv. haeres. I, 20., et locos eos quibus eadem fabula in nostris codicibus narratur, tanta est ut nos vetet Irenaei librum a nostro diversum putare.

De laboribus quum aliorum tum meis in edendo evangelio Thomae positis dicenda sunt haec.

Primum evulgatum est opera Cotelerii fragmentum Parisiense, iam antea a Rich. Simone indicatum *Nouv. observ. sur le texte du*

---

[1]) Memorabile est hanc aetatis Iesu pueri indicationem convenire cum textu nostro, cf. graece A cap. XIX.

[2]) Vide apud Credner: Zur Geschichte des Kanons p. 122 sqq. Georg. Syncell. ed. Bonn. p. 788.

Digitized by Google

N. T. p. 5., et a Cangio laudatum in Glossario med. et inf. graecitatis sub voce τζόχα. Edidit Cotelerius in notis ad Constit. apostol. VI, 17. Is codex Parisinus saeculi est XV., in biblioth. Reg. nunc Nat. numero 239. signatus. Fragmentum est trium paginarum ad calcem commentarii Andreae Cappad. in apocalypsin, complectens capita apud nos priora sex, additis paucis quae ad septimum caput quadrant et parte historiae quae in reliquis codd. nostris non legitur, cf. infra pag. 141. Post Cotelerium cum textu edito contulit Thilo: qua re editoris fides confirmata est. Repetiit autem textum a Cotelerio editum, non sine doctis de ipso libro observationibus Fabricius in Codice apocrypho, repetita etiam latina Cotelerii interpretatione, item Ionesius in Nova methodo sua probandi canonicam Novi Testamenti auctoritatem (vide supra), anglica versione in locum latinae substituta.

Post inventus est alius codex in bibliotheca S. Salvatoris Bononiensi, aetate quidem Parisiensi non praestans sed ambitu textus; miracula enim pueri usque ad annum duodecimum complectitur. Hunc textum primus edidit Ioh. Aloys. Mingarellius in *Nuova Raccolta d'opuscoli scientifici e filologici*, tom. XII., Venetiis 1764. pag. 73—155. (12°.) Is in epistola ad Thom. Augustin. Ricchinium, Sacri Palatii Apostolici magistrum, ad edendum se permotum dicit lectione operis Aug. Ant. Georgii, quod inscriptum est Alphabetum Tibetanum. „Illud," ait, „animum non mediocriter perculit meum quod in Xaca, celeberrimo illo numine seu monstro potius quod Tibetani colunt, scelestissimum Manetem latere comperit. Noveram enim Manetis discipulum Thomam in Indiam profectum doctrinae suae virus in eam regionem evomuisse, quod gravissimus auctor Theodoretus lib. 1. haeret. fabular. cap. 26. scriptum reliquit: itaque haud aegre adducebar ut crederem facili negotio Manichaeismum in Tibetum irrepere potuisse." -- „Quo magis vero suam illustret vir clariss. atque confirmet opinionem, apocryphum quemdam libellum saepius citat qui Thomae evangelium aut de infantia Salvatoris vulgo inscribitur: ac praecipuas fabulosae Manetis vitae historiaeque periodos resque ab eo gestas ex commentitiis vitae Servatoris nostris periodis atque prodigiis, quae in mendacissimo eo

Digitized by Google

libello describuntur, conflictas esse suspicatur. Haec dum in Georgio legerem, dolebam graeci illius pseudoevangelii fragmentum duntaxat typis impressum hactenus prodiisse: quod viderem ex impio etiam libello utilitatem aliquam tamquam antidotum ex veneno posse comparari -- habet aliquam ineptiarum quoque lectio delectationem si vetustae sint et veterum patrum execratione famosae -- Hanc igitur ipsam duntaxat utilitatem quantulacumque est prae oculis et ipse habens illud nunc integrum edo, quale exstat in chart. cod. ms. sec. XV. quem a Clar. Viro Io. Chrys. Trombellio Abbate Exgenerali emptum servat nostra S. Salv. Bononiae bibliotheca." Post haec plura praefatur de veterum testimoniis maximam partem ex Fabricio repetens. Tum duos dicit distinguendos esse libros, evangelium Thomae et librum de infantia Salvatoris, Gelasii et Timothei Constantinopolitani auctoritate adhibita. Denique, explosa Bellosobrii testimonia patrum impugnantis ,,impudentia", non dubitat ,,quin eiusdem tituli atque adeo eiusdem argumenti evangelium, idque secundum Thomam nuncupatum, quum Marcosii habuerint, tum finxerint Manichaei." Concludit autem quaestionem his: ,,Quod si quis ex me quaerat, Marcosiorumne an Manichaeorum sit quod nunc edo, nihil ausim equidem certi statuere. Quum tamen nostrum hoc et Thomae nomen ab Origene commemoratum praeferat, et fabellam ab Irenaeo prolatam de puero Iesu litteras graecas discente habeat, non vero hebraicas, ut est in fragmento Coteleriano, nostrum hoc potius quam Cotelerianum fragmentum respexisse putaverim Irenaeum." Quam praefationem excipit fragmentum Cotelerii cum notis Fabricii; tum sequitur textus Bononiensis cum latina versione et notis Mingarellii.

A Mingarellio ad clar. Thilonem transeundum est. Is praeter Bononiensem codicem a Mingarellio repraesentatum adhibuit alium sed perquam similem, Dresdensem, saeculi fere XVI., signatum in bibl. Reg. A 187. i. e. eundem de quo supra ad protevangelium diximus, cuius collationem amici studiis debebat. Ad commentarium, in quo quum Fabricii et Mingarellii tum suas notas dedit, adhibuit fragmentum Parisiense atque aliud Vindobonense, passim iam a Fabricio consultum, quod Lambecio debetur. Hic enim in Comment. de bibl. Caes. Vindob. lib. VII. p. 579 sq. ex cod. philos. graeco

Digitized by Google

CXLIV. protulit principium evangelii Thomae, quod ibi quarto loco a fol. 180. usque ad fol. 187., mutilum quidem et lacerum, legi indicavit. Sed post Lambecii tempora non amplius inventum est, quemadmodum iam Kollarius ad Lambecii verba notat: „Frustra in posterum liber de infantia Christi in hocce codice quaeretur; furisne alicuius scelere an recentioris bibliopegi incuria perierit, dicere non habeo. Cum anno 1687. hoc ipso codice uteretur Iacobus Tollius, adhuc in codice salvus supererat. Vide epist. itiner. IV. p. 100. Tenzel Monatliche Unterredungen a. 1697. p. 554." Praeterea repetiit Thilo interpretationem Mingarellii a se correctam. Doctam vero ut solet disputationem de historia libelli inseruit prolegomenis.

Nostra denique in edendo libro opera haec fuit.

Textum graece A recensuimus ad codices Bononiensem et Dresdensem, adhibito insuper fragmento utroque, et Parisiensi et Vindobonensi. Ac Dresdensem quidem codicem iterum ipsi accurate contulimus, unde passim prior collatio emendanda erat, quemadmodum ipsius tituli scriptura per errorem esse dicitur Τοῦ Θωμᾶ pro Θωμᾶ: quem errorem doctissimus Ebertus, ut videtur, praeivit; eius enim manu ita ad marginem notata est. Porro Bononiensem scripturam accuratius quam apud Thilonem fit ex Mingarellio enotavimus. Fragmentum Parisiense ex Cotelerio et Thilone, Vindobonense ex Lambecio sumsimus.

De singulis locis inprimis illustravimus locum et gravissimum et vexatissimum VI, 4.

Textum graece B edidimus ex codice monachorum Sinaiticorum, apud quos dum ante hos octo annos versabamur hoc σύγγραμμα descripsimus[1]). Codex est chartaceus, saeculi XIV. vel XV., plura de S. Antonio continens.

Denique tertio loco primi edidimus evangelium Thomae latinum ex Vaticano codice, notatione quadam synoptica ex reliquis graecis et latinis libellis apposita. Quo in libro memorabile est a latino compilatore vel interprete nomen Thomae ut auctoris serva-

[1]) Cf. Rechenschaft über meine handschriftlichen Studien auf meiner wissenschaftlichen Reise von 1840 bis 1844. Wiener Jahrbb. 1846. Bd. CXIV. Anzeigeblatt pag. 45.

Digitized by Google

tum esse. Cuiusmodi nondum innotuit praeter codicem collegii Mertonensis num. 13., cuius mentio fit in catalogo librorum mss. Angliae et Hiberniae tom. I. parte 2. pag. 13. Sed in hoc catalogo tantum id notatur exstare ibi latine „Thomam Ismaelitam [1]) de infantia Christi. Imperf.“ Cf. Thil. Cod. apocr. pag. CXV.

Praeterea alium latinum evangelii Thomae textum detexi latentem in foliis membranaceis palimpsestis bibliothecae Caesareae Vindobonensis, quae quinti fere saeculi putanda sunt. Oculorum valetudine affectus pauca tantum legi, sed dignissima quae ad examen evangelii Thomae criticum adhibeantur. Potest ex iis effici, antiquissimum hunc latinum textum propius reliquis nostris omnibus ad vetus graecum exemplar accedere. Sunt autem haec:

a) Infantes plurimi ludebant cum eo. Et cum vidisset eum quidam Iudeus cum infantibus haec facientem, pervenit ad Ioseph patrem -- Cf. evang. Thom. graece A II, 2. 3. ἦσαν δὲ καὶ ἄλλα παιδία πολλὰ παίζοντα σὺν αὐτῷ. Ἰδὼν δέ τις Ἰουδαῖος ἃ ἐποίει ὁ Ἰησοῦς ἐν σαββάτῳ παίζων, ἀπῆλθε παραχρῆμα καὶ ἀνήγγειλε τῷ πατρὶ αὐτοῦ Ἰωσήφ etc.

b) Accessit ad infantem ihm et monebat illum dicens Ut quid hec facis, et dolent isti et odiunt nos. Et dixit infans ihs Si non sapientes erant sermones -- Cf. ibidem V, 1. Καὶ προσκαλεσάμενος ὁ Ἰωσὴφ τὸ παιδίον κατ' ἰδίαν ἐνουθέτει αὐτὸν λέγων Ἵνα τί τοιαῦτα κατεργάζει, καὶ πάσχουσιν οὗτοι καὶ μισοῦσιν ἡμᾶς καὶ διώκουσιν; εἶπε δὲ ὁ Ἰησοῦς Ἐγὼ οἶδα ὅτι τὰ ῥήματά σου ταῦτα οὐκ εἰσὶν σά etc. Pseudo-Matth. XXIX. Evang. Thom. latin. V, 2.

c) Rogo vos. Non (*potius* Num?) devet hic super terra esse. Hic vero magnae crucis dignus est: hic potest enim ignem extinguere. Puto hic ante -- Cf. ibidem VII, 2. Ἆρον οὖν αὐτό, παρακαλῶ σε, ἀδελφὲ Ἰωσήφ· οὐ φέρω -- ἅπαξ. τοῦτο τὸ παιδίον γηγενὴς οὐκ ἔστι, τοῦτο δύναται καὶ πῦρ δαμάσαι· τάχα τοῦτο πρὸ τῆς κοσμοποιίας ἐστὶν γεγεννημένον. Pseudo-Matth. XXXI, 3. Tunc coepit cunctis au-

[1]) Legendum est Israelitam. Cf. infra pag. 158. sub IV. et pag. 170., ubi bis idem scripturae vitium ex nostro codice indicavimus.

Digitized by Google

dientibus clamare et dicere Num debet iste super terra vivere? Imo in magna cruce dignus est appendi. Nam potest ignem extinguere et alia deludere tormenta. Ego puto quod hic ante cataclismum fuerit, ante diluvium natus.

d) - - fructuosa, vident caeci fructuosa iudicii (?). Et restituti sunt omnes qui sunt maledicti. Et nemo ei audebat vilem (*i. e. bilem*) facere. Cf. graece A VIII. - - Νῦν καρποφορείτωσαν τὰ σά, καὶ βλεπέτωσαν οἱ τυφλοὶ τῇ καρδίᾳ - - εὐθέως ἐσώθησαν οἱ πάντες οἱ ὑπὸ τὴν κατάραν αὐτοῦ πεσόντες. καὶ οὐδεὶς ἀπὸ τότε ἐτόλμα παροργίσαι αὐτόν. Pseudo-Matth. XXXI, 4. Fructificent infructuosi et videant caeci *etc.*

e) Et una dierum ihs sabbato ludebat cum infantibus in solario, et unus de infantibus cecidit et mortuus est. Et cum vidissent ceteri infantes, fugerunt, et conpraensus - - Cf. graece A 9, 1. Καὶ μεθ' ἡμέρας δέ τινας ἔπαιζεν ὁ Ἰησοῦς ἔν τινι δώματι ἐν ὑπερῴῳ, καὶ ἓν τῶν παιδίων τῶν παιζόντων μετ' αὐτοῦ πεσὼν ἀπὸ τοῦ δώματος κάτω ἀπέθανε· καὶ ἰδόντα τὰ ἄλλα παιδία ἔφυγον, καὶ κατέστη ὁ Ἰησ. μόνος. Sed his paullo propiora latinis habet textus gr. B VIII, 1. Μετὰ δὲ ταῦτα μιᾷ τῶν ἡμερῶν ἦν ὁ Ἰησοῦς παίζων σὺν ἄλλοις παισὶν ἐπάνω διστέγου οἴκου etc.

Atque haec sunt omnia, meis aliorumque curis ex bibliothecis protracta, quae de veterrimo Thomae evangelio ad nos pervenerunt. Quae etsi non haberi possunt nisi pro fragmentis, quorum textum describentium arbitrium ab antiquissima forma per tot saeculorum seriem haud dubie deduxit, et quorum supplementa in reliquis latinis et arabicis infantiae evangeliis latent, tamen per se sunt eiusmodi unde coniicias quae origo et quae ratio famosissimi illius libri fuisse videatur. A Gnostico quidem omnino conscriptus esse videtur. Hoc primum inde probabile fit quod docetismi caussam inprimis sustinet. Miraculis enim a prima inde pueritia editis Iesum divinam suam maiestatem comprobasse docet, in eum ut videtur finem ut dei filium humanae naturae prorsus expertem fuisse nec nisi speciem gessisse hominis appareat. Quod recte a nobis dici confirmat auctor catalogi librorum Manichaeorum Timothei Constantinopolitani nomine editi,

Digitized by Google

in quo est ἃ συνέταξαν οἱ αὐτοὶ θέλοντες δόκησιν ἀποφῆναι τὴν σάρκωσιν αὐτοῦ καὶ οὐκ ἐν ἀληθείᾳ. Et hoc vero in caussa fuisse videtur cur Manichaei evangelio Thomae tantopere delectarentur: fictum enim eos Christi corpus ad Docetarum exemplum somniasse satis constat. Qua in re duabus potissimum de persona Christi opinionibus saeculo secundo satis vulgatis evangelium Thomae adversabatur: quum iis qui Christum merum hominem habuerunt, tum iis qui Iesum a Christo distinguentes certe ante baptismum eum non fuisse nisi hominem existimarunt. Huiusmodi vero miraculis a puero patratis Gnosticos id ipsum probare voluisse, Christi naturam non fuisse nisi divinam, iis edocemur quae Catholici contra disputarunt. Ita plane huc quadrat quod Anastasius Sinaita Melitonem Sardensem contra Marcionem scripsisse refert, et divinitatem Iesum suam per miracula triennio post baptismum edita et humanitatem vero triginta annis ante baptismum transactis hominibus comprobasse [1]). Chrysostomus vero et qui eum secutus est Euthymius Zigabenus diserte concedunt, miraculis eiusmodi, si qua puer revera edidisset, comprobari, per speciem tantum non vero eum corpore exstitisse atque egisse [2]). Quae Chrysostomus non dicturus erat nisi fabulas Docetis receptas de puerilibus Iesu miraculis bene notas habuisset. Neque vero modo id quod Iesus adhuc puer miracula edidisse in evangelio Thomae narratur ad sustentandum docetismum idoneum est, sed etiam mira prodigiorum natura, quae spectrum potius quam hominem prodit. Huc accedunt plura singula quae Gnosticum et quidem Docetam auctorem suadent. Ita graece B I. Ἰησ. Χρ. ἀναστρεφόμενος σωματικῶς ἐν πόλει Ναζαρέτ: B IV. Πόθεν τὸ παιδίον τοῦτό ἐστιν (A ἐγεννήθη) ὅπως (A ὅτι) πᾶν ῥῆμα ὃ λέγει ἔργον γίνεται ἕτοιμον (item A IV, 1. A V, 2.): B VI, 2. Ὑμεῖς ἃ οἴδατε λέγετε, ἐγὼ δὲ πλείω ὑμῶν ἐπίσταμαι· πρὸ γὰρ τῶν αἰώνων εἰμί. καὶ οἶδα πότε ἐγεννήθησαν οἱ πατέρες τῶν πατέρων

[1]) Cf. Routh: Reliq. sacr. I, 115. (Oxon. 1814.) ubi ex Anast. Sin. Hodeg. cap. XIII. haec afferuntur: τὰς δύο αὐτοῦ οὐσίας ἐπιστώσατο ἡμῖν· τὴν μὲν θεότητα αὐτοῦ διὰ τῶν σημείων ἐν τῇ τριετίᾳ τῇ μετὰ τὸ βάπτισμα, τὴν δὲ ἀνθρωπότητα αὐτοῦ ἐν τοῖς τριάκοντα χρόνοις τοῖς πρὸ τοῦ βαπτίσματος.

[2]) Cf. Euthym. Zig. ad Ioh. 2, 11. et Chrysost. homil. XXI. (XX.) et XXIII. (XXII.) ad eundem locum.

Digitized by Google

ὑμῶν, καὶ ἐπίσταμαι πόσα ἔτη τῆς ζωῆς ὑμῶν: B VI, 3. ἀληθῶς οἶδα πότε ἐκτίσθη ὁ κόσμος: A VII, 2. τοῦτο τὸ παιδ. γηγενὴς οὐκ ἔστι, τοῦτο δύναται καὶ πῦρ δαμάσαι· τάχα τοῦτο πρὸ τῆς κοσμοποιίας ἐστὶν γεγεννημένον: A VII, 4. οὗτος τί ποτε μέγα ἐστίν, ἢ θεός, ἢ ἄγγελος (item XVII, 2.): A XVIII, 2. τοῦτο τὸ παιδίον οὐράνιόν ἐστιν. Quae exempla facile augeri possunt multis aliis latinorum textuum nostrorum, sed iam satis sunt ad probandum auctorem Gnosticum eumque Docetam. Denique vero huc pertinent quae et graece et latine de allegorica litterarum alphabeti potestate a Iesu puero coram magistro proferuntur, tantopere cum iis convenientia quae Irenaeus adv. haeres. I, 20. ex Marcosiorum libello affert ut aut Marcosios librum Thomae aut Pseudo-Thomam Marcosiorum librum adhibuisse statuendum sit. Iamvero ab Marcosiorum aliquo ipsum Thomae evangelium conscriptum esse, non sine probabilitate cum Bellosobrio dixeris, siquidem quae gnostica esse vidimus eadem Marcosiis convenire credibile est; allegoricos vero litterarum lusus an alii praeter Marcosios exercuerint [1]) non liquet. Ab his vero postquam inventus est libellus, ad reliquos Docetas, ad Naassenos (teste Pseudo-Origene), inprimis ad Manichaeos transiit; neque passim, ut notum est, ipsis Catholicis displicuit [2]).

VIII. EVANGELIUM INFANTIAE ARABICUM.

Antiquum istud ac memorabile monumentum superstitionis Christianorum orientalium noluimus deesse in hac nova apocryphorum evangeliorum collectione. Quod quum prima parte, per capita fere novem, ad evangelia Pseudo-Iacobi, Lucae et Matthaei, extrema, inde a tricesimo sexto capite, ad Pseudo-Thomae librum plerumque conformatum est, tum media parte, a decimo capite usque ad tricesimum quintum, eiusmodi maxime fabulas continet quas proprie orien-

---

[1]) Hac de re cf. locum disertissimum in Orig. Philosoph. ed. Miller. Oxon. 1851. pag. 205 sqq.

[2]) Ad hanc de natura evangelii expositionem rursus adhibuimus dissertationem nostram Haganam § 10.

****

Digitized by Google

tales dicas, repletas Satana daemonibusque, veneficiis magicisque artibus. Eodem orientali ingenio quo haec scripta sunt valent ea quae ad commenta ex graecis latinisque libris petita adduntur, ut ortus Messiae a Zoroastre praedictus (capite VII.), ut taenia infantis a Maria magis adorantibus data, igne non comprehensa (capp. VII, VIII.), ut quae de pueri peritia astronomica et physica praedicantur (capp. LI, LII.). Huc quadrat etiam quod sycomorus prope Mataream pagum una cum fonte (cf. cap. XXIV.) etiamnum in veneratione habetur, et quidem a Mohammedanis illas regiones incolentibus pariter atque a Christianis orientalibus. Item quod memoria templi in quo magnum Aegyptiorum idolum ingrediente Iesu infante corruit, etiamnum colitur, certe per multa saecula culta est [1]).

Media igitur quam diximus pars indole quodammodo differt a duabus reliquis. Qua ex re quod probabile fit, haec omnia non tam unum quendam auctorem quam compilatorem habuisse, nec primum ita a quoquam scripta sed ex aliis scriptis in unum collecta esse, id pluribus argumentis demonstrari potest. Statim enim ab initio testimonium de Iesu puero in cunis matrem allocuto ex libro Iosephi pontificis haustum dicitur. Item capite XXV. compilatoris nota posita est de evangelio infantiae et de evangelio perfecto (i. e. canonico). Eiusdem additamentum invenitur etiam exeunte capite XXVI. Eodem capite altera quaedam libri pars inchoatur: agit de reditu parentum Iesu ex Aegypto et de angeli voce qua iussi sunt a finibus Iudaeae statim Nazarethum petere. Nihilominus capitibus iis quae sequuntur miracula narrantur ea quae Iudaeam revera ingressis et quidem Bethlehemi acciderunt. Demum capite XXXVI. oratio reverti videtur ad id quod capite XXVI. narrari coeptum est. Haec igitur non recto ordine procedunt nec possunt nisi ab indiligentia compilatoris explicari. Denique inscriptione et subscriptione significatur hunc librum ab evangelio infantiae pendere potius quam illud ipsum esse.

Duae igitur res non sunt dubiae: altera est, libro quemadmodum ad nos pervenit collectionem evangelicam contineri, factam ex anti-

[1]) Cf. *Graeci codd. mss. apud Nanios asservati.* 1784. pag. 283. in itinerario graeco saeculi quinti decimi. Cf. etiam Sozomen. hist. eccl. V, 21. λέγεται γὰρ παρ' Αἰγυπτίοις, ἡνίκα διὰ τὸν Ἡρῴδην ἔφυγεν ὁ Ἰωσήφ, παραλαβὼν τὸν Χριστὸν καὶ Μαρίαν τὴν ἁγ. Θεοτόκον, ἐλθεῖν εἰς τὴν Ἑρμούπολιν etc.

Digitized by Google

quioribus libris; altera, ab homine orientali eam institutam esse. Sed quaeritur qua is lingua sit usus. Potest enim arabicus textus a Sikio in lucem protractus aut ab ipso compilatore libri profectus esse aut ex interpretatione fluxisse alius linguae orientalis. Interpretem autem arabicum iam propterea suspicari licet quoniam non tantum arabicus textus sed etiam syrus in libris mss. invenitur [1]); a Syris vero pariter atque a Coptis monumenta multa praesertim theologici argumenti ad litteras Arabum Christianorum transierunt: quam rem luculenter testatur arabici bibliorum textus historia. Sed ab hac suspicione ad tantam progrediendum est probabilitatem ut ea de re non dubitare liceat. Insunt enim in arabico textu quae debent e syriaco derivari. Eiusmodi est quod annus epochae Graecorum 309, quo Christus natus esse dicitur capite II., cum communi Syrorum de ea re sententia convenit [2]), quae etiam apud Abulfaragium (Barhebraeum) celeberrimum Iacobitarum episcopum saec. XIII. legitur [3]). Porro capite I. Iosephus historicus cum Caiapha pontifice confunditur, quod rursus peculiare est Syris, quemadmodum etiam in Georgio Mosulano et Salomone Bassorensi observatum est ab Assemano [4]). Tertium est quod ea vox qua passim Maria salutatur, ut Syris est propria, ita Arabibus alias ignota est [5]). Denique consentaneum est, quo argumento La Croze usus est ad probandum ingenium libri nostri Nestorianum, idem ad confirmandam syram originem adhibere. Observavit enim ille appellationes ὁ δεσπότης Χριστός et ὁ κύριος Ἰησοῦς in arabico evangelio infantiae ex constanti Nestorianorum usu distingui [6]).

---

[1]) Cf. Assemau. bibl. orient. I. p. 585. ubi Beroeenses codices recensentur, in quorum primo legitur evangelium de infantia Christi et syriace et arabice, utroque textu litteris exarato syriacis. Eiusdem codicis mentio fit tom. III. part. I. pag. 282. in libris quorum ignota sunt auctorum nomina. Sed neutro loco codex accuratius describitur; neque magis alius praeter hunc indicatur.

[2]) Cf. Asseman. bibl. orient. I. p. 387. 389. II. p. 163. Thil. Cod. apocr. XLIII. nota 35.

[3]) Probavit Henricus Sike ex loco Historiae Dynastiarum (p. 109. ed. Pocock.) allato ad evang. inf. cap. II. Vide Thil. Cod. apocr. p. 135.

[4]) Cf. bibl. orient. III. parte I. pag. 522 et 317. Cf. Thil. l. l. pag. XXIX. nota 21.

[5]) Cf. Thil. l. l. pag. XXXV. nota 25.

[6]) Cf. Fabric. Cod. apocr. III. p. 421. Thil. l. l. p. XXXIV.

Digitized by Google

Quae quidem syrae originis argumenta ex ipso libro desumta sunt. Quanta vero hoc evangelium apud Syros eosque potissimum Nestorianos auctoritate habitum sit, prae ceteris exemplum docet episcoporum Abulfaragii et Salomonis Bassorensis, quorum uterque multis eius fabulis usus est [1]). Neque mirum est a Syris Nestorianis illud transisse etiam ad Nestorianos Malabarenses et ad Persas [2]). Aegyptiis vero, sive Arabibus sive Coptis [3]), iam eo magnopere commendabatur quod magna fabularum pars versatur in celebrandis Aegypti locis ex itinere sacrae familiae claris.

Instituta autem haec collectio evangelica videtur maxime ad hoc ut quibusdam diebus festis Mariae dicatis [4]) adhiberetur in sacris conventibus. Quo in usu libri posita videtur caussa cur miracula, si paucissima exceperis (capp. 46. 47.), ita narrantur ut animum Iesu pueri, quem Thomae liber iracundum saepe et maleficum depingit, benevolum beneficumque prodant. Qua ex diversa miraculorum natura non recte effecit Kleukerus (*Ueber die Apokryphen des N. T.*

---

[1]) Cf. Assem. bibl. orient. III. parte I. p. 309 sqq. Apud Thil. Cod. apocr. pag. XXXII sq. Item cf. Henr. Sikii notas ad cap. 2. et 6.

[2]) Cf. Thil. l. l. p. XXXIV sq.

[3]) Suspicatus est vir cl. Thilo Cod. apocr. p. XXXVII. etiam in Coptorum linguam translatum esse librum nostrum. Sed id haud verisimile est eam ipsam ob caussam quod Copti librum arabice legere poterant. Neque sahidicum illud fragmentum a Zoega Catalog. coptic. codd. p. 223. iudicatum, in quo traditur *Magnum miraculum a Deipara editum, dum idola in oppido quodam adorata ea iubente procidunt et in abyssum detruduntur, terra hiscente conspicitur abyssus, prodeunt mortui, apparent angeli,* ex evangelio nostro haustum videtur (cf. capp. 10. 11; Ps. Matth. XXIII.): poterat enim haud dubie ex antiquioribus derivari fontibus, fortasse graecis, quemadmodum vaticinium Iesaiae et Ieremiae eodem illo miraculo completum esse iam Eusebius (Demonstr. evang. VI, 20. IX, 2.), Athanasius (De incarn. verbi. Tom. I, p. 89.) aliique praedicarunt.

[4]) Ad cognoscendam rationem horum dierum festorum orientalium facit index dierum ex ritu coptico et abyssinico Mariae sacrorum quem ex cod. ms. abyssinico exhibuit Wanslebius. Cf. Paulus: Sammlung der merkwürd. Reisen in den Orient III. p. 80 sq. Ibi est inter alia: Den 22. 23. 24. May Mariä Ankunft in Oberägypten. Den 28. Juni, weil bei der Maria grofsem Durst durch Christi Allmacht eine Quelle entsprungen, von welcher alle Kranken die aus derselben getrunken, gesund worden sind. Den 20. Jun. das Fest der Erbauung des Hauses Mariä. Similibus diebus festis destinati sunt duo sermones Cyriaci episcopi Tabennensis, de quibus Silv. de Sacy ad Birchium retulit. Vide apud Thilon. Cod. apocr. XXXIX: *Le premier de ces deux discours a pour objet de célébrer le jour ou J. C. enfant accompagné de la S. Vierge, de Joseph et de Salome sort de sa fuite en Egypte, s'arrêta en lieu nommé* etc.

Digitized by Google

§. 970. pag. 206.) non posse arabicum evangelium ex graeco Thomae derivari.

Quae vero per totum orientem apocrypharum traditionum de Iesu puero, earum potissimum quae arabico libro nostro traduntur, propagatio fuerit, quantus usus, quanta auctoritas, intelligitur inde quod haud paucae etiam Mohammedanis scriptoribus placebant, Kessaeo maxime, celebri Corani commentatori: quid quod nonnullae in ipsum Coranum receptae sunt [1]). A qua re nescio an ad antiquitatem arabicae interpretationis concludi possit, quamquam concedendum est, potuisse Mohammedem haurire sua ex traditionibus eius generis quae dudum circumferrentur ore populorum orientalium. Dialectus quidem arabica quae in editis est, Henrico Sikio non multum differre videbatur ab arabica Novi Testamenti versione quam edidit Erpenius; sed nec de huius aetate satis constat. Ceterum huic arabicae nostri evangelii dialecto non nimium auctoritatis tribuendum est: poterat enim facile ipse arabicus textus qui saepe et cum amore describeretur, ad recentiorem sensim dialectum conformari. Codicum eorum qui ex catalogis bibliothecarum innotuerunt antiquissimus videtur Mediceus Palat. num. XXXII. anno 1299. scriptus: vide apud Thil. Cod. apocr. pag. XXXI.

Reliquum est ut de editionibus huius evangelii dicamus. Primus edidit Henricus Sike Traiecti ad Rhenum, consulibus reipublicae Bremensis dicatum, anno 1697. Codice usus est bibliothecae Golii, publica tum auctione Lugduni Batavorum divenditae, qui quam aetatem habuerit aut quorsum pervenerit non constat. Libri titulus est *Evangelium infantiae vel liber apocryphus de infantia Servatoris. Ex Manuscripto edidit ac Latina versione et notis illustravit Henricus Sike.* Textus arabicus cum interpretatione latina complectitur paginas 161. forma duodenaria; notae quae textum excipiunt 94. Sikii versionem eamque solam repetierunt in apocryphorum collectionibus suis Fabricius et Ionesius, item Car. Chr.

[1]) Cf. dissertat. meam Haganam pag. 91 sqq., item quibus ibi maxime usus sum Henrici Sikii notas et Thilonis. In dissert. mea l. l. male factum est quod in locis apponendis scriptorum Arabum Abulfaragium cum Kessaeo composui.

Digitized by Google

Lud. Schmidius[1]). Fabricius textum apud Sikium continuum in capita LV distinxit, addiditque notas, maximam quidem partem Sikianas. Denique nuper cl. Thilo cum versione Sikii latina etiam textum arabicum repetendum curavit cum delectu notarum primi editoris, praetereaque in prolegomenis inprimis de codicibus manuscriptis deque ipso libello a variis Christianorum orientalium familiis recepto fusius et accuratius disseruit. De textu arabico eiusque versione ille haec adnotavit: *Textus arabici versionisque latinae vitia aliquot doctissimus collega Roedigerus emendavit in speciminibus typographicis ab ipso correctis.*

De nostra huius evangelii editione latina bene promeruit celeberrimus collega Fleischer. Is enim meo rogatu versionem Sikianam latinam, quemadmodum a Thilone exhibita est, ad arabicum textum impressum recognovit: unde haud pauca immutanda censuit, etsi posteriorem partem minus quam priorem correxit. Harum mutationum eas quae aliquid momenti habere videbantur plerumque in notis indicavi. Error inprimis notabilis correctus est capite XX., ubi *Quid rei est, o dominae meae, de hoc mulo* scribendum erat pro *Quam pulcher, o dominae meae, hic mulus est.* Etiam arabicum textum Fleischerus passim emendavit in exemplari meo, ut cap. III. bis, X. bis, XI. bis, XX. bis, XXX. XXXII. XXXVIII. XXXIX. XXXXII. XXXXV: sed haec accuratius indicare a nostro instituto alienum erat.

IX. X. GESTA PILATI GRAECE A ET B.

XI. DESCENSUS CHRISTI AD INFEROS GRAECE.

XII. GESTA PILATI LATINE.

XIII. XIV. DESCENSUS CHRISTI AD INFEROS LATINE A ET B.

Sex libelli a nobis editi sunt, tres graece, tres latine, qui antea coniuncti unum effecerunt evangelium Nicodemi. Quod quo iure a

[1]) Edidit is et quidem negligentissime *Corpus omnium veterum apocryphorum extra biblia*, Hadamariae 1804. in quo latine leguntur evang. de nativitate Mariae, evangelium infantiae arabicum, evangelium Nicodemi.

Digitized by Google

nobis factum sit, ante omnia dicendum est. Librum quemadmodum post aliorum studia clar. Thilo nuper et graece et latine edidit, duabus constare partibus, quarum priore capp. I—XVI. de Christo accusato et damnato cruci affixo sepulto redivivo exponitur, posteriore a capite XVII. usque finem traduntur filiorum Symeonis e mortuis in vitam reversorum testimonia de Christi descensu ad inferos, dudum observatum est. Has vero non ab eodem auctore profectas esse neque magis destinatas ut in unum coniungerentur, his fere argumentis probatur.

1) Testes antiqui graeci plurimi priorem partem absque altera exhibent. De duodecim enim codicibus graecis ad edendum librum huc usque adhibitis duo tantum vel tres [1]) alteram partem priori adnexam habent. Atque accedit ad novem illos testes graecos grave testimonium copti interpretis, apud quem altera pars non invenitur. Latinis quidem, quibus etiam nomen evangelii Nicodemi debetur, ut post videbimus, formam libri duabus partibus coniunctis effectam magis placuisse statuendum est: latini enim codices nostri omnes utramque partem coniunctam habent. Gregorius vero Turonensis duobus locis de Gestis quae ipse dicit Pilati disserens altera parte non utitur [2]).

2) Prior pars in antiquis codicibus graecis, item in copto interprete, suum quendam finem habet quo libellum concludi apparet. Quae clausula Thiloni in duobus tantum codicibus graecis inventa non recte visa est ab imperito librario adiecta esse. De octo enim codicibus nostris qui in censum veniunt, tres paullo ante deficiunt, reliqui vero quinque omnes, quibuscum testis coptus consentit, eam clausulam habent. Rursus vero latini codices quos priorem partem non sine altera tradere vidimus, hanc clausulam graecam partim plane omittunt, partim [3]) paucis similibus exprimunt. Qua cum re

---

[1]) Tertium dicimus Vaticanum Birchii, in *Descens. Christi graece* apud nos siglo B notatum, tota priore parte et initio secundae mutilum.

[2]) Nescio an antiquissimus codex Vindobonensis palimpsestus omittat alteram partem: certe enim in iis quae legi fragmentis sunt quae ad capitis XVI. sectiones primam et secundam pertinent; sed nihil de posteriore parte inveni. Quod quam grave sit, ubi repetitis studiis confirmatum fuerit, facile intelligitur.

[3]) Vide codices nostros ABC pag. 366.

Digitized by Google

cohaeret quod exordium secundae partis quemadmodum a latinis testibus traditur satis differt a graeco textu.

3) Ipsum alterius partis argumentum, de quo post exponemus, per se stat, quamvis priori non prorsus inconveniens sit. Sermonis quoque graeci et stili in utroque aliqua differentia conspicua est. Accedit quod textus in priore parte mirum in modum fluctuat, in posteriore quadam testium consensione utitur.

4) Memorabiles inprimis duo loci sunt, vel potius duo locorum geminorum paria: alteri prioris partis sunt, alteri posterioris; alteri verba latronis in cruce alloquentis dominum tradunt, alteri ad usum verborum Christi spectant in evangelio Marci XVI, 16. adscriptorum. Verba enim latronis *Gest. Pil. gr. A* capite X., eodem fere modo quo apud Lucam, sic scribuntur Μνήσθητί μου, κύριε, (ita A Eins; BC et latt. tres addunt ὅταν ἔλθῃς) ἐν τῇ βασιλείᾳ σου. Contra *Descens. Chr. ad infer.* cap. X. ita habent Κύριε, ὅτε βασιλεύσεις, μή μου ἐπιλάθου. Haec eiusmodi sunt ut uterque textus ab eodem auctore profectus esse nequeat. Atque eadem ratio est locorum *Gest. Pil. gr. A* XIV, 1. et *Descens. Chr. ad infer.* II, 2. Priore enim loco Christus de monte ad coelos ascensurus discipulis praecipit Ὁ πιστεύσας καὶ βαπτισθεὶς σωθήσεται, ὁ δὲ ἀπιστήσας καταχριθήσεται, quemadmodum haec Christi verba etiam apud (Pseudo-) Marcum leguntur. Posteriore loco Iohannes baptista apud inferos dicit Διὰ τοῦτο ἀπέστειλέ με καὶ πρὸς ὑμᾶς ἵνα κηρύξω πῶς ἔρχεται ὁ μονογενὴς υἱὸς τοῦ θεοῦ ὧδε, ἵνα ὅστις πιστεύσῃ πρὸς αὐτὸν σωθήσεται, ὅστις δὲ οὐ πιστεύσει εἰς αὐτὸν καταχριθήσεται. Qua in re grave esse puto quod baptistae oratio, plane conformata ad illa Christi verba, post πιστεύσῃ omittit καὶ βαπτισθῇ, praesertim quum auctor libelli omnino doceat mortuos nisi baptizatos ad salutem pervenire non posse. Cf. ibidem XI. πρότερον δὲ ἀπελθεῖν ἐν τῷ Ἰορδάνῃ καὶ βαπτισθῆναι. ὅπου καὶ ἀπελθόντες ἐβαπτίσθημεν etc. Si igitur idem scripsisset utramque libri partem, eum minime praetermissurum fuisse puto in altera illud quod in priore posuisset.

5) Ea quae capite XVI. circa Symeonem versantur non sunt eiusmodi ut exspectes filiorum Symeonis historiam. Quam si auctor

Digitized by Google

prioris partis in animo habuisset, iam eo loco praeparandam aliquo modo duxisset. Possunt illa vero in caussa fuisse cur haec de redivivis historia interpolatori ad complendum evangelium idonea videretur.

Quae quum ita esse intellexissem, rei criticae eo consulendum iudicavi ut alteram partem ab altera seiunctam ederem. Quamquam apertum est secundam partem, quemadmodum nunc est, non satis per se stare. Sola quidem non inventa est[1]) nisi in duobus codd. gr. Venetis (Nan. 157. et 154.), atque ita quidem ut ex Gestis Pilati altera parte iam auctis decerptam esse appareat. Unde concluseris, esse aliquando hanc de filiis Symeonis redivivis historiam celebratissimo libro de ultimis Christi rebus annexam: quod nisi factum esset, videri cum tot aliis scriptis perituram fuisse.

Cum hac de unitate libri quaestione coniungamus alteram de integritate duorum quae edidimus exordiorum, quippe unde magnopere pendeat quum auctoritas tituli ex quo evangelium Nicodemi nuncupatur, tum iudicium de antiquiore ipsaque antiquissima libri ratione[2]). Prius exordium verbis Ἐγὼ Ἀνανίας incipit; alterum verbis Ἐν ἔτει πεντεκαιδεκάτῳ. In codicibus aliis utrumque invenitur, ita apud nos in codice C, in copto interprete et nonnullis latinis testibus; in aliis utrumque omittitur, ita apud nos in codd. graecis FH; rursus in aliis alterutrum desideratur, quemadmodum apud nos prius omittunt codices graeci ADEG, latini Dabc Flor. Ambr., alterum latini ABC; in iis vero qui habent maxima textus differentia est. Qua in testium discrepantia eminet hoc quod utrumque libri initium iam in copto interprete repertum est, cuius textum folia papyracea antiquissima conservarunt. Atque prius certe, quum de altero non satis

[1]) Latine solam inveni in historia evangelica codicis Ambrosiani L 58., ex apocryphis et canonicis conflata, ubi „Ploratum et lamentationem quos faciebat virgo Maria de filio suo“ excipit „Resuscitatio filiorum sancti Symeonis.“ Ipsa vero incipit verbis his „In evangelio autem Nicodemi legitur quod Carinus et Leuntinus“ etc. Hinc is codex non valet ad quaestionem propositam.

[2]) Multo minorem gravitatem aut difficultatem his quibus „evangelium Nicodemi“ incipit, ea habent quibus in editionibus vulgatis finitur. Ea dico quae inde a verbis capitis XXVII. *Et postquam compleverunt omnia scribentes* leguntur. At enim haec latine tantum scripta non dubium est quin latinus homo post demum affinxerit. Quae res propterea gravis videri potest quod nomina Carini et Leucii, quibus Bellosobrius *histoire de Manichés* I. p. 370 sqq. ad inveniendam libri originem usus est, in graecis plane non exstant.

Digitized by Google

constet, etiam libro Vindobonensi palimpsesto quinti vel sexti saeculi continetur. Certum igitur est neutrum novellae inventionis esse. Sed quaeritur quid earum rerum ab ipso libri auctore, quid ab interpolatoribus quamvis antiquis profectum putemus. Qua de re mihi sic videtur. Is qui librum varie a se interpolatum, tamen non primum a se scriptum sed repertum, tanquam Ananiae sive Aeneae auctoritate nixum inventumque Theodosio et Valentiniano imperantibus emisit, de suo addidit priora Ἐγὼ Ἀνανίας etc., una servato indicio temporis quod libro praepositum invenisset. Complectebatur illud ex antiquo more [1]) fere haec Ἐν ἔτει usque τῶν Ἰουδαίων Καϊάφα. Postea alii Nicodemi malebant auctoritatem sive interpretis sive auctoris: haec enim in codicibus fluctuant, quorum aliis Nicodemus Aeneae, aliis Aeneas Nicodemi interpres dicitur. Hinc prioribus Ἐγὼ Ἀνανίας etc. vel omissis vel perperam repetitis vel ex arbitrio immutatis, quemadmodum in pluribus latinis codicibus contra copti et graecorum auctoritatem iam ipsius Nicodemi nomen intrusum legitur, addiderunt illa Ὅσα (alii καὶ ὅσα) μετὰ τὸν σταυρόν etc. vel similia; nam et haec satis fluctuant. Rursus alii prologum utrumque omiserunt, praesertim quum utrumque coniunctum cum se ipso pugnare in aprico esset; antiquum vero temporis in talibus actis indicandi morem nec norunt nec necessarium duxerunt.

Atque haec quidem de duplici libri praefatione. Historiae vero initium, quod est apud nos Συμβούλιον γὰρ ποιήσαντες οἱ ἀρχιερεῖς, apud Thilonem Ἄννας καὶ Καϊάφας, rursusque in aliis codicibus aliud, ab eodem profectum esse existimo qui libri Ananiae sive Aeneae auctoritate edendi curam suscepit. Cuius quum antea alia ratio esset, iam et ipsa satis divulgata, factum est ut modo pristina modo recentior repeteretur, modo ex utrisque nova conflaretur. Atque similiter quae per totum textum mira lectionis varietas est, ea potissimum inde est derivanda quod quae huic quem diximus editori

[1]) Huius moris exemplum Thilo Cod. apocr. p. 498. attulit ex Ammian. Marcell. XXII, 3. *Et acta super eo gesta non sine magno legebantur horrore, cum id voluminis publici contineret exordium Consulatu Tauri et Florentii* etc. Item ex actis procons. Cypriani *Imperatore Valeriano IV. et Gallieno III. Coss. III. Kal. Sept. Carthagine* etc.

Digitized by Google

debetur universa libri forma non tantam habebat auctoritatem ut pristina nec repeteretur nec cum nova confunderetur.

Iamvero de Nicodemi nomine auctoris quaerendum est, quod magnos ac graves de libro nostro errores creavit. Hoc enim quum ab antiquis non commemoratum viderent, ipsum evangelium, quippe quod Nicodemi diceretur, sat recenti memoria i. e. sexto fere saeculo prodisse opinabantur [1]). Nimirum de Graecis nibil testimonii de evangelio Nicodemi repertum est, nisi quod in veteri Synaxario est Λέγεται μέντοι ὡς καὶ Νικόδημος οὗτος λεπτομερῶς τὰ κατὰ τὸ πάθος τοῦ Χριστοῦ καὶ τὴν ἀνάστασιν συντάγματι διεσάφησε πρῶτος πάντων, ὡς τῆς συναγωγῆς ὢν καὶ ἀκριβέστερον καὶ τὰς βουλὰς τῶν Ἰουδαίων καὶ τοὺς λόγους καὶ ἁπλῶς τὰ πάντα εἰδώς [2]). Sed haec ipsa interpolatoris potius quam auctoris Synaxarii sunt: quemadmodum etiam L. Allatius eo loco usus est ut probaret „multa de novo ab ultimis correctoribus" ad antiquum Synaxariorum textum temere addita esse. Neque magis de Latinis quisquam nomine evangelii Nicodemi usus asseritur ante Vincentium Bellovacensem in Speculo historiali [3]) et Iacobum de Vora-

[1]) Exempli caussa vide quae *de Ammon*, vir celeberrimus et alias acumine polleus, de evangelio Nicodemi disseruit *Leben Jesu* I. pag. 102 sq. *Da trat zwischen dem sechsten und zehnten Jahrhundert ein kleines Buch hervor* etc. His mirum in modum statim subiuncta sunt *Unter den Manuscripten der lateinischen Uebersetzung, die bereits zu Ende des sechsten Jahrhunderts ein gewisses Ansehen erhielt* etc.

[2]) Cf. Synaxar. Graecor. Venetiis 1579. p. 75. unde attulit L. Allatius *de libris ecclesiast. Graecor.* p. 235. (Parisiis 1645.)

[3]) Cf. libri VIII. (sic) cap. 40. quod est *de discussione causae eius coram Pylato:* cap. 41. *de illusione Herodis et iudicio Pylati:* cap. 48. *de sepultura domini:* cap. 56. *de apparitione facta Ioseph et altricatione Iudaeorum cum custodibus sepulcri:* cap. 57. *de relatione Ioseph super liberatione sua de carcere:* cap. 58. *de illis qui cum domino resurrexerunt, et de coniuratione Carini et Leucii:* cap. 59. *relatio eorundem de illustratione inferni in adventu Christi:* cap. 60. *de descensu Christi ad inferos:* cap. 61. *de religatione Sathane et inferni spoliatione:* cap. 62. *de occursu Enoch et Helye et latronis dextri in ingressu paradisi:* cap. 63. *de fine narrationis et eius descriptione.* Extrema huius capitis sunt *Et exeuntes de sinagoga cum omni soliciludine et tremore percutientes pectora sua abierunt unusquisque in propria. Haec autem omnia statim Ioseph et Nicodemus annunciaverunt Pylato praesidi, qui scripsit omnia et posuit in codd. publicis praetorii sui*, postquam caput 58. incepit illis *Surgens autem Ioseph in medio dixit Bene admiramini.* Unde apparet totam fere alteram partem evangelii Nicodemi a Vincentio Bellovac. exscriptum esse. Neque pauca capitibus iis quae praecedunt 58. caput, ex priore parte de-

Digitized by Google

gine in historia Lombardica [1]), quamquam apud hos ita laudatur ut dudum ante saeculum tertium decimum in usum esse receptum appareat. Atque haec quidem de scriptorum veterum et graecorum et latinorum testimoniis, quae saepe adhibita sunt ad elevandam antiquitatis libri de quo quaeritur laudem. At nec in ullo codice graeco usquam repertum est εὐαγγέλιον κατὰ Νικόδημον vel simile quid, neque magis in plerisque [2]) codicibus latinis est „evangelium Nicodemi," nec denique in copto teste est; quamquam in plurimis codicibus et graecis et latinis itemque in copto studiorum Nicodemi circa librum diserta mentio fit. Quid tandem igitur rei est? Nomen evangelii Nicodemi titulus est recens vel potius recentissimus, i. e. qui post Caroli Magni fere tempora uni et alteri hominum occidentalium placuit atque post prae ceteris, nam multos etiam alios titulos fuisse testatum est, apud eosdem occidentales usu receptum [3]) est. Nimirum petitus est inde quod haec ὑπομνήματα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ πραχθέντα ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, haec „Gesta Pilati", hi „Commentarii Salvatoris conscripti sub Pontio Pilato" ab Nicodemo vel hebraice scripti vel graece versi dicuntur in prologo. Ipsa vero haec Gesta Pilati, quod nomen apud Gregorium Turonensem bis legitur [4]), sive Acta Pilati, i. e. ut Iustinum aeque

---

sumta sunt. Possunt inde plurima utiliter cum textibus codicum mss. conferri. Titulum libri quod attinet, plerumque adscriptum est „ex evangelio Nicodemi," semel (cap. 41.) „ex evangelio Nicodemi et Ioseph."

[1]) Cf. in editione Graessii cap. LIV. (antea 52.) *de resurrectione domini.* Pagina 241 est: *Alia qua ipsa die apparuisse dicitur Ioseph, sicut legitur in evang. Nicodemi. Nam cum audiissent Iudaei quod Ioseph corpus Iesu a Pylato petiisset – – in domum suam in Arimathia ipsum adduxit.* Rursus pag. 242. est *In evang. Nicod. legitur quod Carinus et Leucius filii Simeonis senis cum Christo resurrexerunt* etc: quo loco maxima pars Descensus Christi ad inferos legitur. Sunt etiam haec eiusmodi quae ad textus recensionem adhiberi queant.

[2]) Ex nostris cdd. lat. nullus eum titulum prae se fert. Vide commentarium pag. 312.

[3]) Fuit qui diceret, evangelii Nicodemi nomen a Britannis excogitatum videri, quippe Nicodemum primum ipsorum apostolum iactantibus. Quae coniectura inde aliquam probabilitatem habet quod antiquissima omnium recentiorum versionum est anglosaxonica: id quod documento est quanto honore opus istud iam pridem in Anglia habitum sit. Tamen pro praecipuis partibus quae Nicodemi in hac historia sunt et in prologo esse praedicantur, facile aliquis id nomen invenire poterat.

[4]) Cf. hist. Francor. I, XXI. (XX.) et XXIV. (XXIII.) Priore loco haec

Digitized by Google

ac ipsos nostros codices sequamur, τὰ ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου γενόμενα ἄκτα, quod nomen Graecis celebratur, prorsus non pendere a testimoniis de „evangelio Nicodemi", iam satis superque clarum esse existimo.

De ceteris libri nostri nominibus unum inprimis memorabile est, quo et ipso probatur antiquis evangelii Nicodemi non librum sed nomen ignotum fuisse. In Vaticano enim codice meo (i. e. A) et in Parisiensi 3338. „evangelium Nazaraeorum" dicitur, quo nomine etiam apud Vincentium Bellovacensem semel (in prologo ad Speculum naturale) insignitur; similiterque in Oxoniensi codice est, ex recentiore ut videtur emendatione, „evangelium Nazaraeorum secundum Nicodemum". Hoc nescio an inde originem traxerit quod Latinus aliquis illud Nazaraeorum evangelium, quod Hieronymus ex hebraeo in latinum a se translatum dicit, pridem deperditum, his commentariis, quorum fortasse exemplar nulla praefatione auctum in manibus haberet, feliciter invenisse sibi visus sit inventumque ipso titulo exprimendum censuerit.

Illud vero difficile dictu est quando et a quonam primum liber noster duabus partibus in unum coniunctis sit emissus: quod editoris exemplum postea nonnullis quum graecis tum latinis aliisque usque adeo placuit ut repeterent. Ad eum quidem qui libro prologum prae-

leguntur *Adprehensus autem et Ioseph, qui eum aromatibus conditum in suo monumento recondidit, in cellulam recluditur et ab ipsis sacerdotum principibus custoditur, maiorem in eum habentes saevitiam, ut Gesta Pilati ad Tiberium imperatorem missa referunt, quam in ipsum dominum, ut cum ille a militibus, hic ab ipsis sacerdotibus custodiretur. Sed resurgente domino custodibus visione angelica territis, cum non inveniretur in tumulo, nocte parietes de cellula, in qua Ioseph tenebatur, suspenduntur in sublimi; ipse vero de custodia absolvente angelo liberatur, parietibus restitutis in locum suum. Cumque pontifices custodibus exprobrarent et sanctum corpus ab eisdem instanter requirerent, dicunt eis milites Reddite vos Ioseph, et nos reddimus Christum: sed ut verum agnoscimus, neque vos benefactorem dei, neque nos filium dei reddere nunc valemus. Tunc illis confusis milites sub hac excusatione liberantur.* Altero loco Gregorius haec scripsit *Resurgens autem dominus per quadraginta dies cum discipulis de regno dei disputans, videntibus illis in nube susceptus evectusque in coelos ad patris dexteram residet gloriosus. Pilatus autem Gesta ad Tiberium Caesarem mittit et ei tam de virtutibus Christi quam de passione vel resurrectione eius insinuat. Quae Gesta apud nos hodie retinentur scripta.* Librum a Gregorio Turonensi his duobus locis adhibitum non fuisse Gesta Pilati quae etiamnum ipsi habeamus, ex iis paucis quae apud illum differunt a textibus nostris minime concludi debebat.

Digitized by Google

fixit id non referendum videtur, quoniam nil eius rei significavit in prologo suo, et multi cum prologo codices habentur absque historia filiorum Symeonis. Primus quidem coniunctas partes latinus codex Einsidlensis testatur, quem saeculo decimo priorem existimant. Sunt autem, ut liquet, eum in finem coniunctae ut gravitatem testimonii, quod quale fuerit statim explicatius dicemus, alterius altera augeret.

Sed iam tractanda breviter nobis est gravis quaestio de iis Pilati actis quae testes nostri longe plurimi se referre profitentur. Qua in re repetenda est memoria illorum actorum Pilati, ad quae iam Iustinus bis provocat, item paullo post Tertullianus, atque item post hosce alii multi. Haec an vera Pilati acta fuerint, ab ipso vel ipsius auctoritate conscripta ac Romam ad imperatorem missa, qualia exstitisse quum ex antiquo more, cuius testis etiam Eusebius est [1]), tum ex traditione ultimae Christianae antiquitatis communi [2]) probabile fit, id a nemine opinor serio quaeri potest. A scriptis enim iudiciariis eiusmodi ea quae inde afferuntur a Iustino, Tertulliano aliisque, prorsus abhorrent. (Vide post.) An igitur spuria fuerunt quorum auctor nomine Pilati per fraudem abuteretur? Id ipsum ex Iustini quidem verbis certo effici nequit, quum constanter dicat ἐκ τῶν ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου γενομένων ἄκτων μαθεῖν δύνασθε. Neque magis id postea a plerisque creditum esse [3]), coniicere licet ex ἀνάφορα Πιλάτου, cui, tanquam ad id ipsum scriptae ut ad Caesarem mitteretur, etiam acta illa adiecta esse plures codices

[1]) Cf. histor. eccles. II, 2. παλαιοῦ κεκρατηκότος ἔθους τοῖς τῶν ἐθνῶν ἄρχουσι τὰ παρὰ σφίσι καινοτομούμενα τῷ τὴν βασίλειον ἀρχὴν ἐπικρατοῦντι σημαίνειν.

[2]) Inprimis respectu digna sunt testimonia Actorum praesidialium passionis Tarachi Probi et Andronici et Martyrii Ignatii interpolati. In illis enim Maximus praeses ad Andronicum dicit Μωρέ, τοῦτο οὐκ οἶδας, ὅτι ὃν ἐπικαλῇ ἄνθρωπον κακοῦργον, ὑπὸ ἐξουσίας τινὸς Πιλάτου ἡγεμόνος ἀνήρθη ἐν σταυρῷ, οὗ καὶ ὑπομνήματα κατάκειται; Cf. Pallad. de vita Chrysost. ed. Emer. Bigot. p. 280., item Valesium ad Eus. hist. eccl. IX, 5. Atque in martyrio Ignatii (interpolatum creditur saeculo fere sexto) Traiano Antiochiae relatum esse dicitur, Ignatium hominibus cultum fere divinum suadere Christi morte crucis a Pilato affecti, ὡς τὰ περὶ αὐτοῦ διδάσκουσιν ὑπομνήματα.

[3]) Quod si auctor prologi credebat, nihil ineptius fingere poterat quam hebraicis ea litteris conscripta fuisse. Hinc an crediderit dubito.

Digitized by Google

significant [1]). Nihilominus quae „sub Pilato confecta“ ille dicit acta, quaeque post alii, praeeunte Tertulliano, pro ipsius Pilati actis Caesari et destinatis et missis habebant, ea inquam iam Iustino magnae auctoritatis esse videbantur, quam utique non habebant nisi ab eo quod prae se ferebant nomine Pilati, quippe testis rei gestae gravissimi, et qui idem ut videtur a Iustino suasor libelli publico usui destinati credebatur. Si igitur verum quaerimus, ille actorum liber Pilati nomen et auctoritatem cum eius nomine coniunctam usurpabant, etsi ab homine Christiano conscriptus erat, cui illum auctoritatis quicquam suae contulisse fidei absonum est.

Sed eadem acta mox inter Christianos satis divulgata esse, post Iustinum et Tertullianum Eusebius hist. eccl. II, 2., Epiphanius haeres. L, 1. aliique multi testantur. Haec igitur an eadem ac nostra fuerint quaeritur. Quodsi eadem fuisse contendere temerarium plerisque videbitur, diversa fuisse nemo demonstrabit. Quaecumque enim inde protulerunt veteres, quorum inprimis videndi sunt Iustinus [2]) et Tertullianus [3]), eadem in nostris inveniuntur actis. Quae

---

[1]) Cf. infra pag. 413. ὁ οὖν Πιλᾶτος μετ' οἰκείας αὐτοῦ ἀναφορᾶς ἐξέπεμψεν αὐτὰ τῷ Καίσαρι.

[2]) Cf. Apolog. I, 35. pag. 76. Καὶ μετὰ τὸ σταυρῶσαι αὐτὸν ἔβαλον κλῆρον ἐπὶ τὸν ἱματισμὸν αὐτοῦ καὶ ἐμερίσαντο ἑαυτοῖς οἱ σταυρώσαντες αὐτόν. καὶ ταῦτα ὅτι γέγονε, δύνασθε μαθεῖν ἐκ τῶν ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου γενομένων ἄκτων. Cf. *Gest. Pil. gr.* A X, 1. B X, 3. Alter locus Iustini est Apol. I, 48. p. 84. Ὅτι δὲ καὶ θεραπεύειν πάσας τὰς νόσους καὶ νεκροὺς ἀνεγερεῖν ὁ ἡμέτερος Χριστὸς προεφητεύθη, ἀκούσατε τῶν λελεγμένων. ἔστι δὲ ταῦτα Τῇ παρουσίᾳ αὐτοῦ ἁλεῖται χωλὸς ὡς ἔλαφος -- καὶ περιπατήσουσιν (Iesai. 35, 4 sqq.). ὅτι δὲ ταῦτα ἐποίησεν, ἐκ τῶν ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου γενομένων ἄκτων μαθεῖν δύνασθε. Cf. *Gest. Pil.* V—VIII.

[3]) Is Apologet. 21. scribit Iesum ex invidia magistrorum Iudaeorum Pilato traditum, ab hoc violentia suffragiorum victo cruci esse deditum; de cruce pendentem spiritum cum verbo sponte emisisse, praevento carnificis officio; eodem momento mediam diem solis deliquio subductam; sepulcro, ne, quia se resurrecturum praedixisset, amolirentur discipuli cadaver, custodiam militarem additam, sed die tertia concussa repente terra et mole revoluta quae obstruxerat sepulcrum pavore disiectam; in sepulcro nihil repertum praeter exuvias; a primoribus corpus surreptum a discipulis falso iactitatum; ipsum vero Iesum cum discipulis apud Galilaeam Iudaeae regionem ad quadraginta dies egisse, docentem eos quae docerent; dehinc ordinatis eis ad officium praedicandi per orbem, circumfusa nube in coelum esse ereptum. Quibus expositis ita pergit *Ea omnia super Christo Pilatus, et ipse iam pro sua conscientia Christianus, Caesari tunc Tiberio nuntiavit.*

Digitized by Google

res non parvi momenti est. Neque enim obscurum quid aut late patens, sed quaedam satis peculiaria ac definita et eiusmodi quae in actis Pilati minime exspectes, ab illis afferuntur. Nec rursus haec in actis nostris ita narrantur ut ad illorum verba possis accommodata putare. Huc accedit quod sive res sive linguam spectas, tantum non nihil a secundo saeculo alienum in nostris actis invenitur [1]). Praeterea illud magni est faciundum quod Eusebius narrat hist. eccles. IX, 5 et 7. Maximinum imperatorem acta Pilati calumniis plena ad Christianorum contumeliam publicasse, eaque per imperii provincias disseminata, in agris et civitatibus proposita, in ipsis puerorum scholis declamata et memoriae mandata esse. Haec acta, haud dubie et ipsa suppositicia [2]), imperator omnino opposuisse putandus erit actis iis quae Christiani iactabant inde ab aetate Iustini.

Iamvero quae singula vidimus historica, ea quandam testimoniorum seriem efficiunt. Iustinus quae acta Pilati laudat medio saeculo secundo, eadem Tertullianus initio saeculi tertii percenset: porro eadem Maximinus imperator initio quarti saeculi suspecta atque irrita reddere studuit appositis aliis novis iisque maxime contumeliosis, quo eodem saeculo quarto eadem commemorant Eusebius et Epiphanius: insequitur quinto saeculo Orosius (histor. VII, 4.); sexto Gregorius Turonensis, qui apud ipsos illa retineri asserit. Ea vero quae ad nos pervenerunt acta iam antiquissimo codice latino palimpsesto, quinti vel sexti saeculi, item papyraceis foliis coptis eiusdem certe aetatis continentur. An nihilominus putemus haec nostra diversa esse ab antiquis illis, quamvis quicquid de suis veteres docent, id inveniamus in nostris? Quo tandem modo subito perire poterant quae iam inde ab Iustini tempore tanta Christianis auctoritate valere videbantur? Aut quem tandem, quum vetera tam bona tantaeque ex longo usu auctoritatis esse sciret, alia nova ficturum fuisse putemus, ac finxisse vero cum tanto successu ut nova sua Graecis Latinis Coptis mirum in modum commendaret iisque vetera loco moveret atque exstingueret?

---

[1]) Cf. Dissertat. meam Haganam p. 65: quamquam de iis rebus fusius accuratiusque alio loco exponendum erit.

[2]) Aliter sentit Henke in Probabilibus de actis Pilati etc. Vide Opusc. academ. p. 217 sqq.

Digitized by Google

Quae quum ita sint, concludo, acta Pilati quae ad nos pervenerunt in rei summa ab iis quae iam secundo saeculo exstitisse Iustinus docet non diversa esse, nisi quod sensim multifariam immutata atque interpolata censenda sunt. Quae interpolatio quum plane ex more apocryphorum librorum sit, tum significata ab ipsis est veteribus [1]). Mira autem textus varietas, quae in textibus nostris et commentariis ante oculos posita est, interpolatorum partes luculenter testatur.

Per quem et quo consilio haec acta composita putemus, id neque per se dubium est et dudum a multis probabiliter dictum est. Composuit enim Christianus ex Iudaeis oriundus, id quod et stili et rerum et consilii ratio abunde docet, et quidem in eum finem ut popularibus suis de Christo Iesu persuaderet testimonio gravissimorum Iudaeorum in auctoritate constitutorum, eorum qui rebus ipsis interfuissent ipsoque rerum eventu ab acerrima inimicitia ad fidem perculsi essent. Quod ita fecit ut, patefacta accusationis fraude et damnationis iniustitia, Christum comitantibus portentis mortuum, tertio die ex mortuis mirabiliter in vitam restitutum, denique vivum in coelos assumtum narraret. Narrationem autem suam ita contexuit ut multa canonicis evangeliis tradita non tam repeteret quam fundamenti loco poneret. Quos praeterea fontes adierit etsi non liquet, tamen quin nonnulla ex fama fideliter ore propagata et potuerit discere et adhibere debuerit, ne hominibus ab aetate Christi non ita longe remotis fraudem potius quam historiam tradere videretur, eo minus dubito quo maiorem libri eventum testatum habemus. Idem vero etiam testantur ipsorum textuum nostrorum loci aliquot, quorum quae est ad canonica quaedam ratio minime negligenda est.

Fuerunt etiam qui de lingua dissentirent qua auctor actorum Pilati usus esset. Aliis enim hebraicum, aliis latinum, aliis graecum archetypum placuit. Atque iis quidem quibus hebraice scriptum videbatur, nescio an fucum fecerit assertio prologi. Ea vero non plus

[1]) Cf. inprimis Epiphan. haeres. L. (Quartadecimanor.) num. 1. ἕτεροι δὲ -- ἀπὸ τῶν ἄκτων δῆθεν Πιλάτου αὐχοῦσι τὴν ἀκρίβειαν εὑρηκέναι, ἐν οἷς ἐμφέρεται τῇ πρὸ ὀκτὼ καλανδῶν Ἀπριλλίων τὸν σωτῆρα πεπονθέναι -- ἔτι δὲ εὕρομεν ἀντίγραφα ἐκ τῶν Πιλάτου ἐν οἷς σημαίνει πρὸ δεκαπέντε καλανδῶν Ἀπριλλίων τὸ πάθος γεγενῆσθαι.

*****

Digitized by Google

veritatis habet quam quod tot alii libri apocryphi, ut historia Iosephi lignarii, ut Pseudo-Matthaei evangelium, ut Abdiae historiae apostolicae, quippe maiorem fidei speciem affectantes, ex hebraico se translatos fingunt. Quae enimvero passim hebraici potius quam graeci sermonis indolem redolent, ea prorsus quadrant in hominem hebraeam graece scribentem; nec vero quicquam hebraicum archetypum postulat, quod nec Iustino aut Tertulliano aut Eusebio memoratum est.

Alii rursus latine librum scriptum esse volunt. Quod quum nemini veterum in mentem venit, quamquam ipsum Pilatum latine potius quam alio sermone in actis suis usum scire debebant; tum pugnat cum ipso latino prologo, qui graecam ex hebraico interpretationem profitetur. Ac si qui forte loci latine praestare graecis videntur, id ex graecis codicibus diversis a nostris, qui aetate non excellunt, derivatum est. Rursus latina saepe, graeca nusquam interpretem produnt. Neque graecum interpretem verba latinitatis propria, ut σίγνα, κούρσωρ, fideliter retenturum sed quantum posset graece redditurum fuisse arbitror.

Graecum vero auctorem primum suadet universa graeci textus ratio, in quo magna est cum evangeliis canonicis affinitas. Accedit quod hebraicum archetypum in fictione positum esse tantum non certum est, et latinum quo commendetur non habet. Quam vero consentaneus graecus sermo libro ipsis potissimum Iudaeis destinato fuerit, quum totum Novum Testamentum tum tot alii scriptores oriundi ex Iudaeis et tamen graece scribentes probant, inter quos Philo et Iosephus eminent.

Quam de actis Pilati quaestionem antequam mittamus, quaerendum est quo tempore eam subierint interpolationem, cui cum universa quadam ni fallor retractatione etiam prologus debetur. Haec non ita multo posterior ea aetate esse videtur qua archetypum hebraicum repertum et in graecum translatum in ipso prologo fingitur. Alioquin nulla caussa est cur hoc potissimum sit tempus positum. In numerorum vero qui aetatem significant varietate atque ambiguitate tenendum puto hoc quod septimo decimo anno Theodosii II, quem textus et graecus et coptus refert, latino fere non dissentiente, Valentinia-

Digitized by Google

num III. in societatem regni adscitum historici tradunt. Hinc brevi post annum Christi 424. retractatio illa locum habuisse videtur.

Iam paucis de altera evangelii Nicodemi parte dicamus. Versatur in eo ut tradat filiorum Symeonis testimonia de Christi rebus apud inferos gestis. Cum Pilati actis cohaeret ita ut testimonium quod in his est de Christo ex mortuis ad vivos reverso non modo confirmet sed etiam compleat. Quod duobus modis fit, quum quod Christum non solum ipsum in vitam redisse verum etiam alios secum in vitam revocasse docet, tum quod illum statim postquam animam in cruce edidisset mirabilia apud inferos gessisse narrat. Quod utrumque quum Iudaeorum christologiae quae circa Iesu aetatem erat prorsus conveniens sit [1]), et resurrectionem primam iustorum et descensum Messiae ad inferos docenti, facile intelligitur consilium auctoris libelli non ita diversum ab actis Pilati fuisse. Nam etiam his rebus Christum satisfecisse Iudaeorum de Messia suo exspectationi populares suos docebat. Quod quantopere in ipsam aetatem apostolicam quadret, ne extra sacrorum librorum terminos egrediamur, probatur locis Matth. 27, 52 sq. Eph. 4, 8 sq. 1 Petr. 3, 18 sq., quorum, addito Lucae loco 23, 43., haec tota filiorum Symeonis historia luculentissimum commentarium exhibet.

Quaerenti quando et a quonam libellus iste conscriptus sit, coniecturarum campus latissime patet. Sermonem si spectas, mea quidem sententia nihil est quod originem actis Pilati aut Iacobi evangelio posteriorem probet. Idearum vero ratio ea est ut, graecum certe textum examinanti, non varie interpolatum latinum, nulla homini ab aetate apostolica proximo aliena inveniantur. Quod singula cum antiquorum scriptorum locis similibus componens egregie probavit Thilo notis textui subiunctis, in quibus modo ad antiqua Hebraeorum apocrypha delegat, ut ad *Parvam Genesin*, ad *Testam. XII patriarcharum*, ad *Mosis ascensionem;* modo ad rabbinorum Iesu fere aequalium commenta; modo ad LXX interpretes; modo ad vetustissima Christianarum litterarum monumenta, vel haeretica, ut Ophitarum, Marcionis et Marcionitarum, Valentinianorum, vel catholica, ut est Pastor Hermae, Clementis quae feruntur homiliae, Seniorum frag-

[1]) Cf. Bertholdt: *Christologia Iudaeorum* etc. §§ 34 et 35.

Digitized by Google

menta apud Irenaeum, Iustinus Martyr, Theophilus Antiochenus, Irenaeus. Ex ipso vero libello nostro, qui tum nondum cum actis Pilati coniunctus esse videtur, prae aliis multis hausit, nulla quidem alieni mentione facta, Eusebius Alexandrinus [1]). Praeterea in aestimanda libri antiquitate illud aliquid momenti habet quod verba latronis de cruce pendentis (cf. pag. 310.) ita discedunt a Lucae textu ut ex alia veterrima traditione fluxisse videantur. Quod nescio an etiam in responsum Christi quadret (l. l.), et in Iohannis baptistae verba apud inferos, de quibus iam supra dictum est.

Quae omnia coniuncta eiusmodi sunt ut libellum nostrum ex antiquissimo scripto apocrypho secundi saeculi haustum vel transscriptum existimem. Quod quo nomine apud antiquos innotuerit difficile dictu est. Non inepta quidem coniectura eorum est qui ex κήρυγμα Πέτρου petitum censebant: Petri enim auctoritas, quippe eundem Descensum Christi in epistola testati, maxime idonea videri poterat quae tali commento fidem faceret. Tamen quae illius praedicationis fragmenta a veteribus laudantur coniecturam istam parum sustentant. Neque si ex libro tam celebri Eusebius Alexandrinus hausisset, fontem silentio praeteriturum fuisse credo. Hinc potius in eis videtur scriptis fuisse quae in paucorum hominum notitiam atque usum venirent, cuiusmodi multa a claris scriptoribus profecta dudum perisse scimus. Scripsisse vero librum puto Christianum ex Iudaeis ortum [2]), lingua usum graeca, bonae illum quidem fidei sed theologia Iudaica non mediocriter imbutum nec ignarum idearum gnosticarum. Gnostici enim quantopere delectati sint angelorum et bonorum et malorum partibus excolendis, item et coelorum et inferorum imaginibus, quanti iidem et Christi et Christianorum fecerint

[1]) Cf. Thilo: *Ueber die Schriften des Eusebius von Alexandrien und des Eusebius von Emisa.* 1832. Longe diversam a nobis sententiam tuetur qui nuperrime Parisiis de evangelio Nicodemi scripsit, Alfred Maury: *Nouvelles recherches sur l'époque à la quelle a été composé l'ouvrage connu sous le titre d'évangile Nicodème.* 1850. Putat enim ex Eusebio Alexandrino aliisque eiusdem fere aetatis scriptoribus totum librum de Descensu Christi haustum esse. Quod quam a vero alienum sit, clarissimum virum ipsum ex repetito rei examine docturum non dubito.

[2]) Hinc non ad alios nisi Veteris Testamenti pios salutarem Christi apud inferos adventum pertinere facit. Aliter Marcion.

Digitized by Google

baptismum, quo quidem Valentinianis homines in salutem regenerari visi sunt, satis constat. Inprimis vero comparandae sunt Ophitarum opiniones de ligno vitae, cuius balsamo animam in baptismo ungi dixerunt, de anima portas regni Ialdabaothi signo vitae (cruce?) aperiente, item aliae similes, quales etiam ex duobus venerandae antiquitatis monumentis, quae nuper demum docta aequalium industria ex tenebris protraxit, Philosophumena Pseudo-Origenis dico et opus copticum Πιστις Σοφια, disci possunt. Ipsum descensum Christi ad inferos a Gnosticis, ut a Marcione, receptum atque excultum esse constat [1]).

Transeundum est ad editiones utriusque de quo disputavimus libelli a prioribus editoribus omnibus comprehensi evangelio Nicodemi. Hoc igitur quis primum latine emiserit, non accurate dici potest. Tres enim editiones sine loci anni et typorum notatione innotuerunt, recensiti a Thilone Cod. apocr. p. CXXXII. Tertio loco quam posuit, consentientem cum editione Lipsiensi a. 1516., eam non cum Thilone pro editionum omnium prima habuerim. Quae laus potius in eam cadere videtur, cui Lud. Hain in Repert. bibliogr. numerum 11749. apposuit. Eadem apud Thilonem sub 1.) posita est. Hanc ipsi plerumque ad textum nostrum contulimus satis diversam illam quidem a Lipsiensi editione a. 1516. Tribus saeculis post editionem principem latinum textum identidem iam repetitum in apocryphorum collectiones receperunt Fabricius, Orthodoxographis potissimum Heroldi usus, Ionesius, maxime pendens a Monumentis Grynaei, Schmidius et Birchius, sequentes Fabricium, nisi quod a Birchio duorum latinorum codicum lectiones variantes adscriptae sunt. Graecum vero textum prioris partis (una cum Fabricii latino) primus edidit Birchius, et quidem ad normam codicis Paris. num. 770. a Birgero Thorlacio descripti. Idem secundam evangelii partem inde a verbis ἔρχεται ὁ μονογενὴς υἱὸς τοῦ θεοῦ ὧδε cap. XVIII. (i. e. II, 2.) ex cod. Vatic. 269. evulgavit. Quam editionem graecam principem clar. Thilo iure dicit „plus iusto

[1]) Ad totam hanc de actis Pilati expositionem adhibuimus quae in dissertatione nostra Hagana § 15. in eandem rem scripsimus, nisi quod nonnullis omissis alia addidimus, alia mutavimus.

Digitized by Google

festinatam", „vitiis omnis generis scatentem", „pro deformitate sua quasi formidinem lectorum". Cf. l. l. pag. CXXI. Melioris tamen frugis sunt quae Birchius in Prolegg. de evangelio Nicodemi scripsit *Auctar.* p. VII—LXI.

Birchium Thilo excepit plurimumque superavit. Exhibuit is textum graecum prioris partis ex eodem cum Birchio bibliothecae Parisiensis codice 770. Una vero ad apparatum criticum, passim etiam ad emendandum textum adhibuit codices Paris. alios tres, notatos in bibl. Reg. nunc Nation. numeris 929. (Thilonis B) 1021. (Thil. C) 808. (Thil. D): item ex collatione Hessii olim ad Muenterum episcopum Havn. missa duos Monacenses numeris CXCII. (Thil. Mon. A) et CCLXXVI. (Thil. Mon. B) insignitos: item italicos duos, alterum Vaticanum opera Birchii collatum, alterum Venetum Nanianum CIX. ex apographo Morellii in gratiam Birchii facto. In his alteram evangelii partem unus continet Parisiensis num. 808. ad quem accedit Vaticanum Birchii fragmentum. Porro idem latinum textum totius evangelii appositum graeco ex codice Einsidlensi (vide infra) ab Hessio cum textu Fabricii collato edidit, variantibus lectionibus codicum Halensis Havniensis Corsiniano et editionum raro notatis. Sub textu adnotationem uberrimam eruditione plenam posuit, praemissis prolegomenis pag. CXVIII—CLX, quorum posteriore parte (inde a pag. CXLII.) de versionibus anglicis francogallicis italicis germanicis aliisque disseruit.

Denique nostri laboris haec est ratio. Evangelio Nicodemi, quod recentiores invitis veteribus dicere consueverunt, in duas — ut ratio critica suadebat (vide supra) — partes descripto, in distinguendis recensionibus textus et graeci et latini operam posuimus. Hinc Acta Pilati graece bis, latine semel; Descensum vero ad inferos bis latine, semel graece, suo quodque commentario auctum, debebamus edere. Huius utriusque recensionis quum in graecis tum in latinis tantam per totum textum esse differentiam ac peculiaritatem ut neutra ad apparatum alterius apte adhiberi possit, viri intelligentes facile videbunt. Quarum etsi neutra negligenda est hoc litterarum antiquitatis Christianae genus religiose colentibus, tamen non dubito quin recensiones a nobis siglo A insignitae, totum si librum potius

Digitized by Google

quam singula spectas, praeferendae sint alteris. Adhibuimus autem ad omnes sex libellos antiqua documenta triginta novem, quorum viginti in usum criticum nondum conversa erant. Nusquam vero unum codicem repraesentavimus neglectis reliquis; sed ubique data est opera ut textum et testatissimum et maxime probabilem daremus.

Primum igitur ad recensendum Gestorum Pilati textum graecum A his usi sumus codicibus:

A i. e. Monac. CXCII. saeculi fere XIII. In Hardtii Catalogo codd. mss. bibl. Reg. Bavar. tom. II. pag. 259 sqq. descriptus est. Deficit capite XV, 5. inde a verbis ἐπελάβετο δέ.

B i. e. Monac. CCLXXVI. saeculi fere XII. Hardtius in Catalogo suo tom. III. p. 149 sqq. descripsit. Incipit a verbis - οι λέγοντες πρὸς κούρσωροι (sic) cap. I, 4.

Uterque codex Monacensis, intercedente benevolo viro illustrissimo de Bose, legato regis Saxoniae ad aulam regiam Monacensem, in usum meum missus est Lipsiam.

C i. e. Paris. Reg. nunc Nation. num. 770. exaratus anno 1315. manu Georgii sacerdotis. Cf. Montfauc. Palaeogr. gr. p. 68. sub cod. Colbert. 2493. Post Birchium multo accuratius contulit et edidit (vide ante) Thilo, apud quem siglo A notatur.

D i. e. Paris. Reg. nunc Nation. num. 1021. saeculi XV. (Thilonis C). Hic actorum textus plura alia similis generis admixta habet; ita post exordium priorem partem narrationis Iosephi Arimathiensis habet, item relationem mortis sepulturae et resurrectionis Christi proprio modo ex variis conglutinatam. Solam mediam particulam cap. I—VIII. complectentem ad commentarium suum Thilo adhibendum duxit. Hoc codice Cangius in Glossario passim usus est.

E i. e. Par. Reg. nunc Nat. num. 929. saeculi XV. (Thilonis B). In hoc non tantum initium et finis desiderantur, sed etiam plura media exciderunt, foliis singulis insuper perverse positis. Continet cap. I. ab initio mutilum usque ad cap. VIII. medium: porro cap. XIII. cum parte capitis XIV: denique capp. XV et XVI. Quas partes omnes contulit Thilo; nos nihil praeter exordium contulimus.

Digitized by Google

F i. e. Ambros. C 92. Cf. ad protevang. Iacobi codicem P. Inde exscripsimus initium usque κἀκεῖνός μοι ἑρμήνευσεν. λέγει αὐτοῖς ὁ Πιλάτος [1]) I, 4., item finem εἶη κύριος ὁ θεὸς ἡμῶν μεθ' ἡμῶν usque τῶν αἰώνων· ἀμήν.

G i. e. Ambros. A 56. saeculi XV. Exscripsimus initium usque μετὰ ἐπιοικίας (sic) ἀχθήτο (sic) ὁ ῑ̅ς̅ I, 2. med., item οἱ δὲ λαβόντες τὸ ἀργύριον usque ἴδετε ἅπερ ἐξηγήσασθε XIII, 3 —XIV, 2., et καλοῦσιν πάλιν Φοιναία (sic) τὸν ἱερέα — τῶν αἰώνων· ἀμήν. XVI, 3. usque finem.

H i. e. Harleian. 5636. saeculi fere XV. Exscripsimus initium usque Κύριε καλεῖ σε (cod. καλῆσαι) ὁ ἡγεμών. ὁ δὲ Πιλάτος, item καὶ καθὼς λέγουσιν οἱ τρεῖς διδάσκαλοι usque ὅτι γέγραπται Ἐπικατάρατος πᾶς XVI, 4., denique τοῦ φυλάσσειν τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ usque τῶν αἰώνων· ἀμήν.

Ad hos codices graecos accedunt

Copt i. e. folia papyracea coptica saeculi fere V. Interpretationem huius textus mecum communicavit, dum Taurini versabar, celeberr. Peyron. Inde descripsimus ab initio usque *Egressus est cursor, cumque agnovisset Iesum adoravit eum* rursusque a verbis *verene vidistis Iesum sedentem in monte Mabrech* usque finem. Reliqua nuper per litteras petenti non satisfactum est.

Eiusdem fere cum papyro copto vetustatis est codex Vindobonensis palimpsestus, cuius fragmenta aliquot eruimus, de quibus ad latinum Gestorum textum vide. Ibidem accuratius dicetur de latinis codicibus (Ambr Cors Eins Fabr Flor Vatt Ven) etiam ad graecum commentarium passim adhibitis.

Secundo loco de codicibus dicendum est unde primi edidimus Gesta [2]) Pilati graece B.

A i. e. Venetus Marcianus class. II. cod. CLI. Satis recens est [3]),

---

[1]) Hoc nomen ut in antiquis Novi Testamenti codicibus est (cf. N. T. ed. Tischendorf. 1849. Prolegg. p. XXXVI.) edidimus Πιλᾶτος, non cum recentioribus Gestorum Pilati codd. Πιλάτος.

[2]) In margine superiore positum est Acta Pilati. Sed debebat alterutrum constanter poni.

[3]) In catalogo codicum Nanianorum pag. 407. sub CCX ex subscriptione saeculi septimi decimi esse dicitur. Quam temporis notam non recognovi.

Digitized by Google

sed in Sinaitico monte scriptus. Totum accurate transscripsimus.

B i. e. Paris. Reg. nunc Nat. 808. saeculi XV. (Thilonis D). Hunc textum ex Thilonis commentario sumsimus; diversas enim huius recensionis partes tantum non omnes ad marginem descripsit.

C i. e. Ven. Marc. class. II. cod. LXXXVII. olim Nanianus CIX. saeculi XV. Plura inde studio Morellii hausta (vide ante) iam Thilo composuit cum textu codicis B. Nos etiam hunc textum ex codice totum transscripsimus.

Tertii libelli, i. e. Descensus Christi ad inferos graece, instrumenta critica haec habuimus.

A i. e. Venet. Marc. class. II. cod. CLI. Vide paullo ante sub A. Totum transscripsimus.

B i. e. Paris. Reg. nunc Nation. 808. saec. XV. Hunc textum ex Thilonis editione sumsimus.

C i. e. Palat. Vatic. num. 269. saec. fere XIV. Incipit a verbis ἔρχεται ὁ μονογενὴς τοῦ θεοῦ υἱός cap. II. extr. Exscripsit atque edidit Birchius (vide ante).

Latinorum textuum *primus* est Gestorum Pilati. Conformatus est ad codices hosce.

A i. e. Vaticanus, nescio quo numero notatus. Lectu satis est difficilis, saeculi fere XIII. Totum transscripsimus.

B i. e. Vatic. num. 4363., similis priori. Ad priorem codicem accurate contulimus.

C i. e. Ven. Marc. class. XIV. cod. XLIII. saeculi fere XV. Totum transscripsimus.

Da i. e. textus Fabricii, de quo vide supra; item Thil. Cod. apocr. pag. CXXXV.

Db i. e. codex Einsidlensis, quem ante decimum saeculum scriptum esse autumant. Collationem eius cum editione Fabriciana exhibuit Ioh. Iac. Hefs in bibliotheca historiae sacrae. 1791. P. I. p. 435—483. Ea collatione post Birchium et Thilonem et ipsi usi sumus.

Dc i. e. codex bibliothecae principis Corsini num. 1146. saeculi

Digitized by Google

fere XIV. Contulit cum Fabriciano texta Engelbreth. Quam collationem publici iuris fecit Birchius in Auctario suo codicis apocr. Fabriciani.

Flor i. e. cod. Florentinus Laurentianus. Deficit post verba *Respondentes milites dixerunt Si Ioseph* [in] *Arimathia est, et Iesus in Galilea est* XIII, 2. Ea quae inde vel descripsimus vel contulimus, significata sunt in commentario.

Ambr i. e. Mediolanensis Ambrosianus O 35. saeculi fere XIV. Descripsimus usque verba *Novimus Iesum hunc fabri lignarii filium et de Maria natum.* Reliqua inde desumta ad Descensum Christi pertinent, quae post vide.

Havn i. e. Havniensis bibl. Reg. anno 1400. scriptus. Vide Thil. l. l. p. CXXXVIII sq., cuius ex notis aliquoties laudavimus.

Hal i. e. Halensis bibl. orphanotrophei saec. fere XIV. Vide Thil. l. l. p. CXXXVI. Ut supra.

Par i. e. Parisiensis codex ex quo Thilo attulit prologum. Hunc per errorem num. 3338. pag. 315. notavimus; est enim 1652.

Vind: Ultimo loco ponimus qui dignitate primus est Vindobonensem codicem palimpsestum quinti vel sexti saeculi, ex cuius litteris aegerrime legendis praeter ea quae ad prologum notavimus p. 313. eruimus fragmenta haec: *tunc velum templi scissum est in duo a summo usque deorsum - - petrae fissae sunt et monumenta aperta sunt et multa corpora eorum qui* (cf. XI, 1.): *revelantur de multorum cordibus cogitationes. dicunt didascali et levitae haec ista quomodo audisset. dicit levi non scitis quoniam* (cf. XVI, 1. 2.): *ti sunt iam quasi mortui et ceciderunt in terra et ieiunaverunt usque ad horam nonam. et rogaverunt eos nicodemus et ioseph* (cf. XVI, 1.)

Praeter hos codd. mss. plerumque contulimus edpr i. e. editionem principem quae videtur, apud Lud. Hain in Repertor. bibliogr. num. 11749. notatam (vide supra pag. LIII.); item ex Thilonis notis aliquoties Lipsed i. e. editionem Lips. a. 1516. (vide ibidem) [1]). Passim etiam quum graecorum tum interpretis copti rationem habuimus.

[1]) Ad notam temporis prologo additam conferri etiam potest scriptura quae ex cod. membr. Giessensi saeculi fere XIV. exscripta reperitur in

Digitized by Google

Secundus textuum latinorum Descensus Christi ad inferos latine A est. Ad hunc codices hi spectant:

D^a i. e. quem secutus est cum aliis Fabricius. Vide D^a ad Gest. Pil.

D^b i. e. cod. Einsidlensis. Vide D^b ad Gest. Pil. Post finem capitis XI. *in codd. praeterii sui publici*, omisso cap. XII., statim legitur epistola Pilati i. e. caput nostrum XIII.

D^c i. e. cod. bibl. princ. Corsini. Vide D^c ad Gest. Pil. In fine libri pariter ac D^b omisso capite XII. additam habet Pilati epistolam.

Ambr i. e. Mediolan. Ambros. O 35. saec. fere XIV. Vide ad Gest. Pil. Exscripsimus tria ultima capita (XI. XII. XIII.) una cum parte capitis X. inde a verbis *Benedictus qui venit in nomine domini*.

Praeter reliquos testes iam ad Gest. Pil. indicatos, i. e. Havn Hal edp^r $Lips^{ed}$, passim etiam consulere placuit edp^r germ i. e. editionem germanicam eamque ut videtur principem. Eadem laude ornatam commemorat Thilo p. CLII. primo loco. Apud Lud. Hain notatur tom. II. parte 1. pag. 487. Prodiit sine dubio saeculo quinto decimo. Titulus est: Euangelium Nicodemi, aufs dem latein in das teutsch gebracht, In wöllichem vil hüpscher punkten, die die andern Evangelisten nit setzen begriffen werden (doch jnen nit wider) fast nutzlich zu lesen. Fol. 1. inscriptio haec legitur In dem Namen des Herren, hebt sich an, das Ewangeli (sic), das beschriben hat Nicodemus, ain Rabbi und ain Fürst der Juden, und auch ain Junger Christi Jesu. Sequuntur eadem pagina versus 28. Folio 20. recto

---

Schmidtiorum bibliotheca critica et exegetica Novi Test. II, 1. p. 508 sqq. (Hadamar. 1798. 1801.). Ibi sic legitur [F]*actum est in anno nonodecimo tyberii cesaris imperatoris romanorum et herodis filii herodis imperatoris galilee, anno nono decimo principatus eius VIII. Kal. april. quod est XXV. die marcii, consulibus basso et tarquillo, anno quarto ducentesima secunda olimpiade sub principibus sacerdotum iudeorum ioseph et anne et caiphe, quarta die post crucem et passionem domini hystoriatus est nichodemus acta principalia* (corrige a principibus) *sacerdotum et reliquis iudeorum. Mandavit ipse nichodemus litteris hebraicis.* Porro initium sic scriptum dicitur *anno et caiphe et summe et dedi gamalieli iudee levi neptalim alexandro et thiaro reliqui iudeorum venerunt adversus dom. Ies. accusantes eum de multis actionibus malis dicentes Istum Iesum.* Codex exit verbis capitis XXVI. *Benedictus es domine omnipotens - - spirituali vita certissima.*

Digitized by Google

finitur, ubi post verba und den ersten menschen ain vatter aller menschen, Adam. versu 21. est Ain end des Ewangeli Nicodemi. Altera editio quae et ipsa mihi in manibus est, foliorum 31 in 8. minori, non multo recentior est principe et cum ista, exceptis orthographicis, fere prorsus consentit.

Ad Pilati epistolam, quam ex auctoritate plurium codicum cum Thilone adiunximus ad Descens. Chr. ad infer. capite XIII. (evang. Nicod. XXIX.), contulimus etiam testes hosce [1]).

Heg i. e. textum sub nomine Hegesippi editum in Anacephalaeosi libris V de excidio Hierosol. subiecta, Colon. 1530. fol. 66. verso.

Chas i. e. textum Chassanaei in parte IV. catalogi gloriae mundi editum, Venet. 1571. (Quod opus saepe repetitum est.) Cf. Fabric. Cod. apocr. III, p. 479.

Six i. e. textum a Sixto Senensi 1566. in bibl. sanctae libro II. atque antea iam in Orthodoxogr. Heroldi 1555. vulgatum.

Marc i. e. textum qui in Pseudo-Marcelli libro de mirificis rebus et actibus Petri et Pauli etc. a Florentinio 1668. editus est: quod opus repetiit Fabricius Cod. apocr. III. p. 632 sqq. Cf. etiam Cod. apocr. I. p. 298 sq.

Gue i. e. Guelferbytanum codicem cuius textum Thilo edidit 1837. in act. Petri et Pauli parte I. p. 26 sq.

Graecus huius epistolae textus is est quem nuperrime in actis Petri et Pauli sectione 40. edidimus. Cf. Acta app. apocryph. p. 16 sqq.

Denique Descensus Christi ad inferos latine B petitus est ex codicibus tribus: A i. e. Vaticano, B i. e. Vaticano 4363., C i. e. Veneto Marciano. Quos eosdem iam recensuimus ad Gest. Pilati.

XV. EPISTOLA PONTII PILATI.

Haec altera est Pilati epistola, quae et ipsa dudum ac saepe, etsi non toties quam prior (vide paullo ante), edita est. Vide Fabric. Cod. apocr. I. p. 300 sqq. III. p. 479 sqq. Thil. Cod. apocr. p. 801. Textum constituimus ex collatione testium quatuor.

[1]) Corruptissime haec epistola etiam edita est in St. Baluzii miscellaneis ed. Mansi IV. p. 57. *Nuper accipet quod ipse provocabit Iudeos, noverat* etc.

Digitized by Google

Chas i. e. textus a Chassanaeo editus in parte IV. catalogi gloriae mundi, qui primum prodiit 1571.

Flor i. e. textus a Florentinio editus in Martyrolog. vet. Hieronymi p. 113. Hunc Fabricius l. l. repetiit.

Bodl i. e. quem Abrah. Gronovius e cod. Bodl. operum Taciti eruit et publicavit in praefatione opp. Taciti-a se editorum 1721.

Ven i. e. quem ipsi descripsimus ex cod. Veneto Marciano class. X. num. CXXXIV. saeculi XVI.

XVI. XVII. ANAPHORA PILATI

GRAECE A ET B.

Prior huius relationis Pilati ad principem recensio primum edita est a Fabricio Cod. apocr. III. p. 456 sqq. addita versione latina. Textum e cod. Paris. Reg. nunc Nat. 770. a. 1315. exarato opera Gustavi Schroeder exscriptum habebat. Ex libro Fabricii eundem textum Birchius repetiit in Auctario suo, ut commode conferri posset cum altera recensione in cod. Vindobonensi inventa. Thilo alteram recensionem edere satis habuit, ad quam passim notavit Parisiensis codicis a se accuratius collati lectiones. Nos adhibuimus hos codices quinque:

A i. e. Par. 770. a. 1315. de quo modo diximus. Sumsimus ex Thilone et Fabricio.

B i. e. Par. num. 929. saeculi XV., cuius textum totum descripsimus.

C i. e. Mediolan. Ambros. E 100 Sup., saeculi fere XII. Totum descripsimus.

D i. e. Coisl. CXVII. a. 1332. scriptus. Descripsimus ab initio usque καὶ ἐνδόξους παρεσκεύασεν. Rursus ab ἐκέλευσα οὖν τοῦτον σταυρωθῆναι usque τῶν Ἰουδ. καὶ τοῦ νόμου αὐτῶν. Item ultima verba ἅπερ εἶδον etc.

E i. e. Harleianus 5636. saeculi fere XV. Inde initium usque τὸν τότε καιρὸν δέοντα exscripsimus.

Altera eiusdem relationis recensio editores habuit et Birchium et Thilonem. Ille ex Vindobonensi codice hausit saeculi fere XIV. Apud Nesselium insignitus est num. 246.; Lambecius de eo exponit

Digitized by Google

lib. V. p. 23. Thilo vero ad textum Birchii Vindobonensem, quem repetiit, inprimis Parisiensem codicem num. 1019. contulit; alterius codicis Parisiensis, num. 1331., paucissimas lectiones attulit. Nos quinque codicibus usi sumus in hac relatione edenda. Sunt autem hi:

A i. e. Vindobonensis Birchii et Thilonis, de quo modo explicuimus.

B i. e. Taurinensis, cuius textum Ferd. Flor. Fleck in Anecdotis suis 1837. pag. 143. edidit.

C i. e. Venet. Marcian. class. II. cod. XLII., saeculi fere XII. In codd. Nanianis est num. LXIII., cf. Catalog. p. 103. sub XXI. Totum textum descripsimus.

D i. e. Paris. 1019., quem contulit Thilo.

E i. e. Paris. 1331. unde aliquot lectiones a Thilone notatae sunt.

XVIII. PARADOSIS PILATI.

non possit morari, invenitur tale consilium ut mittatur praeco per omnes tribus Israel, ut omnes die tertia convenirent in templum domini. Ut autem universus populus convenerat, surrexit Abiathar pontifex et ascendit in altiorem gradum, ita ut ab omni populo audiri et videri posset; et facto silentio magno dixit Audite me, filii Israel, et auribus percipite verba mea. Ex quo aedificatum est istud templum a Salomone, fuerunt in eo filiae regum virgines et filiae prophetarum et summorum sacerdotum et pontificum; et magnae exstiterunt et admirabiles. Ut autem pervenerunt ad legitimam aetatem, viris datae sunt in coniugium et secutae sunt priorum suarum ordinem, et deo placuerunt. A sola autem Maria novus ordo vivendi inventus est, quae promittit deo se virginem permanere. Unde mihi videtur ut per interrogationem nostram et responsionem dei studeamus cognoscere cui debeat custodienda committi. [2] Tunc placuit iste sermo omni synagogae. Et missa est sors a sacerdotibus super duodecim tribus, et cecidit sors super tribum Iuda. Dixitque sacerdos Insequente die quicumque sine uxore est veniat et deferat virgam in manu sua. Unde factum est ut Ioseph cum iunioribus virgam deferret. Cumque tradidissent summo pontifici virgas suas, obtulit sacrificium domino deo, et interrogavit dominum. Et dixit dominus ad eum Intromitte virgas omnium in sancta

---

dine foeminam in templo dei orare non posse (D *non posse morari*) | C *Et inventum est tale -- praeco mitteretur per totas -- die tertia* (D *die octava*. A vero *die tertia* [hora?] *octava*) *in t. d. convenirent* | C *Cum autem -- convenisset* | *Abiathar*: A *Abyathar*, B *Isacar* | C *ascendit in altioribus gradibus* .. B *in eminentiori gradu ascendit* | C *audiri potuisset et videri* | *verba mea:* B add *quae loquor ad vos* | C *templum hoc* | B *LXX fuerunt in eo* | C *in eo regum virgines filiae et prophetarum* | C *magn. ac mirab. exstit.* | *ut autem pervenerunt* (D *venerunt*): C *tamen venientes* | C *viros in coniugio sunt adeptae, et secutae priorum suarum* (A *suorum*) *ordinem deo placuerunt* | C *Nunc vero apud Mariam novus ordo placendi domino -- se deo in virginitate permanere* | *videtur:* B *bonum videtur* | C *ex interrogatione nostra et responsis dei possimus agnoscere* | B in fine add *ne aliquis eam decipere possit.*

2. *tribus:* C add *Israel* | C *Iudae* | *quicumque:* B add *de tribu Iuda* | *ut Ioseph:* B add *cum non haberet uxorem, nolens mandatum sacerdotis contemnere* | C *cum iuvenibus* | C *virg. deferr. suam* | *summo* (C om) *pontifici:* B add *Isacar*, item post *sacrificium* | *domino deo:* C om *domino* | C *omnium virgas* | *in:* A *inter*,

Digitized by Google

sanctorum dei, et ibi maneant virgae. Et praecipe eis ut mane veniant ad te ad recipiendas virgas suas: et ex cuius cacumine virgae egredietur columba et volabit ad coelos, in cuius manu virga reddita dederit hoc signum, ipsi tradatur custodienda Maria.

[3] Altero vero die cum maturius convenirent universi, et facta oblatione incensi, ingressus pontifex in sancta sanctorum protulit virgas. Cumque singulis erogasset et ex nulla virga exisset columba, induit se pontifex duodecim tintinnabulis et veste sacerdotali, et ingressus in sancta sanctorum incendit sacrificium et effudit illic orationem. Apparuitque angelus dei dicens Est hic virga brevissima quam pro nihilo computasti, illamque cum ceteris posuisti, sed cum ceteris non protulisti: hanc cum tu protuleris et dederis illi cui est, in ipsa apparebit signum quod locutus sum tibi. Erat illa virga Ioseph, et quia senex tanquam abiectus erat ut non posset accipere eam, sed nec ipse voluit requirere virgam suam. Cumque staret humilis et ultimus, pontifex clara voce clamavit ad eum dicens Veni Ioseph et accipe virgam tuam,

---

C *intra* | BC om *dei* | *et ibi man.* (C add *omnium*) *virgae:* B *et super altare maneant* | *et praecipe* - - *virgas suas:* B *et tunc venientes ceteri ad te per te recipiant* | *Et ex cuius* (C om; Thi post *cacumine* suppleri voluit *unius*) - - *ad coelos: in cuius* (C add *autem*) - - *ipsi* (A *sibi*) - - *Maria:* B *Et in cuius virga hoc signum apparebit, videlicet illa quae fronduerit et nuces protulerit, et de cuius cacumine egredietur columba et volabit ad coelos, illi tradas Mariam.*

3. *Altero vero* (D *autem*) *die cum maturius* (D *mane*) *conv. universi* (D *univ. conv.*) *et* (D om) *facta;* C *Factum est autem ut altero die maturius venirent universi, et facta* | *in* (C *intra*) *sanct. sanctorum:* B add *et facta oratione* | C *pertulit* (?) | *Cumque singulis* (D add *virgas suas*) *erogasset:* C *Cumque erogasset singulas ad tria millia virgas* | *ex nulla* (C add *earum* omisso *virga*) - - *columba:* B add *solus Ioseph, qui senex et despectus inter iuvenes existebat nec volebat requirere virgam suam, remansit: tunc Abiachar* | *pontifex:* C praem *Abiathar* | B om *incendit sacrif.* | *et effudit illic orationem* (B *orat. fudit ad dominum*). *Apparuitque:* C *Et effundente illo orationem apparuit ei* | C om *dei* | C *simul cum ceteris* | C om *sed cum cet. non protulisti* | C *hanc tu dum tuleris et dederis, in ipsa* | C *Erat autem haec virga Ioseph, eratque ipse abiectus habitus quoniam senex erat* (D *Ioseph qui senex abiectus erat*); *et ne forte cogeretur accipere eam, requirere noluit virgam suam:* B haec omnia om | *Cumque staret* etc: B *Cumque Abiachar pontifex Ioseph humilem ac ultimum stantem videret* | C *ultimus, voce magna cl. ad eum Abiathar*

Digitized by Google

quia tu expectaris. Et accessit Ioseph expavescens quia summus pontifex cum clamore nimio vocaret eum. Mox autem ut extendit manum accepit virgam suam, et statim de cacumine eius egressa est columba nive candidior, speciosa nimis; et diu evolans per templi fastigia petivit denique coelos. 4 Tunc universus populus congratulabatur seni dicentes Beatus factus es tu in senectute tua, pater Ioseph, ut idoneum te deus ostenderit ad accipiendam Mariam. Et cum sacerdotes dixissent ei Accipe eam, quia ex omni tribu Iuda tu solus es electus a deo, Ioseph coepit adorare eos cum verecundia dicens Senex sum et filios habeo, ut quid mihi infantulam istam traditis, cuius etiam aetas minor est nepotibus meis? Tunc Abiathar summus pontifex dixit ad eum Memor esto, Ioseph, quemadmodum Dathan et Abiron et Core perierunt, quia voluntatem dei contemserunt. Ita tibi eveniet si hoc quod tibi a deo iubetur contemseris. Respondit ei Ioseph Ego quidem voluntatem dei non contemno, sed custos eius ero, quousque hoc de voluntate dei cognoscam, quis possit eam habere ex filiis meis coniugem. Dentur illi aliquae virgines ex sodalibus eius ad solatium, cum quibus interim degat. Respondit Abiathar pontifex dicens Virgines quidem quinque ad eius solatium dabuntur, quousque dies

---

pontifex dicens | C om *Ioseph* | C *quoniam tu* | *quia:* C *quod* | C *vocasset* | C *Mox autem extendens manum ut suam virg. acciperet, statim de cac. virgae* | C *volans diu -- fastigium* | C om *denique*

4. C *dicens* | C om *pater Ioseph* | *ut idoneum -- ostenderit* (D -*deret*) *ad accip.* (B add *virginem*) *Mariam:* C *et deus te idoneum elegit ad acc. M.* | C *Cum autem sacerd. dicerent ei -- quia ex omnibus beatus solus tu a deo electus es; tunc coepit adorare et rogare eos Ioseph atque cum verecundia dicere Senex* | *cuius etiam* (B om) *-- nepotibus meis* (B *nepotum meorum*)*:* C om | *Abiathar:* A *Abyatar*, B *Abyachar* | C om *ad eum* | *Abiron:* A *Abyram*, B *Biron* | *et Core* (A *Chore*) cum ABD; C om | B *voluntatem domini* | *Respondit:* C *Et dixit* | *Ego quidem* (D om) *vol. dei* (D *domini*) | *sed* (D add *quia*) *custos eius* (B *istius infantulae*) *ero -- de* (D om) *voluntate dei cognoscam* (D *cognosci possit*) *quis possit* (D *poterit*) *-- coniugem:* C (prioribus omissis) *si cognoscere possim quis eam possit* etc | *Dentur* (B add *ergo*) *illi* (D *ei*, C om) *aliq. virgines* (C *virg.* post *eius*) *ex sod. eius* (D haec om) *ad solatium* (D ante *aliquae;* C om | *interim:* D *interea* | *Resp. Abiathar* (sic h. l. etiam A; B *Abyachar*) *pont. dicens:* C *Iterum Abi. pont. dixit* | C om *quinque*

Digitized by Google

statutus veniat in quo ipsam accipias: non enim poterit alii in matrimonium copulari.

5 Tunc Ioseph accepit Mariam cum aliis quinque virginibus, quae essent cum ea in domo Ioseph. Erant autem istae virgines Rebecca, Sephora, Susanna, Abigea et Cael: quibus datum est a pontifice sericum et hyacinthus et byssus et coccus et purpura et linum. Miserunt autem inter se sortes quid quaeque virgo faceret: contigit autem ut Maria purpuram acciperet ad velum templi domini. Quam cum acciperet, dixerunt ei illae virgines Cum tu sis ultima et humilis et minor omnibus, purpuram meruisti accipere et obtinere. Hoc autem dicentes quasi in fatigationis sermone coeperunt eam appellare virginum reginam. Dum ergo haec agerent inter se, apparuit angelus domini in medio illarum dicens illis Non erit sermo iste in fatigationem missus sed in prophetationem verissimam prophetatus. Expavescentes ergo in conspectu angeli et in verbis eius, rogaverunt eam ut indulgeret eis et oraret pro eis.

CAPUT IX.

1 Altera autem die dum Maria iuxta fontem staret ut urceolum impleret, apparuit ei angelus domini dicens Beata es, Maria, quoniam in utero tuo habitaculum parasti domino.

---

ipsam: C *tu eam* | *accipias:* B add *in uxorem*

5. *in domo Ioseph:* C *in domo sua* | *Rebecca* ex C; A *Reutha*, B *Retram* | *Sephora* (D *Sefora*): B *Sophera*, C *Sephiphora* | *Cael* cum A; B *Agabel*, C *Zahel* | C *a pontificibus* | *sericum:* A *siricum* | *et hyacinthus* (A *tacintus*) *et byssus* (A *biss.*) *et coccus* (A *cocus*): C *iacinthum* (D *tacinctum*) *et* (D praem *coccinus*) *byssum* | C *unaquaeque* | C *et factum est ut Maria purpuram nendam* | D *quam cum accepisset* | *illae:* A *aliae* | *Cum tu sis - - virginum reginam:* C *Cum iunior tu sis* (D *tu sis minor*) *omnibus, purpuram obtinere meruisti. Et hoc dicentes quasi in fatigationem sermonis reginam virginum eam app. coep.* B vero sic: *Filiae regum sumus, et tu cum minor sis, purpuram quasi regina nostra accipere meruisti et obtinere. Et tunc coeperunt eam app. reginam.* | C *Cumque haec inter se agerent* | *illarum:* AC *eorum* | *dicens illis:* C *et dixit* | *prophetationem:* C *probationem* | D *prophetantis* | C *Expaverunt autem in - - eius, et coeperunt rogare Mariam - - rogaret pro eis.*

IX, 1. C *dum staret iuxta fontem, apparuit* | A *dicens illi* | *Beata es - - in utero tuo* (ita AB; C *in meniem tuam*) *habitaculum* (B *habitationem*) *parasti*

Digitized by Google

Ecce veniet lux de coelo et habitabit in te, et per te universo mundo resplendebit.

2 Iterum tertia die dum operaretur purpuram digitis suis, ingressus est ad eam iuvenis, cuius pulcritudo non potuit enarrari. Quem cum vidit Maria, expavit et contremuit. Cui ille ait Ave Maria, gratia plena, dominus tecum; benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui. Quae cum audivit, tremuit et expavit. Tunc angelus domini adiunxit Noli timere, Maria; invenisti gratiam apud deum: ecce concipies in utero et paries regem, qui non solum terram implet sed coelum, et regnat in secula seculorum.

Caput X.

Cum haec agerentur, Ioseph in fabricandis tabernaculis regionum maritimarum erat opere praeoccupatus: erat enim ligni faber. Post vero menses novem reversus est in domum suam et invenit Mariam praegnantem. Unde totus in angustia positus contremuit et exclamavit dicens Domine deus, accipe spiritum meum: quoniam melius est mihi mori quam amplius vivere. Cui dixerunt virgines quae cum Maria erant Quid ais, domine Ioseph? Nos scimus quoniam vir non tetigit eam; nos sumus testes quoniam virginitas et integritas perseverat in ea. Nos custodivimus super eam: semper in

(BC *praeparasti*) *domino* (C ante *praepar.*): D om | C *ut habitet in te et per te universum mundum resplendeat.*

2. *Iterum* (C *Item*): h. l. A novum caput (et quidem X.) habet. | *Quem cum vidit:* D *Quem videns*, C *Tunc* (Hunc?) *videns* | *Ave Maria -- tecum* (post haec A habet *etc* et pergit *Noli timere.* Sed B et D textum plene exhibent.); *benedicta -- Quae cum -- adiunxit* (*Quae* usque *adiunxit* ex B sunt; D non habet.): haec omnia C om | *in utero:* C om; B add *de spiritu sancto qui obumbrabit tibi* | *regem:* B add *et vocabitur nomen eius Emanuel* | C *qui imperat non solum in terra sed etiam in coelis, et regnabit in sec. sec. amen.*

X, 1. C *Cum autem haec ag., Ios. in Capharnaum maritima erat in opera* (D *opere erat lignorum*) *occupatus: erat enim faber ligni* (D *lignarius*) | *Post vero -- et invenit:* C *ubi moratus est mensibus novem. Reversusque in d. suam invenit* | *Unde -- Domine deus* (B add *meus*): C *et totus contremuit, et positus in angustia exclamavit et dixit Domine domine* | C om *amplius* | *virgines:* B *quinque virg.*, C *virg. illae* | C om *Quid ais, dom. Io.* | *nos sumus testes -- in ea:* C *nos scimus quia integritas et virg. in ea immaculata persev.* | *Nos cust. super eam:*

Digitized by Google

oratione nobiscum permansit; quotidie angeli dei cum ea loquuntur; quotidie de manu domini escam accepit. Nescimus quomodo fieri possit ut sit peccatum aliquod in ea. Nam si suspicionem nostram tibi vis ut pandamus, istam gravidam nemo fecit nisi angelus domini. [2] Ioseph dixit Ut quid me seducitis ut credam vobis quoniam angelus domini impraegnavit eam? Potest enim fieri ut quis se finxerit angelum domini et deceperit eam. Et haec dicens flebat et dicebat Qua fronte ad templum domini respiciam, aut qua facie visurus sum dei sacerdotes? Quid facturus sum? Et haec dicens cogitabat ut fugiens dimitteret eam.

Caput XI.

Cumque cogitaret exsurgere et occultare se et habitare in occultis, ecce in ipsa nocte apparuit in somnis ei angelus domini dicens Ioseph fili David, noli timere; accipe Mariam coniugem tuam: quod enim in utero eius est, de spiritu sancto est. Pariet autem filium, et vocabitur nomen eius Iesus: ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum. Exsurgens autem Ioseph a somno gratias egit deo; et locutus est Mariae et virginibus quae erant cum ea, et narravit visum suum. Et consolatus est super Maria, dicens Peccavi, quia suspicionem aliquam habui de te.

B *nos enim semper cum ea fuimus* . . C *nam custodita est a deo* | C om *nobiscum* | C *Quot. cum ea angelus domini loquitur; quot. escam de manu angeli accipit* | *Nescimus* — — *possit:* C *Quomodo fieri potest* | *Nam si* — — *nemo* (C *non*) — — *domini* (C *dei*. Addit vero A *qui eam impraegnavit*): B *Non sit in te aliqua suspicio de ipsa, quia non nisi spiritus sanctus gravidam eam fecit*

2. *Ios.* (C add *autem*) *dixit:* B *Tunc Ios. cum suspicionis amaritudine suae dixit* | C *quia ang. dom. impraegnasset eam* | D *ut quisquam finx. se esse angelum domini ut deciperet eam* . . C haec vitiose exhibet | *respiciam, aut qua:* C *iturus sum? Qua* | C *cogitabat occultare se et eam dimittere*

XI. *Cumque:* A h. l. non habet novum caput. | C *Cumque ordinasset in nocte exsurgere, ut fugiens habitaret in occultis* | C *ei angel. dom. in somnis* | *accipe:* C *accipere* | *quod enim:* C *quoniam quod* | *et vocabitur* (B -*bis*) *nom. ei. Iesus* (B *Iesum*) cum ABD; C *qui vocabitur Iesus* | C om *a somno* | C *deo suo* | B *beatae Mariae et virg. quinque* | C *visionem suam* | *super Maria:* B *Mariam* | *quia* (C *quoniam*) — — — *de* (C *in*) *te:* B *suspicionem nequam habens de te*

Digitized by Google

CAPUT XII.

[1] Post haec factus est rumor magnus quod Maria esset gravida. Et comprehensus Ioseph a ministris templi ductus est cum Maria ad pontificem, qui una cum sacerdotibus coepit exprobrare illi et dicere Ut quid fraudatus es istam talem et tantam virginem, quam sicut columbam angeli dei in templo nutrierunt, quae virum nunquam voluit videre nec habere, quae in lege dei optimam habuit eruditionem? Tu si ei violentiam non fecisses, adhuc in virginitate sua permaneret. Ioseph autem iurans devovit quod nunquam penitus tetigisset eam. Cui Abiathar pontifex respondit Vivit deus quia modo faciam te potare aquam potationis domini, statimque apparebit peccatum tuum.

[2] Tunc congregata est multitudo populi, quae dinumerari non poterat, et adducta est Maria ad templum. Sacerdotes vero et affines et parentes eius flentes dicebant ad Mariam Confitere sacerdotibus peccatum tuum, quae eras sicut columba in templo dei et accipiebas cibum de manu angeli. Rursus Ioseph vocatus est ad altare, et data est ei aqua potationis domini: quam cum gustasset aliquis mentiens et circuisset septies altare, dabat deus signum aliquod in facie eius. Cum ergo bibisset securus Ioseph et girasset septies altare, nullum signum peccati apparuit in eo. Tunc iustifi-

---

XII, 1. C *Factum est autem post haec exiit rumor quod* | B *a magnatibus templi* | *ductus est:* A add *cum Maria* | *ad pontificem:* B add *Abiachar* | *cum sacerdotibus:* B add *et magnatibus templi* | *istam – – virginem:* C *nuptias tantae ac talis virginis* | C *in templo dei* | C *nunquam nec videre voluit, quae* | C *Tu autem si* | *adhuc – – permaneret* (B *permansisset*): C *illa hodie virgo perseverasset* | *iurans devovit:* C *devotabat se iurans,* B *coepit detestari firmiter* | C om *penitus* | *Abiathar:* A *Abyathar,* B *Isachar* | C *dixit Vivit dominus* | *quia* (C *quoniam*): B *et ego* | C *et statim*

2. C *omnis multitudo Israel – – poterat* .. B *maxima pars virorum in templo domini et mulierum, ut in iudicium eius prospicerent* | *et adducta est* (C *Add. est etiam*) – – *templum* (C add *domini*): B om | *ad Mariam:* C *ad eam* | C *Vocatus est autem et Ioseph ad altare sursum* | C *quam si gust. homo metuens* (D *nesciens*) | C *in faciem eius* | C *gyrasset,* omisso *septies* | *apparuit in facie eius* | *iustificaverunt:* A *sanctific.*

Digitized by Google

caverunt eum sacerdotes omnes et ministri et populi dicentes Beatus factus es, quoniam nullus reatus inventus est in te
3 Et vocantes Mariam dixerunt ei Et quam excusationem tu poteris habere? aut quod signum maius in te apparebit quam hoc quod prodit te conceptus ventris tui? Hoc solummodo requirimus a te ut, quia Ioseph mundus est a te, confiteare quis est qui te decepit. Melius est enim ut tua confessio te prodat, quam ira dei dans signum in facie tua in medio populi te manifestet. Tunc Maria constanter et intrepida dixit Domine deus rex omnium, qui es conscius secretorum, si est aliqua pollutio in me aut aliquod peccatum, aut aliqua sive concupiscentia vel impudicitia, detegas me in conspectu omnium populorum, ut omnibus sim emendationis exemplum. Hoc dicens accessit ad altare domini confidenter et bibit aquam potationis, et septies circuivit altare, et non est inventa in ea ulla macula.

4 Cumque omnis populus exstaret stupore, videntes ventris conceptum et nullum signum in facie eius apparuisse, coeperunt inter se populi varia loquacitate turbari. Alii dicebant sanctam et immaculatam; alii vero malam et contaminatam. Tunc Maria videns se in suspicione populi esse nec se eo integre videri purgatam, omnibus audientibus clara voce dixit Vivit dominus Adonai, dominus exercituum, in

---

C *Beatus es tu, quoniam non est inventus reatus in te*

3. C *Tu quam excus. afferre* (D *habere*) *poteris* | *quod prodit te:* C *quod prodidit* | *mundus est a te:* C *mundatus est* | C *confitearis* | A om *enim* | *ut tua -- prodat* cum ABD; C *vitam tuam confessio prodat* | CD *in faciem tuam* | *te manifestet:* D *vitam tuam manifestet* | C om *constanter et* | BC om *Domine deus* usque *secretorum* | *aut aliqua sive - impudicitia:* C *aut fuit in me aliqua concupiscentia impudicitiae* (D *vel impudicitia*) | *detegas me:* BC *detegat me* (B *illud*) *deus* | *ut omnibus sim emend.* (B add *et corruptionis*) *exempl.:* C *ut fiam omnibus mendacibus* (D *emendationis*) *exempl.* | C *Et accessit* | A *circuiv. ad altare*

4. C *Et cum omnis populus stuperet et haesitaret* (D *omnes populi stuperent et haesitarent*) | *et nullum:* C *at nullum* | C *in facie eius* | C *inter se varia populi* | C *Alii dic. sanctitatem* (D add *ex innocentia*); *alii vero per malam conscientiam accusabant eam* . . B *Alii dicebant quod pro mala conscientia accusabant eam; alii dicebant Grande signum est illud.* | C *videns populi suspicionem non* (D *nec se*) *ex integro fuisse purgatam* | C *domin. Adonai* (A - *nay*) *exercituum* .. D

Digitized by Google

cuius conspectu sto, quoniam virum nunquam cognovi; sed ab eo cognoscor cui ab infantia meae aetatis mentem meam devovi. Et hoc deo meo votum feci ab infantia mea, ut in ipso qui me creavit in integritate permaneam, in qua me confido ipsi soli vivere et ipsi soli servire: et in ipso quamdiu vixero sine pollutione permanebo. Tunc omnes coeperunt osculari pedes eius et genua eius amplecti, rogantes eam ut malis suspicionibus eorum daret indulgentiam. Et deduxerunt eam populi et sacerdotes et omnes virgines cum exultatione et gaudio magno usque ad domum suam, clamantes et dicentes Sit nomen domini benedictum in secula, quia manifestavit sanctitatem tuam universae plebi suae Israel.

CAPUT XIII.

[1] Factum est autem post aliquantum tempus ut fieret professio ex edicto Caesaris Augusti, ut profiteretur universus orbis, unusquisque in patria sua. Haec professio facta est a praeside Syriae Cyrino. Fuit ergo necesse ut Ioseph profiteretur cum beata Maria in Bethleem, quia inde erat Ioseph et Maria, de tribu Iuda et de domo et familia David. Cum ergo Ioseph et beata Maria irent per viam quae ducit Bethleem, dixit Maria ad Ioseph Duos populos ante me video, unum flentem et alium gaudentem. Cui Ioseph respondit

---

domin. exercituum, Adonai | *sed ab eo – – devovi:* C *sed nec cognoscere habeo; quia ab infantia aetatis meae in hoc mentem definivi* | C om *ab infant. mea* | *ut in ipso:* C *ut ipsi* | C *vivere et ipsi soli* (om *servire: et in ipso*) *sine aliqua pollutione quamdiu vixero permanere* | C *Tunc omnes osculabantur eam rogantes* | B *rog. eam humiliter* | B *pie daret veniam* | B *reduxerunt* | C *omnes populi* | C om *magno* | C *dicentes ei* | C om *in secula* | *quia manifestavit:* C *qui manifestabit* | *sanctitatem tuam* (A *suam*): B *sanctitatem virginitatis suae* | *plebi suae* (C om) *Israel:* B *plebi huic*

XIII, 1. *ut profiteretur – – in patria sua* (B *in provinciam suam*): C *ut proficisceretur unusquisque in patriam suam* | *facta est:* C praem *prima*, B add *primo* | B *sub praeside* | C *Necesse autem fuerat ut et Ioseph* | *profiteretur* (B *proficisceretur*) *cum b. M.* (B add *coniuge sua:* C *cum Maria proficisceretur* | C *quia exinde erat, et Maria de tribu* | *et familia:* CD *ac patria.* D sic: *Necesse autem fuerat ut Ioseph, qui exinde erat, et Maria de tribu Iuda et de domo ac patria David, irent per viam* etc | C om *beata* | CD *ducit ad* (D *in*) *Bethleem* | D *Dixit autem Maria ad Ioseph* | C *Cui respondit Ioseph et dixit Sede et tene te* |

Digitized by Google

Sede in iumento tuo et noli superflua verba loqui. Tunc apparuit puer quidam speciosus ante eos, indutus veste candida, qui dixit ad Ioseph. Quare dixisti verba superflua esse de duobus populis de quibus locuta est Maria? Populum enim Iudaeorum flentem vidit, qui recessit a deo suo, et populum gentium gaudentem, qui iam accessit et prope a domino factus est, secundum quod promisit patribus nostris Abraam, Isaac et Iacob: tempus enim advenit ut in semine Abrahae ribuatur omnibus gentibus benedictio.

[2] Et cum haec dixisset, angelus iussit stare iumentum, quia tempus pariendi advenerat; et praecepit beatae Mariae ut descenderet de animali et ingrederetur speluncam subter caverna, in qua lux nunquam erat sed semper tenebrae, quia lumen diei recipere non poterat. Cumque ingressa fuisset beata Maria in eam, coepit tota splendore clarescere, quasi hora diei sexta esset: ita speluncam lux divina illustrabat ut nec in die nec in nocte lux ibi defuerit, quamdiu ibi fuerat beata Maria. Et ibi peperit masculum, quem angeli statim circumdederunt nascentem, quem natum et super pedes suos mox stantem adoraverunt dicentes Gloria in excelsis deo et in terra pax hominibus bonae voluntatis. [3] Iam enim nativitas domini advenerat, et Ioseph perrexerat quaerere obstetrices. Qui cum invenisset, reversus est ad speluncam et in-

C om *quidam* | B *apparuit ei angelus domini, indutus* | C *veste splendida, et dixit* | C om *esse* | *de quibus* - - *Maria:* C *quae audisti dicentem Mariam* | C *quia recessit* | C *quia access. et pr. factus est ad dominum* | *promisit:* B add *deus* | D om *in semine* | *Abraam* et *Abrahae:* sic plane codd. | C *benedictio omn. gent. tribuatur*

2. Hoc loco in A est caput XIIII. | B *angelus domini* | C *adven. pariendi* | *descenderet:* A *discederet* | B *et subterraneam speluncam intraret.* C sic: *Et praecepit descendere de animali Mariam et ingredi in speluncam subterraneam, in qua lux non fuit unquam* | *tenebrae:* C add *fuerunt* | *recipere non poterat:* C *penitus non habebat* | C *Ad ingressum vero Mariae coepit tota spelunca splendorem habere, et quasi sol ibi esset, ita tota fulgorem lucis ostendere; et quasi esset ibi hora diei sexta, ita eandem speluncam lux divina illustravit; nec in die nec in nocte lux ibi divina defuit quamdiu ibi Maria fuit.* | C *quem circumded. angeli nascentem et natum adorav. dicentes*

3. C *Iam enim dudum Ios. perrexerat ad quaerendam* (D -*das*) *obstetricem* (D -*ces*): *qui cum reversus esset ad speluncam, Maria iam infantem genuerat.* |

Digitized by Google

venit cum Maria infantem quem genuerat. Et dixit Ioseph ad beatam Mariam Ego Zelomi et Salome adduxi tibi obstetrices, quae stant foris ante ostium speluncae, prae nimio splendore non audentes huc ingredi. Audiens autem beata Maria subrisit. Cui Ioseph dixit Noli subridere, sed cauta esto ut te visitent, ne forte indigeas medicina. Tunc iussit eas intrare ad se. Cumque ingressa fuisset Zelomi, Salome non ingressa, dixit Zelomi ad Mariam Dimitte me ut tangam te. Cumque se scrutari permisisset, exclamavit voce magna obstetrix et dixit Domine domine magne, miserere. Nunquam hoc auditum est nec in suspicione habitum ut mamillae cuiusquam plenae sint lacte et natus masculus matrem suam virginem ostendat. Sed et nulla sanguinis pollutio facta est in nascente; nullus dolor in parturiente. Virgo concepit, virgo peperit et virgo permansit. [4] Audiens autem hanc vocem Salome dixit Permitte ut palpem te et probem utrum verum dixerit Zelomi. Cumque beata Maria se permisisset ab ea palpari, misit manum suam Salome. Dum autem manum suam a palpitatione retraheret, aruit manus eius, et prae nimio dolore coepit flere vehementer et angustiari, clamando dicens Domine deus, tu nosti quia semper te timui, et omnes pauperes sine retri-

---

Et dixit: A om *Et* | C om *beatam* | C *Ego tibi Zelemi* (D ut videtur *Zaelem*) *et Salomen obst. add. quae foris ante spel. stant et prae spl. nimio hic non possunt introire.* | C *Aud. autem haec Maria subr. Et dixit ad eam Ios.* | A om *sed* | C om *ut te visitent* | *medicina:* B *curamine* | *eas intrare:* C *unam ex illis introire* | C *Cumque ingr. esset Zelemi, ad Mariam dixit* | *se scrut.* (B *tangi*) *permisisset:* C *permisiss. se Mar. tangi* | B *Domine deus meus: nunquam* | C om *magne* | C *adhuc hoc nec audivi nec in suspicionem habui ut mamillae plenae sint lacte* | C *Nulla poll. in nascentem facta est, - - in parturientem* | *et* (B add *post partum*) *v. permansit:* C *virgo permanet*

4. C om *autem* | C *alia obstetrix nomine Salome* | *Permitte - - Zelomi:* B *Quod audio, nisi probavero, certe non credam. Ingressa ad beatam virginem dixit Volo probare palpando te utrum verum sit quod dixit Zelomi . .* C *Quod ego audio non credam, nisi forte ipsa* (D *donec et ipsa*) *probavero. Et ingressa Salome ad Mariam dixit Permitte me ut palpem te et probem utrum verum dixerit Zelemi.* | C *Cumque permisisset Mar. ut eam* (D *se*) *palparet* | *misit manum suam Salome:* haec A praetermittit | *dum autem* etc: C *et cum misisset et tangeret, statim exaruit m. e.* | C om *nimio* | C *vehementissime* | C *et clamare et dicere* | C om *deus* | *et omnes* cum BC . . A *homines* | D *sine retributionis munere . .* C *sine acceptione*

Digitized by Google

butione curavi, de vidua et orphano nihil accepi, et inopem a me ire vacuum non dimisi. Et ecce misera facta sum propter incredulitatem meam, quia sine causa tentare volui virginem tuam.

5 Cum haec diceret, apparuit iuxta eam iuvenis quidam valde splendidus dicens ei Accede ad infantem et adora eum et tange de manu tua, et ipse salvabit te: quia ipse est salvator seculi et omnium in se sperantium. Quae confestim ad infantem accessit, et adorans eum tetigit fimbriam pannorum in quibus infans erat involutus, et statim manus eius sanata est. Et exiens foras coepit clamare dicens magnalia quae viderat et quae passa fuerat, et quemadmodum curata fuerat, ita ut per praedicationem eius multi crederent.

6 Nam et pastores ovium asserebant se angelos vidisse in medio noctis hymnum dicentes, deum coeli laudantes et benedicentes, et dicentes quia natus est salvator omnium, qui est Christus dominus, in quo restituetur salus Israel.

7 Sed et stella ingens a vespere usque ad matutinum super speluncam splendebat, cuius magnitudo nunquam visa fuerat ab origine mundi. Et prophetae qui erant in Ierusalem hanc stellam dicebant Christi nativitatem indicare, qui restauraret promissionem non solum Israeli sed et omnibus gentibus.

---

retributionum | *orphano* cum ABD; C *orphana* | C *nunquam dimisi* omisso *ire* | C *quia ausa fui temptare* | *virginem tuam:* A solus add *quae venit lumen verum et post partum virgo permansit*

5. Hoc loco in A est caput XV. | C *Cumque* | C *iuxta illam iuvenis splendidus* | *et* (B *atque vestimenta eius*) *tange de:* C *et continge* | *salvabit te:* C solus *sanabit eam* | C *Et confestim – – access. Salome* | C *fimbrias* | B *in quibus a sancta Maria matre erat involutus* | C *et dicere magnalia virtutum quae* | *viderat:* B add *in spelunca* | *curata fuerat:* C om *fuerat* | *per:* C *ad*

6. Hoc loco A habet caput XVI. | *past. ovium:* B *past. qui erant in regione illa custodientes gregem suum* | *in medio noctis:* B add *silentio, et audivisse* | *deum coeli* (C *Helye*) *laudantes* (D *laudate*) *et benedicentes* (D *benedicite*) *et dicentes* (D haec om) – – *salvator omnium:* B *Gloria in excelsis deo et in terra pax hominibus bonae voluntatis. Qui et dixerunt Natus est nobis hodie salv. mundi* | *Christ. dominus:* D add *in civitate David* | *salus Israel:* C *omne regnum Isr.*

7. Hoc loco in A incipit caput XVII. | *ad matutinum:* C *ad mane* | C *qui fuerant* | C *non solum Israel sed et omnium gentium* | *sed et omnibus:* A *sed in omnibus*

Digitized by Google

CAPUT XIV.

Tertia autem die nativitatis domini nostri Iesu Christi beatissima Maria egressa est de spelunca, et ingressa stabulum posuit puerum suum in praesepio, quem bos et asinus adoraverunt. Tunc adimpletum est quod dictum est per Isaiam prophetam dicentem Cognovit bos possessorem suum et asinus praesepe domini sui. Ipsa ergo animalia, bos et asinus, in medio eum habentes incessanter adorabant eum. Tunc impletum est quod dictum est per Abacuc prophetam dicentem In medio duorum animalium innotesceris. In eodem loco moratus est Ioseph cum Maria tribus diebus.

CAPUT XV.

[1] Sexta autem die ingressi sunt Bethleem, ubi impleverunt septimam diem. Octavo vero die circumcidentes puerum, vocatum est nomen eius Iesus, quod vocatum est ab angelo antequam in utero conciperetur. Postquam autem impleti sunt dies purgationis Mariae, secundum legem Moysi, tunc duxit Ioseph infantem ad templum domini. Cumque accepisset parhithomum infans — parhithomus id est circumcisio —, obtulerunt pro eo par turturum aut duos pullos columbarum.

XIV. C *Tertio* | C om *nostri Ies. Chr.* | C *beata* | C *ingr. est stab. et posuit* | C om *suum* | *in praesepio:* B add *quia non erat ei locus magis aptus in diversorio conditus* | *quem -- adoraverunt:* BC *Tunc* (C *Et*) -- *ador. eum* | *Ipsa ergo:* C *Ipsa autem*, D *Ipsa enim* | *animalia:* C add *id est*, D *scilicet* | *eum habentes:* A *stantes* | *Tunc impletum* (C *adimpl.*): B *Et tunc et impl.* | *Abacuc:* Thilo (ex C ut videtur) *Habacuc* | *innotesceris:* B *cognosceris* | C *In eodem autem* | C *Ioseph et Maria cum infante* .. B *Ios. et beata virgo Maria cum puero*

XV, 1. CD *Sexto autem* (D om) *die cum beata Maria ingressus est Ioseph Bethl.* | *ubi impleverunt -- parhithomum* (servavi codicis scripturam; ibidem post *est parhythomus*) -- *obtulerunt pro eo:* C *ubi impletis triginta diebus duxit infantem ad templum domini, et obtulerunt pro eo* .. D *ubi octavo die circumciderunt puerum, et vocatum est nomen eius Iesus. Tertio decimo vero die venerunt magi ab oriente in Hierosolymis* etc cf. caput apud nos XVI. Magorum vero historiam in cod. D excipiunt verba haec: *Impletis igitur quadraginta diebus Ioseph duxit infantem in templum domini, et obtulerunt pro eo* etc usque finem capitis nostri XV. | *aut duos:* BCD *et duos* | *columbarum:* B add *sicut scriptum est in lege domini.*

Digitized by Google

[2] Erat autem in templo vir quidam dei, perfectus et iustus, cui nomen Symeon, annorum centum duodecim. Hic responsum a domino acceperat quia non gustaret mortem nisi videret Christum filium dei viventem in carne. Hic cum vidisset infantem, exclamavit voce magna dicens Visitavit deus plebem suam, et implevit dominus promissionem suam. Et festinans adoravit eum. Et post hoc suscepit eum in pallium suum et osculans pedes eius dixit Nunc dimittis servum tuum, domine, secundum verbum tuum in pace, quia viderunt oculi mei salutare tuum, quod parasti ante faciem omnium populorum, lumen ad revelationem gentium et gloriam plebis tuae Israel.

[3] Erat quoque in templo domini Anna prophetissa, filia Phanuel, de tribu Asser, quae vixerat cum viro suo annos septem a virginitate sua: et haec vidua erat iam per annos octoginta quattuor: quae nunquam discessit a templo domini, ieiuniis vacans et orationibus. Haec quoque similiter adorabat infantem dicens quoniam in isto est redemptio seculi.

---

2. Hic in codice A est caput XX. | *vir quidam* (C om) -- *iustus:* B *quidam homo iustus et timoratus* | C *nomine Simeon* | C *ann. cent. tredecim* .. B om | B *a spiritu sancto acceperat* | C *quod non gustasset* - - *vidisset* - - *dei filium in carne* (D add *viventem*) .. B *non visurum se mortem nisi prius videret Christum dominum in facie* | *Hic:* C *Qui* | *Visitavit* -- *dominus* (A om) *promiss. suam:* B *Visitavit et fecit redemptionem plebis suae Israel benedictus dominus deus noster* | *festinans:* B add *se ad portam templi* | *ador. eum:* B add *osculans palmas eius* | *Et post hoc* (C *haec*) *suscepit* (C *suscipiens*) *eum in pallium suum* (C *in pallio suo*) *et* (C *adoravit eum iterum et*) *osculans* (C *osculabatur*) *pedes* (C *plantas*) *eius dixit* (C *dicens*): B *Et accepit in ulnas suas et dixit* | A om *domine* | *Israel:* B add *Et cum CXII esset annorum et vix posset se ipsum regere, portavit puerum in ulnis suis usque ad altare templi domini. Senex puerum portabat, sed puer senem regebat. Tunc locutus est Iesus dicens Exaudita est oratio tua, Symeon. Et stupefacti sunt omnes magistri templi de verbo quod infans locutus erat.*

3. A h. l. habet caput XXI. | C *Erat autem in* | BC om *prophetissa* | C *annis septem* | C om *a* (B *in*) *virgin. sua* | B *erat: quae non discedebat a templo domini* (C *dei*) *LXXX annis ieiun.* etc | *Haec quoque similiter adorab.* (C *Haec accedens adorabat*) -- *seculi* .. B *Quae dixit Ecce positus est in ruinam et in resurrectionem multorum in Israel: ipsius animam pertransibit gladius, ut revelentur ex multis cordibus cogitationes: qui seculi redemptio est. Tunc reversi sunt cum eo parentes eius in Bethleem.*

Digitized by Google

CAPUT XVI.

[1] Transacto vero secundo anno venerunt magi ab oriente Ierusolimam, magna deferentes munera. Qui instanter interrogaverunt Iudaeos dicentes Ubi est rex qui natus est vobis? Vidimus enim stellam eius in oriente, et venimus adorare eum. Haec autem opinio pervenit ad Herodem regem, et ita eum terruit ut congregaret scribas et Pharisaeos et populi doctores, inquirens ab eis ubi Christum nasciturum prophetae praedixerunt. At illi dixerunt In Bethleem Iudae. Scriptum est enim Et tu Bethleem, terra Iuda, nequaquam minima es in principibus Iuda; ex te enim exiet dux qui regat populum meum Israel. Tunc Herodes rex vocavit magos ad se et diligenter inquisivit ab eis quando eis apparuit stella. Deinde mittens eos in Bethleem dixit Ite et interrogate diligenter de puero; et cum inveneritis, renuntiate mihi, ut et ego veniens adorem eum.

[2] Euntibus autem magis in via apparuit eis stella, quae quasi dux eis erat, antecedens eos quousque pervenirent ubi puer erat. Videntes autem stellam magi gavisi sunt gaudio magno, et intrantes in domum invenerunt infantem Iesum sedentem in sinu matris. Tunc aperuerunt thesauros suos,

---

XVI, 1. *Transacto vero secundo anno venerunt:* B *Et transactis duobus annis ecce venerunt* .. C *Transactis autem duobus diebus venerunt* .. D (ut iam relatum est) *Tertio decimo vero die venerunt* | *Ierusolimam:* C *Hierosolymam*, D *in Hierosolymis* | D *afferentes* | *vobis:* C *nobis* (?) | *stellam eius:* A om *eius* | C om *in oriente* | B *et venimus cum muneribus* | C *Haec opinio perterruit omnes* (D *Iudaeos*); *et misit Herodes ad scribas* .. B *Haec verba terruerunt omnes Iudaeos. Et tunc Herodes congregavit scribas* | C *ut inquireret ab eis* | C *propheta nasciturum praedixerat* | *Iudae* (codex *Iude*) cum ABD; C om | BC *Sic enim scriptum est* (B add *per prophetam*) *Et* (B om) *tu* | *Iuda* bis: B *Iude* bis | *enim* cum BC; A om | C *qui reget* | *Tunc Herodes* – – *ad se* (C om) – – *ab eis* (C om) – – *deinde mittens* (C *et misit*) *eos in* (C *ad*) *Bethl. dixit* (C *dicens*): B *Deinde quia magi stellam quam viderant dum venirent Ierusolimam ad Herodem in astris aspicere non valebant, dixit eis* | D *et mihi* (?) *rogate* .. in C plura male desunt | C *inveneritis eum* | B in fine add *Hoc autem dicebat ut ipsum fraudulenter perderet.*

2. *in via:* D om | *eis:* C om | C *stella, et quasi quae ducatum praestaret illis, ita antecedebat eos* etc | C *et ingressi domum* | B *invenerunt puerum cum Maria matre eius, et procidentes adoraverunt eum* | *Tunc aperuerunt* – – *magnis*

Digitized by Google

et magnis muneribus muneraverunt beatam Mariam et Ioseph. Ipsi autem infanti obtulerunt singuli singulos aureos: similiter unus aurum, alius thus, tertius vero myrrham. Qui cum ad Herodem regem vellent redire, in somnis ab angelo moniti sunt ne redirent ad Herodem: et per aliam viam reversi sunt in regionem suam.

Caput XVII.

[1] Videns autem Herodes quod illusus esset a magis, inflatum est cor eius, et misit per omnes vias volens eos capere et interficere. Quos cum penitus non inveniret, denuo misit in Bethleem et omnes fines eius, et occidit omnes pueros quos invenit a bimatu et infra, secundum tempus quod exquisiverat a magis.

[2] Ante unum vero diem quam hoc fieret, admonitus est Ioseph in somnis ab angelo domini qui dixit ei Tolle Mariam et infantem, et per viam eremi perge in Egyptum. Ioseph autem secundum angeli dictum ivit.

(C *ingentibus*) *muneribus* – *beatam* (C om) – – *singuli*: B *et apertis thesauris suis obtulerunt ei munera* | *singulos aureos* (ita AC; D *munera*): *similiter* (unus A *similiter post haec aurum, thus et mirram; similiter*) *unus* – – *myrrham* (codd. *mirram*) .. B pro his *Guaspar mirram, Melchion* (Melchior?) *thus, Balthasar aurum* | C *reverti vellent, admoniti sunt in somniis* (?) *ne* | *et per aliam*: C praem *Illi autem adoraverunt infantem cum omni gaudio*

XVII, 1. Quae priore sectione huius capitis traduntur, ea codex A capiti quod praecedit annexa habet. | *Videns autem Herodes*: D *Anno sequenti Herodes rediens a Roma cum videret* | *per omnes vias*: B add *et confines regni sui* | *non inveniret*: C *invenire non potuisset* | C om *denuo* | C *ad Bethleem* | *et omnes fines* (B *confines*) *eius* .. D *et in omnibus finibus eius* .. C om | C *et omnes occidit infantes* | *quos invenit* .. D *qui erant in eis* .. C om

2. Hoc loco in A incipit caput XXIII., quod complectitur omnia quae apud nos sequuntur usque ad initium capitis XX. | C (non item D) om *in somnis* | C *dixit illi* | C *perge et vade* | *Ios. autem* (D *vero*) – – *ivit*: C om | B vero hanc sectionem sic habet: *Sed deus omnipotens, qui scit omnia antequam fiant, ammonuit per angelum suum Ioseph in somnis dicens Surge et tolle puerum et matrem eius et fuge in Egiptum, et esto ibi usque quo dicam tibi: futurum est enim ut Herodes quaerat puerum ad perdendum. Tunc Ioseph imposuit beatam virginem cum puero super iumentum, et ipse super aliud ascendit, et arripuit iter per montana et per desertum, ut in Egiptum securus perveniret: non enim per maritimam propter insidias pergere voluerunt.*

Digitized by Google

CAPUT XVIII.

Cumque venissent ad quandam speluncam et vellent in ea requiescere, descendit beata Maria de iumento, et sedens tenebat puerum Iesum in gremio suo. Erant autem cum Ioseph tres pueri et cum Maria quaedam puella simul iter agentes. Et ecce subito de spelunca egressi sunt multi dracones, quos videntes pueri prae nimio timore exclamaverunt. Tunc descendens Iesus de gremio matris suae, pedibus suis stetit ante dracones: illi vero adoraverunt Iesum; deinde recesserunt ab eis. Tunc adimpletum est quod dictum est per David prophetam dicentem Laudate dominum de terra dracones, dracones et omnes abyssi. Ipse autem infantulus Iesus ambulans ante eos praecepit eis ut nulli hominum nocerent. Sed Maria et Ioseph valde timebant ne forte infantulus laederetur a draconibus. Quibus Iesus ait Nolite timere, nec me considerate quia infantulus sum: ego enim perfectus fui semper et sum; necesse est ut omnes ferae silvarum mansuescant ante me.

CAPUT XIX.

[1] Similiter leones et pardi adorabant eum et comitabantur cum eis in deserto: quocumque Ioseph et beata Maria ibant, antecedebant eos, ostendentes viam et inclinantes capita sua; servitiumque caudis adulantibus exhibentes grandi

XVIII. B *Cumque pervenissent* (A *venisset* et *vellet*) *ad desertum ad quandam speluncam* . . C *Cumque pervenissent* (D *Cum autem venissent*) *ad sp. quand.* | C om *beata* | *tenebat:* C *habebat* | C (non item D) om *quaedam* | C om *simul* | C (non item D) om *prae nimio timore* | C om *suae* | C *illi autem adoraverunt eum, et cum adorassent abierunt* | C (non item D) om *David* | C om *dracones et omn. abyssi* | C *Ipse autem infantulus ambulabat ante eos et praecepit iis* | *valde timebant:* C *in gravi pavore erant* | C (non item D) *ait Nolite me considerare* | C *ego enim vir perf. sum, et necesse est*

XIX, 1. C *Similiter autem et leones* | *pardi:* B add *atque aliarum ferarum genera* | *adorabant* – – *Quocumque* (C *Quacunque*) *Ios. et be. Mar.* (C *Maria et Ios.*) *ibant* – – *viam:* B *conveniebant et antecedebant eos per desertum ostend. eis viam* | *et inclinantes* – – *adorabant eum:* C *et inclin. cap. sua adorabant Iesum* . .

Digitized by Google

cum reverentia adorabant eum. Primo autem ut vidit Maria leones et pardos circa eos venientes et varia ferarum genera, vehementer expavit. Cui infans Iesus laeto vultu in faciem eius respiciens dixit Noli timere, mater: non enim ad iniuriam tuam veniunt, sed ad obsequium tuum et meum venire festinant. Ex his dictis amputavit timorem de corde ipsius. 2 Ambulabant autem leones simul cum eis et cum bobus et asinis et summariis qui eis necessaria portabant, et nullum laedebant quamvis simul manerent; sed erant mansueti inter oves et arietes, quos secum de Iudaea adduxerant et secum habebant. Inter lupos ambulabant et nihil formidabant, et nullus ab alio laedebatur. Tunc adimpletum est quod dictum est per prophetam Lupi cum agnis pascentur; leo et bos simul paleas comedent. Erant simul duo boves et plaustrum in quo necessaria portabant, quos leones dirigebant in itinere eorum.

CAPUT XX.

1 Factum est autem die tertia profectionis suae ambulantibus eis ut beata Maria nimio calore solis fatigaretur in eremo, et videns arborem palmae dixit ad Ioseph Quiescam paululum sub umbra arboris huius. Ioseph itaque festinans duxit eam ad palmam et descendere fecit eam de iumento.

B plane om | C (non item D) *Prima autem die vidit – – et expavit* | C om *et pardos* | C *circa se* | C om *vehementer* | C *expavit. In cuius faciem infans Iesus laeto vultu aspiciens dixit* | C om *veniunt*, item *et meum* | *Ex* (C *Et*) *his – – de corde ipsius* (C *de cordibus eorum*): B om

2. *bobus et asinis:* A *asinibus* (sic) *et bobus* | C *quae iis necessaria erant portantibus* | C *quamvis ipsi* | *ab alio:* C *ab aliquo* | *Ambulabant autem – – ab alio laedebatur:* pro his omnibus B habet *Simul cum eis et cum somariis lupi erant et pecora* | B *per Ieremiam prophetam* | B *Lupi autem cum agno* | B *simul comedent paleas* | *comedent:* C *vescentur* | C *Erant autem duo* | C *portabantur*, omissis *quos leones – – eorum.*

XX, 1. C *in die.* Idem om *ambulantib. eis* et *beata;* idem habet *ardore solis* | *nimio:* A *nimium* | B *Factum est autem cum die – – suae aqua in ydribus* (hydriis) *deficeret et beata M. prae nimio calore esset fatigata, dixit Quiescam* | C om *palmae* | C *aliquantulum sub umbra eius* | C *Ios. autem festin.* | C om

Digitized by Google

Cumque resedisset ibi beata Maria, respiciens ad comam palmae vidit eam plenam pomis, et dixit ad Ioseph Desidero ut fieri posset ut ex istis fructibus huius palmae perciperem. Et ait ad eam Ioseph Miror hoc te dicere, cum videas quantae sit altitudinis palma ista, et quod tu de palmae fructibus cogitas edere. Ego magis de aquae penuria cogito, quae nobis iam defecit in utribus, et non habemus unde nos et iumenta refocillare valeamus. [2] Tunc infantulus Iesus laeto vultu in sinu matris suae residens ait ad palmam Flecte arbor ramos tuos, et de fructu tuo refice matrem meam. Et confestim ad hanc vocem inclinavit palma cacumen suum usque ad plantas beatae Mariae, et collegerunt ex ea fructus quibus omnes refecti sunt. Postquam vero collegerunt omnia poma eius, inclinata manebat, expectans ut eius ad imperium resurgeret ad cuius imperium fuerat inclinata. Tunc Iesus dixit ad eam Erige te, palma, et confortare et esto consors arborum mearum quae sunt in paradiso patris mei. Et aperi ex radicibus tuis venam aquae quae absconsa est in terra, et fluant aquae ad satietatem nostram ex ea. Quae statim erecta est, et coepit ad radicem eius fons aquarum egredi limpidissimus, frigidissimus et lucidissimus nimis. Videntes autem aquae fontem gavisi sunt gaudio magno, et satiati sunt ipsi et omnia iumenta et bestiae: unde gratias egerunt deo.

ibi beata | C *respexit -- vidensque -- pomis dixit* | *pomis:* B add *quae datluli vocantur* | C *Desiderium mihi est, si fieri posset, ut* | C om *istis* | C *quantam altitudinem habeant rami palmae huius* | *et quod* (D *quidem*) *tu -- cogito:* C (prioribus omissis) *Ego autem gravissime de aqua cogito* | B om *quae nobis -- in utribus* | *et non:* B *quoniam non* | C *unde eos replere aut nos ipsos refocill. debeamus.*

2. C *matris suae Mariae virginis* | *residens* (A *audiens?*): C om | *Flecte* (C *Reflecte*, D *Flectere*) *arbor ramos tuos* (cum BC; D om; A *palmam.* B add *ad terram*) | BC *de fructibus tuis* | *matrem meam:* B add *et nos* | *Et confestim:* C *Statim* | B *usque ad terram et usque ad palmas Mariae virginis* | C *et colligentes ex ea fructus quos habebat omnes referti sunt* | C *Postea vero quam collecta sunt* | C *eius imperio surg. cuius imperio f. declinata* | C *Aperi autem* | C *venam quae occulta* (D *abscondita*) *est* | D *fluat ex ea aqua ad* | C *Et statim erecta est palma, et coeperunt per radices eius egredi fontes aquarum limpidissimi et frigidi et dulcissimi nimis. Videntes autem* (A om) *fontes aquarum* | C *satiati sunt cum omnibus iumentis et hominibus* (D *bestiis suis*) *gratias agentes deo.*

Digitized by Google

CAPUT XXI.

Die vero altera cum inde proficiscerentur, et in hora qua iter agere coeperunt Iesus ad palmam conversus dixit Hoc privilegium do tibi, palma, ut unus ex ramis tuis transferatur ab angelis meis et plantetur in paradiso patris mei. Hanc autem benedictionem in te conferam ut omnes quicumque in aliquo certamine vicerint, dicatur eis Pervenistis ad palmam victoriae. Haec eo loquente, ecce angelus domini apparuit stans super arborem palmae, et auferens unum ex ramis eius volavit ad coelum, habens ramum in manu sua. Quod videntes ceciderunt in faciem suam et facti sunt velut mortui. Quibus Iesus locutus est dicens Quare tenet formido corda vestra? An nescitis quia palma haec, quam feci transferri in paradisum, parata erit omnibus sanctis in loco deliciarum, sicut nobis parata fuit in huius loco solitudinis? At illi gaudio repleti sunt, et fortes effecti surrexerunt omnes.

CAPUT XXII.

[1] Post haec iter agentibus ipsis dixit Ioseph ad Iesum Domine, calor iste decoquit nos: si tibi placet, viam teneamus iuxta mare, ut possimus per civitates maritimas requiescere. Dixit ei Iesus Noli timere, Ioseph; ego viam vobis breviabo, ut quod spatio triginta dierum ituri eratis, in hac

---

XXI. Quae hoc capite continentur, codex A annexa habet capiti priori. | C *Die autem altera profecti sunt; et in hora - - ait Hoc ex praecepto meo tibi dico, palma - - de ramis tuis* | A *Hanc bened. meam* | D *qui in aliquo bono cert. vicerint . .* C *qui certamine positi vicerint* | A *Haec autem eo* | C *et volans per medium coelum, habens ramum arboris palmae in manu sua* | C *Cumque haec viderent, facti sunt velut mortui. Tunc Ies. loc. est ad eos dicens Quare form. obtinuit cor vestrum?* | C *in paradiso, erit* | C *sicut vobis - - in loco deserti huius* | C om *At illi - - omnes.*

XXII, 1. C *Et dum* (D *Cum autem*) *iter agerent, dixit ei Ioseph* | C *calor nimis* | *decoquit nos:* B add *et valde difficile est nobis ire in Egyptum propter montana deserti; adhuc XXXVII diebus usque in Egyptum oporteret nos ambulare.* | C *teneamus viam maris* (non item D) - - *requiescendo transire* | C *ego vobis mansiones brev. ita ut quod per trig. dies vobis perpetrandum* (cod. *perperandum*) *erat,*

Digitized by Google

una die perficiatis. Haec illis loquentibus, ecce prospicientes montes Egyptios et eius civitates videre coeperunt.

[2] Et gaudentes et exultantes devenerunt in finibus Hermopolis, et in quandam civitatem Egypti quae Sotinen dicitur ingressi sunt: et quia in ea nullus erat notus a quo petissent hospitium, templum ingressi sunt quod capitolium Egypti vocabatur. In quo templo trecenta quinquaginta quinque idola posita erant, quibus singulis diebus honor deitatis in sacrilegiis perhibebatur. Egyptii vero eiusdem civitatis ingressi sunt capitolium, in quo eos admonebant sacerdotes quot singulis diebus secundum honorem deitatis eorum obtulissent sacrificia.

---

in hac una diei mansiuncula pertingatis. Adhuc eo loquente ecce perspicientes videre coeperunt montes Eg. et civ. eius.

2. *devenerunt* - - *et* (A om) *in* - - *quae Sotinen* (B *Sotrina*) *dicitur* (A om) *ingressi sunt* (B add *vespertina diei hora*) . . C *in unam ex civitatibus* (D *in quadam civitate*) *quae Sotinen dicitur ingressi sunt* | *quia:* C *quoniam* | C *apud quem potuissent hospitari* - - *quod Aegyptii eiusdem civitatis Capitolium vocabant: in quo diebus singulis honor deitatis sacrilegis praebebatur.* Idem om reliqua *Egyptii vero* - - *sacrificia.*

In codice B post verba *nullus erat notus* longe a textu nostro diversa leguntur. Pergitur enim sic: *in cuius hospitio declinarent, in domo cuiusdam Iudaei* (viduae? Cf. infra extrema verba cap. XXIV. in cod. D; item cap. XXV^a. ex cod. B) *hospitati sunt. Et cum in eadem domo solarium esset, et multitudo puerorum ad Iesum venissent ad solarium illud ubi erat, quidam de infantulis impulsit unum de pueris de solario, qui cadens ad terram mortuus est. Et cum parentes mortui cucurrissent, pueros interrogantes qui eum praecipitaverat de solario, unus post alium affirmabat quia Iesus praecipitaverat eum. Hoc autem dicebant, non quia ignotus erat eis et advena,* [sed] *ut manifestaretur potentia virtutis eius. Et hoc factum est. Tunc parentes mortui clamabant contra Ioseph et contra beatam virginem dicentes Filius vester filium meum interfecit, et mortuus est. Non potestis manus nostras evadere, quin interficiamus* (cod. -cimus) *vos. Iesus autem tacebat et non eis respondebat. Venerunt autem ad Iesum Maria et Ioseph et dixerunt ei Miserere, miserere domine. In terra enim sumus extranea, et isti clamant contra nos. Tunc Iesus descendit de solario, vocavit nomen pueri qui iacebat super terram et dixit Zeno. Qui respondit Domine. Dixitque illi Iesus Utrum praecipitaverim te de solario, dic modo coram omnibus; in conspectu omnium veritas declaretur. At ille dixit Non me praecipitasti tu, domine. Tunc parentes mortui rogantes Iesum dicebant Dic ergo ut ostendat nobis ipsum qui de solario eum impulit. Dixit Iesus Hoc nullatenus faciam quod dicitis: satis sit vobis quod non est inventa in me iniquitas. Tunc coepit ipsum rogare beata virgo ut mortuum puerum pro eo quod venerat ad videndum eum resuscitaret. Dixit Iesus matri suae Quodcunque volueris, mater, ego semper faciam. Tunc dixit Zeno, surge et noli mori sed vive. Qui statim se super*

Digitized by Google

CAPUT XXIII.

Factum est autem cum beatissima Maria cum infantulo templum fuisset ingressa, universa idola prostrata sunt in terram, ita ut omnia convulsa iacerent penitus et confracta in faciem suam; et sic se nihil esse evidenter docuerunt. Tunc adimpletum est quod dictum est per prophetam Isaiam Ecce dominus veniet super nubem levem et ingredietur Egyptum, et movebuntur a facie eius omnia manufacta Egyptiorum.

CAPUT XXIV.

Tunc cum Affrodosio duci civitatis illius nuntiatum fuisset, cum universo exercitu suo venit ad templum. Pontifices vero templi ut viderunt quod Affrodosio cum universo exercitu suo venit ad templum, properare putabant se tantum vindictam videre in iis quorum causa dii corruerant. Ille autem ingressus templum, ut vidit omnia idola in facies suas prostrata iacere, accessit ad beatam Mariam quae in sinu suo

---

pedes suos erexit. Illi autem de civitate quae Sotrina dicitur laudaverunt dominum dicentes Hic puer vere est salvator mundi; beatam Mariam, Ioseph et alios qui cum eis venerant cum maxima diligentia honorabant. Et steterunt in eadem civitate per unum annum. Quam historiam cf. cum iis quae infra capite XXXII. narrantur.

XXIII. D *Factum -- beata M. cum inf. suo templ. fuisset ingressa, ut universa idola in terra corruerent, ita ut omnia convulsa et confr. in facies suas iacerent, ac si nihil essent: ne evidentius aliquid praediceretur quam quod impletum esset quod proph. Isaias praedixerat* .. C *Factum est ut ingressa Maria templum cum infantulo univ. id. corruerent, et omnia ipsa idola in facies suas comminuta sunt, ita ut nihil esse evidentius praediceretur. Nam tunc adimpl. est quod proph. praedixerat* .. B *Factum est autem, cum Iesus esset trium annorum, simul cum matre sua Maria capitolium in templo idolorum Egypti ingressus est. Et dum ingressus fuisset templum illud, univ. id. prostrata sunt* etc | C om *et ingred. Egyptum* | C *et commoveb. omnia manufacta Aeg. a fac. eius*

XXIV. C *Tunc Afrodisio* (D *Cum autem ab Afrodisio*) *duci -- ad templum et cum omnibus comitibus suis.* | *Pontifices -- viderunt* (A *viderent*) *quod* (supplevi) *Affrodosio* (sic utroque loco nomen istud in A scriptum est; in B *Fradosio*) -- *venit* (C *Afrodisium -- properantem*) *ad templum, properare* (C om) *putabant* (C -*verunt*) *se tantum* (C *se* omisso *tantum*) -- *in iis* (C *in eos*) -- *corruerant* .. B pro his omnibus sic: *putans quia dii deo vindictam facerent ad cuius ingressum corruerant* | *ut vidit:* C (non item D) *et videns* | C (non item D) *in faciem suam in terra iacere* | C *ad Mariam et adoravit infantem, quem ipsa in sinu suo*

Digitized by Google

dominum portabat, et adorans eum ad universum exercitum suum et ad omnes amicos suos dixit Nisi hic deus esset deorum nostrorum, dii nostri coram eo in facies suas minime cecidissent, neque in eius conspectu prostrati iacerent: unde eum dominum suum taciti protestantur. Nos ergo deos nostros quod videmus facere, nisi cautius fecerimus omnes, poterimus periculum eius indignationis incurrere et universi in interitum devenire, sicut contigit Pharaoni regi Egyptiorum, qui tantis virtutibus non credens cum omni exercitu suo in mare demersus est. Tunc omnis populus eiusdem civitatis credidit domino deo per Iesum Christum.

CAPUT XXV.

Non post multum tempus dixit angelus ad Ioseph Revertere in terram Iuda; mortui sunt qui quaerebant animam pueri.

---

portabat. Et cum adorasset eum, alloculus est universum exercitum suum et amicos suos dicens | *deorum nostrorum:* BC om; sed B add *non resuscitasset Zeponem puerum qui cecidit de solario,* pergitque (sine copula) *dii isti in facies suas* etc | C *iacerent; dominum enim suum esse* | C *quod deos nostros vidimus facere, nisi cauti et solliciti fecerimus, omnes indignationis eius in periculum incurrere poterimus* | *in interit. devenire* (ita etiam D): C *in interit. mortis cademus* | *sicut* (D *sic enim*) -- *in mare* (D *in mari*) -- *credidit* -- *per I. Christ.* (B pro *credidit* -- *Christ.* sic: *adoraverunt Iesum Christum dicentes Benedicamus deum coeli qui magnum prophetam dedit nobis ex Israel*) cum ABD; C breviter sic: *sicut evenit Pharaoni regi, qui deum audire contemsit*

XXV. *Non post multum* -- *mortui* (C add *enim*) -- *pueri* cum AC . . D *Ioseph autem et Maria hospitium acceperunt in domo cuiusdam viduae, feceruntque annum in eodem loco* .. De B vide infra sub XXV[c].

Haec apud Thilonem ex codice C capiti XXIV. annexa sunt. Neque magis in codice A a praecedentibus seiunguntur. In B vero tum demum sequuntur postquam plura quae ante reditum ex Egypto accidisse dicuntur scripta sunt. De quibus ea quae B solus habet, huic capiti XXV. inferenda videbantur. Leguntur ea quidem in ipso codice post caput nostrum XXVI., cuius historiam et ipsam reditum ex Egypto praegressam poni clarum est. Ceterum D codicem ad codicis B similitudinem accedere iam iis probatur quae inde pro verbis *Non post multum tempus* etc allata sunt. Reliqua vero (non ita multa) ex codice D a Thilone exscripta conferre praestabit cum capitibus quattuor prioribus evangelii nostri latini quod inscribitur De pueritia Iesu secundum Thomam.

XXV[a]. *Deambulante Iesu per ripam maris, piscem maris mortuum ac aridum vidit: accepit ipsum in pelvim* [et] *praecepit ut palpitaret: qui statim in aqua coepit huc et illuc discurrere. Videntes autem vicini nuntiaverunt viduae, in cuius domo*

Digitized by Google

CAPUT XXVI.

[1] Et factum est quod post regressionem Iesu de Egypto, cum esset in Galilaea, iam inchoante quarto aetatis anno, una die sabbati ipse ludebat cum infantibus ad alveum Iordanis. Cum ergo sedisset, fecit Iesus sibi septem lacus de luto, quibus singulis fecit araciunculas, per quas de torrente ad suum imperium aquas ducebat in lacum et iterum reducebat. Tunc unus ex infantibus illis, filius diaboli, animo invido clausit aditus qui ministrabant aquas in lacus, et evertit quod operatus fuerat Iesus. Tunc dixit illi Iesus Vae tibi, fili mortis, fili satanae. Opera quae operatus sum tu dissipas? Et statim qui hoc fecerat mortuus est. [2] Tunc seditiosa voce clamabant parentes mortui contra Mariam et Ioseph, dicentes eis Filius vester maledixit filium nostrum, et mortuus est. Cum

---

fuerant hospitati. Illa vero ut audivit, existimavit quod magi essent, [et] *cum festinatione eiecit eos de domo sua.* Cf. haec ad evangelii Thomae latini cap. primum.

XXV[b]. *In illa quidem die exiens Iesus de civitate illa perrexit in agrum* [et] *tulit de spicis frumenti in manu sua. Reversus ad civitatem illam posuit eas super ignem triturans eas, et coepit edere. Dedit autem talem gratiam illi agro ut singulis annis cum fuerit seminatus, tot modios grani domino suo reddat quot grana de ipso sumserat. Factumque est.* Cf. evangelii Thomae latini cap. decimum.

XXV[c]. *Post haec angelus domini accessit ad Ioseph et ad Mariam matrem Iesu et dixit ad eos Accipite puerum, revertimini in terram Israel: defuncti sunt enim qui quaerebant animam pueri.*

XXV[d]. *Surrexerunt autem* [et] *venerunt Nazaret, ubi Ioseph bona paterna habebat et possidebat. Et cum factus esset Iesus annorum septem, facta est tranquillitas in regno Herodis de omnibus illis qui quaerebant animam pueri. Reversi in Bethleem morabantur ibi.* Iam vero quae sequuntur *Tunc accesserunt ad Ioseph principes sacerdotum et ad Mariam, et rogaverunt eos ut puerum Iesum – – darent ad addiscendum*, infra adhibenda erunt ad caput XXXIX. et XXXVIII.

XXVI, 1. B sic: *Et cum quadam die puer Iesus extra muros civitatis cum infantibus civitatis illius exiret, in ripa maris super arenam in litore, ubi aquarum confluebant rivuli, duodecim lacus faciens, ad eius imperium de torrente aquae ducebantur, quamvis usque ad summum pleni fuissent cursus aquarum. Quidam puer, filius sacerdotis templi in quo idola confracta fuerant, accessit* [animo] *invido, et nimio furore aditus qui ministrabant aquas in lacus, quos fecerat Iesus, pedibus suis evertit. Dixit ei O fili satanae, semen iniquitatis, pessime* (sic), *vere radices tuae erunt sine humore, rami tui non ferentes fructum. Videntibus ceteris puer ille arefactus est totus.* Extrema cf. ad cap. XXVIII.

2. B pergit: *Accesserunt ad beatam Mariam et Ioseph parentes pueri mortui* [et] *dixerunt Unde est iste puer vester natus? Manifestavit verum esse quod dicit;*

Digitized by Google

andissent Ioseph et Maria, statim venerunt ad Iesum propter seditionem parentum pueri et accumulationem Iudaeorum. Sed Ioseph dixit secreto Mariae Ego non audeo illi dicere; tu vero mone eum et dic Quare excitasti nobis odium populi, et sustinemus odium molestum hominum? Et cum venisset mater ad eum, rogabat eum dicens Domine mi, quid faciendo iste fecit ut moreretur? At ille dixit Dignus erat morte, quia dissipavit opera quae ego fueram operatus. 3 Rogabat ergo eum mater dicens Noli, domine mi, quia insurgunt in nos omnes. At ille nolens matrem suam contristari, pede suo dextro percutiens nates mortui dixit ad eum Exurge, fili iniquitatis: non enim dignus es intrare in requiem patris mei, quia dissipasti opera quae ego fui operatus. Tunc qui erat mortuus surrexit et abiit. Iesus vero ad imperium suum per aquae ductum aquas ducebat in lacus.

CAPUT XXVII.

Et factum est quod post haec videntibus cunctis cepit lutum de lacis quos fecerat Iesus et ex eo fecit duodecim passeres. Erat autem sabbatum quando fecit hoc Iesus, et infantes plurimi erant cum eo. Cum ergo vidisset quidam de Iudaeis eum hoc facientem, dixit ad Ioseph Ioseph, nonne vides infantem Iesum in sabbato operari quod ei facere non licet? Fecit enim de luto duodecim passeres. Hoc audito

---

frequenter antequam dicit, adimpletur. Maledixit filium nostrum, [et] *mortuus est. Unde tolle eum a nobis: non enim potestis hic habitare nobiscum; aut certe docete eum benedicere et non maledicere. Accedens autem Ioseph ad Iesum monebat eum dicens Ut quid, fili, mirabilia facis? Iam multi sunt contra nos propter te, et eorum molestias sustinemus. Respondit illi Iesus Nullus filius sapiens nisi quem erudierit pater eius, et talis filius non nocet nisi male agentibus. Tunc congregati sunt omnes parentes mortui et accusabant Iesum. Ioseph perterritus est nimis, timens clamorem seditionis parentum mortui,* [et] *dixit sanctae Mariae secreto sermone Voca tu illum, dic illi quia nobis excitavit odium populi. Tunc mater eius rogabat eum dicens Domine, quid iste puer fecit ut moriatur? At ille dixit ei Dignus erat morte, quia dissipavit opera quae ego fueram operatus.* Cf. haec ad caput XXIX.

seditiosa et *seditionem:* in codice scriptum est *seducliosa* et *seductionem.*

3. *nates:* B *terga*

XXVII. *Erat autem:* codex *Erat enim*

Digitized by Google

Ioseph arguit eum dicens Quare in sabbato talia facis quae nobis non licet facere? Iesus autem audiens Ioseph et percutiens manum ad manum dixit passeribus suis Volate. Et ad vocem imperii sui coeperunt volare. Et astantibus omnibus illic et videntibus et audientibus dixit avibus Ite et volate per orbem et per omnem mundum et vivite. Videntes vero qui aderant talia signa, repleti sunt stupore magno. Alii laudabant eum et admirabantur eum; alii vero vituperabant. Et abierunt quidam ad principes sacerdotum et ad primates Pharisaeorum et adnuntiaverunt eis quod Iesus filius Ioseph in conspectu totius populi Israel signa magna fecisset et virtutes. Et adnuntiatum est hoc in duodecim tribus Israel.

CAPUT XXVIII.

Iam iterum filius Annae sacerdotis templi, qui cum Ioseph advenerat, tenens virgam in manu cunctis videntibus cum furore nimio exclusit lacus quos Iesus manibus suis fecerat, et effudit ex eis aquas quas congregaverat de torrente in eis. Nam et ipsum aquae ductum, per quem intrabat aqua, clausit et postea evertit. Cumque haec vidisset Iesus, dixit ad puerum illum qui dissipaverat lacus suos O semen iniquitatis pessimum, o fili mortis, officina satanae, vere erit fru-

---

laudabant eum: codex *laud. deum*

In B ista historia excipit eam quae nostro capite XXXXI. continetur. Legitur autem sic: *Post haec abierunt* [Ioseph] *et Maria in civitatem Nazaret*, [et] *erat ibi cum parentibus suis.* (His respondet initium cap. XXXII.) *Factum est cum sumsisset Iesus lutum de lacu, fecit ex eo duodecim passeres, videntibus omnibus qui astabant, percussit manum ad manum* [et] *passeribus illis dixit Vivite et volate. Et ad imperium eius coeperunt volare et clamare. Erat autem sabbatum quando haec fecit Iesus. Tunc Iudaei repleti stupore dixerunt Ioseph, nonne vides quid facit puer tuus in sabbato, quo non licet facere aliquid? Alii admirabantur dicentes Magnus puer est iste, et magna virtus est in eo. Et abierunt quidam Iudaei ad principes sacerdotum* [et] *Pharisaeorum et nuntiaverunt eis quod Iesus filius Ioseph sabbato in conspectu populi signa magna et virtutem fecit. Divulgatum est hoc verbum duodecim tribus Israel.*

XXVIII. *filius Annae sacerdotis templi -- advenerat:* huc cf. quae ex B ad XXVI, 1. allata sunt: *filius sacerdotis templi in quo idola confracta fuerant | O semen iniquitatis -- mortuus est:* his longe maximam partem respondent quae ex B l. l. sequuntur.

Digitized by Google

ctus seminis tui sine vigore, et radices tuae sine humore, et rami tui aridi, non ferentes fructum. Et mox videntibus cunctis arefactus est puer et mortuus est.

CAPUT XXIX.

Deinde tremuit Ioseph et tenuit Iesum, et ibat cum eo ad domum suam, et mater cum eo. Et ecce subito ex adverso puer quidam, et ipse operarius iniquitatis, currens intulit se super humerum Iesu, volens eum eludere aut nocere si posset. Dixit autem ei Iesus Non revertaris sanus de via tua qua vadis. Et statim corruit et mortuus est. Et exclamaverunt parentes mortui, qui viderant quod factum est, dicentes Unde natus est hic infans? Manifestum est quod omne verbum quod dicit verum est; et frequenter antequam dicat adimpletur. Et accesserunt parentes pueri mortui ad Ioseph et dixerunt illi Tolle istum Iesum de loco isto: non enim potest habitare nobiscum in hoc municipio. Aut certe doce illum benedicere et non maledicere. Accessit autem Ioseph ad Iesum et monebat eum dicens Ut quid talia facis? Iam multi dolentes contra te sunt et propter te habent nos odio, et molestias hominum sustinemus propter te. Respondens Iesus dixit ad Ioseph Nullus filius sapiens est nisi quem pater suus secundum scientiam huius temporis erudierit, et patris sui maledictum nemini nocet nisi male agentibus. Tunc congregati sunt adversus Iesum et accusabant eum ad Ioseph. Ut hoc vidit Ioseph, perterritus est nimium, timens vim et seditionem populi Israel. Eadem hora apprehendit Iesus infantem mortuum ab aure et suspendit eum a terra in conspectu omnium; et viderunt Iesum loquentem cum eo tanquam patrem cum filio suo. Et reversus est spiritus suus in ipsum, et revixit. Et mirati sunt universi.

XXIX. *eludere:* codex *elidere* | *Unde natus est hic infans:* ab his inde verbis conferenda sunt quae ex codice B sub XXVI, 2. exscripsimus. | *accusabant:* ita in codice per compendium scriptum est. Consentit codicis B scriptura. Propter sequentia (*ad Ioseph. Ut hoc vidit Ioseph*) suspicari possis *adducebant* | *suus:* codex *scs* (i. e. *sanctus*)

Digitized by Google

CAPUT XXX.

[1] Magister autem quidam Iudaeus nomine Zachyas audivit talia Iesum verba loquentem, et videns quia erat insuperabilis scientia virtutis in eo factus est dolens, et coepit indisciplinate et stulte et sine timore loqui contra Ioseph. Et dicebat Tu non vis filium tuum tradere ut doceatur scientia humana et timore? Sed video te et Mariam plus velle diligere filium vestrum quam contradictiones seniorum populi. Oportebat enim nos plus honorare, presbyteros totius ecclesiae Israel, et ut cum infantibus mutuam haberet caritatem et inter nos iudaica erudiretur doctrina. [2] Cui e contrario dixit Ioseph Et si quis est qui possit hunc infantem tenere et docere? Sed si potes tu tenere et docere eum, nos minime prohibemus eum a te doceri quae ab omnibus discuntur. Auditis Iesus quae dixerat Zachyas respondit ei et dixit Praecepta legis quae paulo ante dixisti et omnia quae nominasti oportet servari ab iis qui hominum docentur institutis: sed extraneus sum a foris vestris, quia parentem carnalem non habeo. Tu qui legem legis et instructus es, in lege permanes: ego autem ante legem eram. Sed cum putes te non habere parem in doctrina, erudieris a me, quoniam nemo alius potest docere nisi haec quae nominasti. Ipse enim potest qui dignus est. Ego autem cum exaltatus fuero in terra,

---

XXX. Haec historia in codice B sequitur, absoluta ea quae cum capite nostro XXXVIII. convenit.

1. *Zachyas:* ita constanter scriptum est in codice A, quemadmodum etiam in altero Parisiensi passim legitur *Zachias.* In cod. B est *Zachameus* et *Zacheus, Zachaeus.* Quae posterior eiusdem nominis forma in Thomae evangelio graeco legitur; cf. cap. VI. Ζακχαῖος.

B sic: *Magister autem, Zachameus nomine, cum audisset eum talia verba loquentem, coepit sine timore loqui contra Ioseph dicens* (codex *dicentem*) *Tu vis quod filius tuus crescat non intelligens mandata legis? Cur ipsum dum puer est non doces, et non facis ut caritatem habeat inter filios Israel?' Iudaica erudiatur doctrina.*

2. *Auditis:* ita codex, non (quod suspicari possis) *audiens* | *Praecepta:* ita edendum videbatur, quamquam *praeceptori* ex codice notavi | *Ipse enim potest qui dignus est:* non aliter codicis scriptura legi potest: quae si non ferenda videatur, coniecerim *Quisque enim potest quibus dignus est.* Fortasse iam in iis quae proxime

Digitized by Google

cessare faciam omnem genealogiae vestrae mentionem. Tu quando natus es, ignoras: ego autem solus scio quando nati estis et quanto tempore vita vestra est in terra. [3] Tunc omnes qui audierunt verba haec patefacta obstupuerunt et clamarunt dicentes O, o, o: hoc mire magnum et admirabile sacramentum. Nunquam audivimus huiusmodi. Nunquam ab aliquo alio auditum est, nec a prophetis nec a Pharisaeis nec a grammaticis dictum est vel aliquando auditum. Nos scimus hunc unde natus est, et vix est annorum quinque: et unde haec verba loquitur? Responderunt Pharisaei Nos nunquam audivimus talia verba ab infante alio dicta in tali infantia. [4] Et respondens Iesus dixit eis In hoc vos admiramini quia talia dicuntur ab infante? Quare ergo non creditis mihi in iis quae locutus sum vobis? Et quia dixi vobis quod scio quando nati estis, omnes miramini. Ampliora dicam vobis, ut magis miremini. Abraham quem vos dicitis patrem vestrum ego vidi et cum eo locutus fui, et ille me vidit. Et audientes hoc obticuerunt, nec quisquam eorum audebat loqui. Et dixit eis Iesus Fui inter vos cum infantibus, et non

antecedunt *quoniam nemo alius* etc latet vitium. | *in terra:* nescio an praestet *a terra.*

B ita pergit: *Cui Ioseph dixit Quis est qui infantem istum tenere et docere possit? Respondit Zacheus* [et] *dixit Tu tradas eum mihi; ego cum scholaribus meis diligenter ipsum docebo. Audiens autem Iesus quae dixerat Zacheus* [dixit] *ad eum Tu qui* [dele?] *me vis in doctrina legis instruere; ego* [autem] *ante leges sum: tu quando natus es ignoras; ego autem solus scio quando nati estis omnes, et quanto tempore vita vestra erit super terram.*

3. B *Tunc omnes qui audierunt stupefacti sunt et clamaverunt dicentes O mirum magnum miraculum, admirabile sacramentum, quod nunquam a prophetis vel a sacerdotibus aut aliquo philosopho dictum est. Tunc Pharisaei dicebant Nos nunquam audivimus talia verba in tali infantia loqui.* | *Nos:* sic, et ut videtur recte.

4. B *Dixit Iesus ad eos Qui Aleph non novit, quomodo Thau* (sic de coniectura posui: in codice enim scriptum est *chu*) *intelligere potest? Coepit dicere Zacheo Ego te docere possum quae a te ipso dicuntur.* (Cf. XXXI, 2.) *Tunc coepit dicere Zachaeus voce magna Non debet supervenire* (corrigendum videtur *supervivere* vel potius *super terram vivere*) *iste puer nec cum hominibus* (in cod. est *omnibus*) *conversari: credo quia ante cataclismum* [natus est]. *Quae enim mater illum genuit? Aut quis venter ipsum portavit, vel quae ubera ipsum lactaverunt? Cum ego putassem ipsum habere discipulum, inveni eum magistrum. Quid dicam? Aut magnus est ut deus, aut angelus dei loquitur in eo.* (Cf. XXXI, 3.) *Tunc Iesus dixit eis Quia videtis me infantem, qui dixi Scio quando nati estis, omnes miramini, non intelligentes vocem meam. Adhuc ampliora dico vobis, ut magis miremini. Omnes minores estis*

Digitized by Google

cognovistis me. Locutus sum vobis quasi cum prudentibus, et non intellexistis vocem meam, quia minores me estis et modicae fidei.

CAPUT XXXI.

[1] Iterum magister Zachyas, legis doctor, dixit ad Ioseph et Mariam Date mihi puerum, et ego tradam illum magistro Levi qui doceat eum litteras et erudiat. Tunc Ioseph et Maria blandientes Iesum duxerunt in scholas ut doceretur litteras a sene Levi. Qui cum introisset, tacebat. Et magister Levi unam litteram dicebat ad Iesum, et incipiens a prima littera Aleph dicebat ei Responde. Iesus autem tacebat et nihil respondebat. Unde praeceptor Levi iratus apprehendens virgam storatinam percussit eum in capite. [2] Iesus autem dixit ad didascalum Levi Ut quid me percutis? In veritate scias quia ipse qui percutitur magis docet percutientem se quam ab eo doceatur. Ego enim te possum docere quae a te ipso dicuntur. Sed hi omnes caeci sunt qui dicunt et audiunt, quasi aes sonans aut cimbalum tinniens, in quibus non est sensus eorum quae intelliguntur per sonum illorum. Et subiungens Iesus dixit Zachyae Omnis littera ab Aleph usque ad Thet dispositione discernitur. Dic ergo tu primum quid sit Thet, et ego dicam tibi quid sit Aleph. Et iterum dixit ad eos Iesus Qui non norunt Aleph, Thet quomodo dicere possunt, hypocritae? Dicite quid sit primum Aleph, et ego tunc vobis credam cum dixeritis Beth. Et coepit Iesus singularum litterarum nomina interrogare, et dixit Dicat magister legis, prima littera quid sit, vel quare triangulos habeat multos, gradatos, subacutos, mediatos, obductos, productos, erectos, stratos, curvistratos. Cum au-

me: ego cum exaltatus fuero a terra, generis mei faciam cessare mentionem (haec non recte habere videntur. Vox *mentionem* non planissime legi poterat.). *Iudaei autem qui astabant* [et] *audiebant sermonem eius, mirati sunt dicentes Tales sermones nunquam audivimus quales locutus est iste puer.*

XXXI, 2. *Ego enim te possum docere* etc: cf. B ad XXX, 4. | *Thet:* potius ubique *Thau?* | *possunt:* supplevi. | *gradatos* usque *curvistratos:* haud dubie corruptus est textus.

Digitized by Google

tem Levi hoc audisset, obstupefactus est ad tantam dispositionem nominum litterarum. [3] Tunc coepit cunctis audientibus clamare et dicere Num debet iste super terra vivere? Imo in magna cruce dignus est appendi. Nam potest ignem extinguere et alia deludere tormenta. Ego puto quod hic ante cataclismum fuerit, ante diluvium natus. Quis enim venter illum portavit? Aut quae mater genuit illum? Aut quae ubera illum lactaverunt? Fugio ante eum; non enim valeo sustinere verbum ex ore eius, sed cor meum stupescit talia verba audire. Nullum enim hominum puto eius consequi verbum nisi fuerit deus cum eo. Nunc ego ipse infelix tradidi me huic in derisum. Cum enim me putarem habere discipulum, inveni magistrum meum, ignorans eum. Quid dicam? Non valeo sustinere verba pueri huius: de hoc iam municipio fugiam, quia non valeo haec intelligere. Ab infante senex victus sum, quia neque initium de quibus ipse affirmat invenire non possum nec finem. Difficile enim est initium ex se ipso reperire. Certe dico vobis, non mentior, quod ante meos oculos operatio huius pueri et initia sermonis eius et intentionis exitus nihil cum hominibus commune videtur habere. Hic ergo nescio an magus aut deus sit; aut certe angelus dei loquitur in eo. Unde sit aut unde venerit aut quis futurus sit, nescio. [4] Tunc Iesus laeto vultu sub-

3. *Num debet iste super terra vivere* etc: cf. rursus B ad XXX, 4. | *ex se ipso:* codex *ex se ipsius*

Historia in codice B h. l. posita a codice A valde differt, licet simile argumentum habeat. Ita enim ibi scriptum est: *Igitur post paucos dies venit alius doctor, amicus Ioseph* [et] *dixit ad eum Amice karissime* (ita videtur scriptum esse; nisi forte potius eiusmodi aliquid quo supplementum nostrum *si vis* exprimitur.), *filium tuum statura crescentem inter homines per dei gratiam* [si vis] *proficere, tradas eum mihi, quoniam ego cum multa suavitate docebo eum gentilitatis* (sic) *litteras* [et] *hebraeas, postea grammaticam, et alias facultates quibus poterit a maioribus Israel honorari. Dixit ad eum Ioseph Si praevales eum, ad disciplinandum accipe; fiat cum gaudio. Et cum accepisset eum doctor et ad domum doctoris cum exultatione venissent, invenit Iesus librum unum in terra* (cf. ad haec et sequentia cap. XXXIX.): *et cum accepisset eum, aperuit os suum* [et] *loquebatur de spiritu sancto,* [et] *de lege docebat universos. Omnes quidem qui astabant, libenter eum audiebant,* [et] *deprecabantur eum ut ulterius doceret eos. Magister ille iuxta eum sedebat cum timore magno, quia, cum non esset decem annorum, de ore*

Digitized by Google

ridens de eo dixit cum imperio cunctis filiis Israel astantibus et audientibus Fructificent infructuosi et videant caeci et claudi ambulent recte et pauperes fruantur bonis et reviviscant mortui, ut redintegrato statu unusquisque revertatur et permaneat in eo ipso qui radix est vitae et dulcedinis perpetuae. Et cum hoc dixisset infans Iesus, continuo sunt omnes restituti qui sub malis deciderant infirmitatibus. Et amplius non audebant dicere ei aliquid aut audire ab eo.

CAPUT XXXII.

Post haec abierunt inde Ioseph et Maria cum Iesu in civitatem Nazareth; et erat ibi cum parentibus suis. Et cum esset ibi una sabbati, dum Iesus luderet cum infantibus in solario cuiusdam domus, contigit ut quidam de infantibus alium depelleret de solario in terram, et mortuus est. Et cum non vidissent parentes mortui, clamabant contra Ioseph et Mariam dicentes Filius vester filium nostrum misit in terram, et mortuus est. Iesus vero tacebat et nihil eis respondebat. Venerunt autem festinantes Ioseph et Maria ad Iesum, et rogabat mater sua dicens Domine mi, dic mihi si tu misisti eum in terram. Et statim descendit Iesus de solario in terram et vocavit puerum per nomen suum Zeno. Et respondit ei Domine. Dixitque illi Iesus Num ego praecipitavi te in

ipsius subtilissimi sermones exibant. Currens autem magister ad Ioseph dixit ei Scias frater quod infans tuus, quem ad disciplinandum suscepi, sapientia et multa gratia est repletus. Ecce tolle eum in domum tuam, quod gratia quam habet a domino deo data est ei. Cum autem audisset Iesus magistrum illa loquentem, respondit et dixit ei Verum dixisti, quia omnis potestas data est mihi a patre meo qui me misit. Sed [propter] *verbum quod de me locutus es ille magister qui me percussit surgere habet, qui mortuus est. Et subito surrexit qui fuerat mortuus, et venit ad domum suam.* Cf. haec inprimis ad evang. Thom. latin. cap. XIII. Praeterea non obliviscendum est, historiam de magistro ex devotione mortuo, quae ex codice A capite XXXVIII. habetur, in codice B iam ante caput nostrum XXX. positam esse.

XXXII. *Post haec abierunt* (ita codex B; cod. A *abierant*) -- *cum parent. suis:* haec in cod. B ad historiam capitis nostri XXVII. pertinent, cuius ad initium scripturam codicis B apposuimus. | *Et cum esset ibi una sabbati* etc: eandem historiam ex codice B ad caput nostrum XXII. adscripsimus. | *Et resp. ei Domine:* in cod. scriptum est *bene* pro *domine.*

Digitized by Google

terram de solario? At ille dixit Non, domine. Et mirati sunt parentes pueri qui fuerat mortuus, et honorabant Iesum super facto signo. Et abierunt inde Ioseph et Maria cum Iesu in Iericho.

CAPUT XXXIII.

Erat autem Iesus annorum sex, et misit illum mater sua cum hydria ad fontem haurire aquam cum infantibus. Et contigit postquam hausit aquam, ut quidam ex infantibus impegerit eum et conquassaverit hydriam et fregerit eam. At Iesus expandit pallium quo utebatur, et suscepit in pallio suo tantum aquae quantum erat in hydria, et portavit eam matri suae. At illa videns mirabatur, et cogitabat intra se, et condebat omnia haec in corde suo.

CAPUT XXXIV.

Iterum quadam die exivit in agrum et tulit parum tritici de horreo matris suae, et illud ipse seminavit. Et natum est et crevit et multiplicatum est nimis. Et factum est denique ut ipse meteret, et collegit fructus ex eo tres choros, et donavit multiplicibus suis.

XXXIII. Similem huic historiam codex B exhibet praemissa alia quam in evang. Thom. latin. cap. VIII. habes. Legitur enim ibi in hunc modum:

Cum autem Iesus esset annorum duodecim, puer quidam in vico, ubi habitabat cum parentibus suis, scindebat ligna, et dum scinderet ea, omnes digitos pedis sui dextri detruncavit. Et cum turba vicinorum cucurrisset ad eum, venit Iesus, unxit in pede illius, [et] *subito qui laesus fuerat sanus factus est, quod nec signum aliquod in pede apparuisset. Et dixit illi Iesus Surge et scinde ligna; memorare* (sic) *mei. Cum autem vidisset turba signum quod fecerat, adoraverunt eum dicentes Vere credimus quia hic est Christus.*

Cum beata Maria misisset puellam suam cum hydria, [et] *multitudo mulierum ad fontem coadunata fuisset, propter pressuram earum fracta est hydria quam dominica puella portaverat. Tunc perrexit Iesus ad fontem, implevit pallium suum aqua et tulit matri suae. Deinde colligens fragmenta hydriae insimul iungens verbo suo solidavit ita quod scissurae in ea signum minime videretur. Tunc beata Maria osculata est Iesum dicens Benedictus sit deus qui nobis talem filium dedit.*

XXXIV. *multiplicibus suis:* ita scriptum est in codice A. Cf. quae horum loco in cod. B leguntur, item in evang. Thom. latin. cap. X.

Hydriam conquassatam in codice B excipiunt narrationes de morsu viperae et de passeribus ex luto factis. Tum vero quae est de tritico sequitur, his con-

Digitized by Google

CAPUT XXXV.

Est via quae exit de Iericho et tendit ad Iordanis fluvium ubi transierunt filii Israel: ibi arca testamenti dicitur resedisse. Et erat Iesus annorum octo et exivit de Iericho, et ibat ad Iordanem. Et erat secus viam crypta prope Iordanis ripam ubi leaena catulos nutriebat; et nullus poterat per viam securus ambulare. Veniens autem Iesus de Iericho, cognoscens quod in crypta illa leaena filios suos generasset, videntibus cunctis introivit in eam. At ubi viderunt leones Iesum, cucurrerunt ei obviam et adoraverunt eum. Et Iesus sedebat in caverna, et catuli leonum discurrebant circa pedes eius, blandientes cum eo et ludentes. Leones vero seniores demisso capite a longe stabant et adoraverunt eum, et caudis suis blandiebantur ante eum. Tunc populus qui a longe stabat, non videns Iesum, dixit Hic nisi gravia fecisset peccata aut parentes eius, non se ultro leonibus obtulisset. Et cum populus haec intra se cogitaret et moerori nimio subiaceret, ecce subito in conspectu populi exivit Iesus de crypta et leones antecedebant eum, et catuli leonum ante pedes eius ludebant inter se. Parentes vero Iesu demisso capite stabant a longe et observabant; pariter et populus propter leones longe stabat: non enim se coniungere eis audebat. Tunc Iesus coepit dicere ad populum Quanto meliores sunt bestiae vobis quae suum agnoscunt dominum et glorificant, et vos homines, qui ad imaginem et similitudinem dei facti estis, ignoratis. Bestiae agnoscunt me et mansuescunt; homines me vident et non cognoscunt.

---

cepta verbis: *Cum esset Iesus annorum quindecim, quadam die tulit trilicum de horreo matris suae* [et] *seminavit. Aliud* (codex *illud*) *super petram cecidit, quod humorem non habuit; aliud in terram bonam, quod natum est: et ex eo collegit centum corbes tritici mensuratas. Vocavit pauperes ac debiles, viduas et orphanas, et eis triticum erogavit; sed* [etiam] *Ioseph ad imperium ipsius tulit modicum pro benedictione in domo sua.* Cf. evang. Thom. latin. cap. X.

XXXV. Haec de crypta leonum narratio in codice B non legitur. Pariter vero legi videtur in Parisiensi codice eo unde Thilo singulorum capitum titulos exscripsit. Caput enim XLIII. ibi inscriptum est *Quomodo Iesus intravit in cryptam leaenam.*

Digitized by Google

CAPUT XXXVI.

Post haec Iesus transivit Iordanem cunctis videntibus cum leonibus, et aqua Iordanis divisa est ad dextram et ad sinistram. Tunc dixit leonibus, ita ut omnes audirent, Ite in pace et neminem laedatis: sed nec homo vobis noceat, donec revertamini unde existis. At illi non voce solum sed et corpore vale facientes abierunt ad loca sua. Iesus vero reversus est ad matrem suam.

CAPUT XXXVII.

[1] Et cum esset Ioseph faber lignarius et nihil aliud ex ligno operaretur nisi iuga bobum et aratra et terrae versoria et culturae apta, ligneosque faceret lectos, contigit ut quidam iuvenis illi faciendum grabatum cubitorum sex demandaret. Et iussit Ioseph puero suo incidere lignum seca ferrea secundum mensuram quam miserat. Qui non servavit definitum sibi modum; sed fecit unum lignum brevius altero. Et coepit Ioseph aestuando cogitare quid faciendum ei esset super hoc. [2] Et ut vidit Iesus eum sic aestuantem cogitatione, cui res gesta impossibilis erat, consolatoria voce alloquitur eum dicens Veni teneamus capita singulorum lignorum, et coniungamus ea caput ad caput, et coaequemus ea ad se et trahamus ad nos: poterimus enim ea facere aequalia. Tunc Ioseph obtemperavit iubenti; sciebat enim quod posset facere quicquid vellet. Et apprehendit Ioseph capita ligno-

XXXVI. Est haec historiae de crypta leonum quasi altera pars. Neque haec in codice B legitur, sed rursus legi videtur in Parisiensi codice de quo modo dictum est. Ibi enim caput XLIV. hunc titulum habet *Quomodo aqua Iordanis divisa est ante eos.* | *solum:* supplevi.

XXXVII, 1. *terrae versoria et culturae apta:* sic, nisi fallor; sed lectio dubia est.

In codice B historia ista sic habet:

[1] *Post haec quidam architector lignifaber dum faceret aratrum pro iugo boum, venit quidam* [et] *dixit ei Fac mihi speciosum grabatum. Cum omnia ligna grabati operatus fuisset, contigit quod quoddam lignum fuit breve unam spannam. Tunc ille lignifaber coepit contristari.* [2] *Cumque vidisset eum Iesus, consolatus eum dixit ei Noli contristari; sed apprehende ex una parte, et ego ex alia extendam illud ad me.*

Digitized by Google

rum et iunxit ad parietem et iuxta se, et tenuit Iesus altera capita lignorum et traxit ad se brevius lignum et coaequavit ligno longiori. Et dixit ad Ioseph Vade operari, et fac quod facturum te promiseras. Et fecit Ioseph quod promiserat.

CAPUT XXXVIII.

[1] Factum est secundo ut Ioseph et Maria rogarentur a populo ut Iesus doceretur litteris in schola. Quod et facere non negaverunt, et secundum praeceptum seniorum ducebant eum ad magistrum ut doceretur ab eo scientia humana. Et tunc coepit magister imperiose eum docere dicendo Dic Alpha. Iesus vero dixit ei Tu mihi dic prius quid sit Betha, et ego dicam tibi quid sit Alpha. Et ob hoc magister iratus percussit Iesum, et mox postquam percussit eum mortuus est.

[2] Et Iesus reversus est ad matrem suam domum. Timens autem Ioseph vocavit Mariam ad se et dixit ei Vere scias quia tristis est anima mea usque ad mortem propter pue-

---

Cum autem extendisset illud ad longitudinem alterius ligni, dixit ad eum Ecce modo construe grabatum sicut vis. Architector ille et omnes qui cum eo erant in domo cum vidissent signum quod fecerat, admirantes dixerunt Vero hic est Messias quem expectant filii Israel.

Sequitur hoc loco in codice B narratiuncula quae ab altero codice plane abest. Est autem haec:

Et cum Iesus cum aliis infantulis super radios solus (sic, nisi fallor) *ubique plures ascenderet et sederet, multique simili modo facere coeperunt, praecipitabantur et eorum crura frangebantur et brachia. Sed dominus Iesus sanabat omnes.*

XXXVIII. Ex codice B huc pertinent ea quae statim post reditum ex Egypto narrantur, ut iam supra significatum est ad caput XXV c. Priora vero respondent iis quae ab initio capitis sequentis leguntur, posteriora in caput XXXVIII. quadrant. In hunc enim modum ibi scriptum est:

[1] *Tunc accesserunt ad Ioseph principes sacerdotum et ad Mariam, et rogaverunt eos ut puerum Iesum blandimentis suis eis darent ad addiscendum. Tunc beata Maria et Ioseph insolentias sacerdotum et minas principum refrenare volentes* [codex *nolentes*] *duxerunt ad scholas, scientes quod nihil proficeret et nihil addiscere posset ab homine, sed a solo deo coeli* [et] *terrae scientiam obtinebat.* (Huc usque textus cum cap. XXXIX. conferendus est.) *Cum autem intrasset Iesus, magister coepit per visionem* (?) *docere eum dicendo Dic Aleph. Iesus autem dixit ei Dic mihi quid sit Beth,* [tum] *dicam tibi quid sit Aleph. Ob hoc iratus magister percussit puerum Iesum.* [Iesus vero] *mox percussit magistrum, qui confestim mortuus est.*

[2] *Hoc autem facto reversus est Iesus ad matrem suam in domum suam. Tunc Ioseph dixit ad beatam Mariam Vere scias quod anima mea tristis est propter pue-*

Digitized by Google

rum istum. Fieri enim potest ut aliquando aliquis percutiat in malitia puerum istum, et moriatur. Maria autem respondens dixit Vir dei, noli credere quod hoc fieri possit. Imo secure crede quod qui eum misit inter homines nasci, ipse eum ab omnibus malignitatibus custodiet et in suo nomine conservabit a malo.

Caput XXXIX.

[1] Iterum rogaverunt tertio Mariam et Ioseph Iudaei ut ad alium magistrum blandimentis suis ducerent ad addiscendum. Timentes autem populum Ioseph et Maria et insolentiam principum et minas sacerdotum, duxerunt iterum ad scholam, scientes nihil posse ab homine discere qui ex solo deo perfectam haberet scientiam. [2] Cum autem Iesus introisset scholam, ductus spiritu sancto accepit librum de manu didascali docentis legem, et cuncto populo vidente et audiente coepit legere, non quidem quae scripta erant in libro eorum, sed in spiritu dei vivi loquebatur, tanquam si de fonte vivo torrens aquae egrederetur et fons plenus semper permaneret. Et ita in virtute docebat populum magnalia dei vivi, ut et ipse magister caderet in terram et adoraret eum. Cor autem populi, qui consedebat et audierat eum talia dicentem, versum est in stuporem. Quod cum audisset Ioseph, currendo venit ad Iesum, timens ne ipse didascalus moreretur. Quo viso magister dixit ei Tu non dedisti mihi discipulum sed magistrum: et quis potest verba eius sustinere? Tunc adimpletum est quod dictum est per psalmistam Flumen dei repletum est aqua. Parasti cibum illorum, quia ita est praeparatio eius.

---

rum istum etc. In fine capitis ad *conservabit a malo* additum habet *ut perficiatur opus suum.*

XXXIX, 1. Ad hanc priorem capitis partem cf. quae modo ex B ad caput XXXVIII. adnotavimus.

2. Ad alteram capitis partem cf. quae ad caput XXXI. ex B notata sunt. *audierat:* ita ex emendatione in codice legitur pro *audiebat.*

Digitized by Google

CAPUT XXXX.

Post haec migravit Ioseph inde cum Maria et Iesu ut venirent in Capharnaum maritimam, propter malitiam hominum sibi adversantium. Et cum habitaret Iesus in Capharnaum, erat in civitate quidam homo nomine Ioseph, dives valde. Sed infirmitate sua deficiens mortuus est, et mortuus in grabato iacebat. Cum autem audisset Iesus in civitate plangentes et flentes et ululantes super mortuum, dixit ad Ioseph Quare huic, cum nomine tuo vocetur, tuae gratiae beneficium non praestas? Cui respondit Ioseph Quae est potestas mea aut facultas huic praestandi beneficium? Cui dixit Iesus Tolle sudarium quod est super caput tuum et vade et pone illud super faciem mortui et dic ei Salvet te Christus. Et mox salvatus erit et resurget defunctus de grabato suo. Quo audito Ioseph statim abiit ad imperium Iesu currens, et intravit domum defuncti, et sudarium quod habebat super caput suum posuit super faciem eius qui iacebat in grabato, et dixit Salvet te Iesus. Et continuo surrexit mortuus de lecto, et quaerebat quis esset Iesus.

XXXX. Haec narratio in codice B non habetur. Sed compensatur quasi iis pluribus quae praecedunt caput extremum, codici B propriis, nisi quod sunt eiusmodi quas ex canonicis evangeliis inepte depromptas esse appareat. Habent autem ita:

XXXX[a]. *Et multoties Iesus mittebat se in mare ambulans super aquas, cum praecedebat navigia et expectabat ea: super faciem aquarum stans ascendebat in ea ad navitas atque docebat eos de regno dei; ubicunque audiebant, pauperes sanabat.*

XXXX[b]. *Quadam vero die cum occurrerent ad eum multae turbae* [et] *undique confluerent ad eum infirmi, quia virtus ex eo exibat, sanabat omnes: de quinque vero panibus et duobus parvis piscibus quinque milia hominum satiavit; leprosos mundavit, surdos fecit audire, mutos loqui, caecos illuminavit.*

XXXX[c]. *Quadam vero die dum caecus, qui nunquam viderat nec haberet oculos, clamaret Miserere mei, fili David, ut videam, Iesus spuit in terram, fecit lutum, posuit super oculos caeci, dixit ad eum Vade lava ad natatoria Siloe, videbis. Ivit et vidit.*

XXXX[d]. *Cum autem quidam nobilis de Bethania* (codex *bettania*), *dominus Lazarus, qui consueverat hospitari Iesum* [et] *amicus eius erat,* (cod. add *et*) *mortuus in monumento quadriduanus fuisset, venit Iesus, lacrimatus est super monumentum, vocavit eum dicens Lazare veni foras,* [et] *continuo ad imperium eius de monumento exivit.*

Digitized by Google

CAPUT XXXXI.

[1] Et abierunt Capharnaum in civitatem quae vocatur Bethleem; et erat Ioseph cum Maria in domo sua, et Iesus cum eis. Et die quadam vocavit Ioseph ad se filium suum primogenitum Iacobum, et misit illum in hortum olerum ut colligeret olera ad faciendum pulmentum. Et subsecutus est Iesus Iacobum fratrem suum in hortum, et hoc Ioseph et Maria nescierunt. Dumque Iacobus colligeret olera, subito exivit de foramine vipera et percussit manum Iacobi, et ipse prae dolore nimio coepit clamare. Et iam deficiens dicebat cum vocis amaritudine Heu, heu: vipera pessima percussit manum meam. [2] Iesus vero stans ex adverso ad vocis amaritudinem accurrit ad Iacobum et tenuit manum eius, et nihil aliud fecit sed tantum sufflavit in manum Iacobi et refrigeravit eam. Et statim Iacobus sanatus est, et serpens mortuus est. Et Ioseph et Maria quod factum est ignorabant; sed ad clamorem Iacobi et ad imperium Iesu cucurrerunt ad hortum, et invenerunt serpentem mortuum iam et Iacobum bene sanatum.

XXXX[e]. *Et post paucos dies quidam iuvenis vicinus eius defunctus fuerat; plorabant eum parentes eius et amici amarissime. Audiens autem Iesus abiit et stetit ante eum, pulsavit in pectore eius et dixit Dico tibi, iuvenis, surge, noli mori sed vive. Et surrexit qui fuerat mortuus. Videntes autem turbae miraculum dixerunt Cuius filius est iste qui tot animas liberavit a morte? Omnes sanat properantes ad se. Dixerunt ad beatam Mariam Tu es mater istius pueri? Respondit virgo Maria Vere ego sum mater eius: sicut deo placuit, peperi eum. Dixerunt ad eam Beata es tu inter mulieres multas, quia benedixit dominus fructum ventris tui, quoniam talem filium gloriosum dedit tibi. Maria autem conservabat omnia verba haec conferens in corde suo.*

XXXXI, 1. *Capharnaum in civitatem quae vocatur Bethleem:* sic emendanda videbatur scriptura codicis, in qua est *in civitatem Capharnaum quae vocatur Bethleem.*

In codice B post historiam de hydria conquassata legitur sic:

[1] *Post haec autem cum quadam die Iacobus Alphaei intrasset hortum ut olera ad faciendum pulmentum colligeret, exivit vipera de foramine et momordit dextram manum eius: qui prae nimio dolore et amaritudine clamare coepit Heu, heu: vipera me momordit.*

[2] *Iesus vero ex adverso stans cucurrit ad Iacobum fratrem suum, tenens manum suam sufflavit in ea, et continuo sanus factus est, non sentiens ullum dolorem, et serpens mortuus est. Et cum parentes et vicini cucurrissent ad hortum, invenerunt serpentem mortuum, in parte aliqua non laesum, et Iacobum vero sanum.*

Digitized by Google

Caput XXXXII.

[1] Cum autem veniret Ioseph ad convivium cum filiis suis Iacobo Ioseph et Iuda et Simeone et duabus filiabus suis, conveniebant Iesus et Maria mater eius cum sorore sua Maria Cleophae, quam dominus deus donavit patri eius Cleophae et Annae matri eius, eo quod obtulissent Mariam matrem Iesu domino. Et haec Maria vocata est simili nomine Maria ad consolationem parentum. [2] Et cum convenirent, Iesus sanctificabat et benedicebat illos, et ipse prior incipiebat manducare et bibere. Nemo enim illorum audebat manducare vel bibere, nec sedere ad mensam aut panem frangere, donec ipse sanctificans eos prius hoc fecisset. Et si forte absens fuisset, expectabant donec hoc faceret. Et quando ipse no-

---

XXXXII, 1. Haec de cognatis Iesu notitia in codice B sic habet: *Et cum Ioseph senectute decrepitus, mortuus et sepultus cum parentibus suis fuisset, beata (virgo:* secundis curis additum) *Maria cum nepotibus suis sive cum filiis sororum suarum* [erat]. *Quoniam Anna et Emerina sorores fuerunt. De Emerina* (codex *Hemerina* h. l.) *nata fuit Elisabet mater Iohannis baptistae. Anna* (codex *quia Anna*) *beatae Mariae mater cum esset decora valde, mortuo Ioachim nupsit Cleophae, de quo habuit filiam secundam: vocavit eam Mariam, quam dedit Alphaeo in uxorem, de qua ortus est Iacobus Alphaei et Philippus frater eius. Mortuo secundo marito Anna nupta fuit tertio marito nomine Salome, de quo habuit tertiam filiam: vocavit eam similiter Mariam, quam dedit Zebedaeo in uxorem, de qua natus est Iacobus Zebedaei et Iohannes evangelista.*

Pertinet huc alia de eadem re notitia, quae principio evangelii nostri Pseudo-Matthaei praeposita est. Argumenti similitudo suadet ut eam hoc loco apponamus. *Anna et Emeria fuerunt sorores. De Emeria nata est Elisabet, mater Iohannis baptistae. Anna vero tres habuit maritos, Ioachim, Cleopham et Salome. De Ioachim habuit Anna Mariam matrem Christi. Mortuo Ioachim nupsit* (codex h. l. et infra *nuxit*) *Cleophae, de quo habuit filiam nomine Mariam, quae agnominabatur Cleophae. Cleophas autem cedit fratri suo Ioseph in uxorem Mariam matrem Christi, quae filiastra sua fuit; et filiam suam Mariam quam ex Anna habuit dedit Alphaeo in uxorem, de quo ortus est Iacobus minor et Ioseph alter, unde dicitur Iacobus Alphaei. Mortuo deinde Cleopha Anna tertio nupsit marito nomine Salome* (codex h. l. *Salomone*), *qui genuit filiam similiter vocatam Mariam. Haec nupsit Zebedaeo. Ex hac nati sunt Iacobus maior et Iohannes evangelista. Ieronimus autem in sermone de die paschae* (codex *pasce*) *idem dicit ita scribens Quatuor autem fuisse Marias in evangeliis legimus: unam matrem domini Salvatoris; alteram materteram eius, quae appellata est Maria Cleophae; tertiam Mariam matrem Iacobi et Ioseph; quartam Mariam Magdalenam; licet alii matrem Iacobi et Ioseph materteram eius fuisse contendant.*

Digitized by Google

lebat ad refectionem accedere, nec accedebant Ioseph et Maria et fratres eius, filii Ioseph. Hi siquidem fratres ante oculos suos tanquam luminaria vitam eius habentes observabant eum et timebant. Et quando Iesus dormiebat, sive in die sive in nocte, claritas dei splendebat super eum. Cui laus sit omnis et gloria in secula seculorum. Amen. Amen.

---

2. *nec accedebant:* deest in codice *nec.*

In B sic pergitur: *Hi quidem Iesum Christum ante suos oculos habebant tanquam lumen, et observabant ipsum atque timebant: et benedicebat et sanctificabat eos, et claritas dei resplendebat super illos* (ita codex, non *super illum*, quod aptius videtur). *Et nemo ipsorum audebat sedere ad mensam, nisi prius benediceret eam Iesus; et nullus incipiebat tangere panem in mensa, donec Iesus benediceret eum et frangeret. Et si forte absens esset, expectabant eum donec veniret: ipse enim veniebat ad refectionem eorum.*

Haec autem vidit domus sua. Sanctus (codex *quae sanctus*) *apostolus et evangelista Iohannes manu sua scripsit hunc libellum hebraicis litteris consignatum, quem Ieronimus doctor ille perspicuus* (codex add *hoc opus*) *de hebraico in latinum deduxit.*

Digitized by Google

EVANGELIUM DE NATIVITATE MARIAE.

CAPUT I.

[1] Beata et gloriosa semper virgo Maria de stirpe regia et familia David oriunda, in civitate Nazareth nata, Hierosolymis in templo domini nutrita fuit. Pater eius Ioachim, mater vero Anna dicebatur. Domus paterna ex Galilaea et civitate Nazareth, maternum autem genus ex Bethlehem erat. [2] Vita eorum simplex et recta apud dominum, apud homines irreprehensibilis erat et pia. Nam omnem substantiam suam trifariam diviserunt: unam partem templo et templi servitoribus impendebant: aliam peregrinis et pauperibus erogabant: tertiam suae familiae usibus et sibi reservabant. [3] Ita isti deo cari, hominibus pii, per annos circiter viginti castum domi coniugium sine liberorum procreatione exercebant. Voverunt tamen, si forte deus donaret eis sobolem, eam se domini servitio mancipaturos: cuius rei gratia et templum domini singulis per annum festis frequentare solebant.

CAPUT II.

[1] Factum est autem ut encaeniorum festivitas appropinquaret, unde cum nonnullis contribulibus suis Hierosolymam

I, 2. *Nam omnem - - reservabant:* cf. Pseudo-Matth. evang. I, 1. Proxime accedit Amb. (i. e. B) Pro *servitoribus* habet *sacerdotibus.*

3. *Ita isti - - solebant:* cf. simillima apud Pseudo-Matth. I, 1 sq. cod. Amb. Ibi est *domino iustus et hominibus pius;* item *Voverunt tantum si deus daret;* item *templi servitio.*

II. Per totam sectionem paene ad verbum consentit cod. Amb. in Pseudo-Matth. II, 1.

1. Ibi est *Factum est autem cum - - approp., Ioachim cum - - Ierusolimam*

Digitized by Google

et Ioachim ascendit. Ea vero tempestate Isaschar ibi pontifex erat. Cumque inter ceteros concives suos etiam Ioachim cum oblatione sua videret, despexit eum et munera eius sprevit, interrogans cur inter foecundos infoecundus ipse stare praesumeret; dicens munera nequaquam deo digna posse videri, quoniam ipsum prole indignum iudicasset, scriptura dicente maledictum omnem esse qui non genuisset masculum vel feminam in Israel. Dicebat ergo prius eum ab hac maledictione sobolis generatione solvendum, et sic demum in conspectu domini cum oblationibus esse venturum. [2] Cuius opprobrii obiectu pudore magno suffusus Ioachim ad pastores qui cum pecudibus erant in pascuis suis secessit: neque enim domum repetere voluit, ne forte a contribulibus suis, qui simul aderant et hoc a sacerdote audierant, eodem opprobrii elogio notaretur.

Caput III.

[1] Verum cum ibi aliquamdiu esset, quadam die cum esset solus, angelus domini ei cum immenso lumine astitit. Qui cum ad eius visionem turbaretur, angelus qui ei apparuerat timorem eius compescuit dicens Noli timere, Ioachim, neque in visione mea turberis: ego enim sum angelus domini, missus ab ipso ad te, ut annuntiem tibi preces tuas esse exauditas et eleemosynas tuas ascendisse in conspectum eius. Videns quippe vidit pudorem tuum et audivit sterilitatis op-

---

ascendit. In ea festivitate -- videret anstantem -- vir [stare] *praes. dic. mun. sua -- quoniam ipsum* (scribitur q̄m ip̄m. Correxi ad hanc codicis Amb. scripturam Fabricii lectionem quae est *quem ipse*) *-- iudicabat -- maledictum hominem* (*hominem* nescio an praestet quam *omnem:* constat enim saepissime in codd. per incuriam librariorum *omnem* et *hominem* confusa esse) *qui -- masculum vel feminam* (hoc additamentum *vel feminam*, quod deest apud Fabricium, textus evangelii sibi poscere videtur: hinc ex Amb addidimus) — —.

2. Pro *domum repetere* Amb habet *domum repedare.*

III, 1. *preces tuas -- et eleemosynas -- in conspectum eius:* cf. Ps. Matth. III, 4. *misericordiae* (Amb *orationes*) *quas tu et Anna uxor tua* (Amb *tu et ipsa*) *fecistis in conspectu altissimi recitatae sunt.*

Digitized by Google

probrium nec recte tibi obiectum. Peccati namque, non naturae ultor est deus, et ideo cum alicuius uterum claudit, ad hoc facit ut mirabilius denuo aperiat, et non libidinis esse quod nascitur sed divini muneris cognoscatur. [2] Prima enim gentis vestrae Sara mater nonne usque ad octogesimum annum infoecunda fuit? et tamen in ultima senectutis aetate genuit Isaac, cui repromissa erat benedictio omnium gentium. Rachel quoque, tantum domino grata tantumque a sancto Iacobo amata, diu sterilis fuit, et tamen Ioseph genuit, non solum dominum Aegypti sed plurimarum gentium fame perituraruum liberatorem. Quis in ducibus vel fortior Sampsone vel sanctior Samuele? et tamen hi ambo steriles matres habuere. Si ergo ratio verbis meis tibi non persuadet, credere, dilatos diu conceptus et steriles partus mirabiliores esse solere. [3] Proinde Anna uxor tua pariet tibi filiam, et vocabis nomen eius Mariam: haec erit, ut vovistis, ab infantia sua domino consecrata et spiritu sancto replebitur adhuc ex utero matris. Omne immundum neque manducabit neque bibet, neque inter populares forinsecus turbas sed in templo domini conversatio eius erit, ne quid de ea sinistrum vel suspicari saltem possit vel dici. Itaque aetate procedente sicut ipsa mirabiliter ex sterili nascetur, ita incomparabiliter virgo generabit altissimi filium, qui Iesus vocabitur et secundum nominis etymologiam salvator omnium gentium erit. [4] Et hoc tibi eorum quae annuntio signum erit, cum perveneris ad auream in Hierosolymis portam, habebis ibi obviam Annam uxorem tuam, quae de tuae regressionis tardatione modo sollicita tunc in adspectu tuo gaudebit. His dictis angelus discessit ab eo.

Caput IV.

[1] Deinde apparuit Annae uxori eius dicens Ne timeas,

Peccati namque -- cognoscatur: hoc proprium est huic evangelio.

2. Haec alibi non inveniuntur.

3. Cf. Ps. Matth. III, 2 et 4.

IV, 1. Plurima ex his evangelio nostro propria sunt.

Digitized by Google

Anna, neque phantasma esse putes quod vides. Ego enim sum angelus ille qui preces et eleemosynas vestras obtuli in conspectu dei, et nunc missus sum ad vos ut annuntiem vobis nascituram filiam quae Maria vocata super omnes mulieres erit benedicta. Haec a nativitate sua statim domini gratia plena, tribus ablactationis suae annis in domo paterna permanebit; postea servitio domini mancipata a templo usque ad intelligibiles annos non discedet, ibi denique ieiuniis et orationibus nocte ac die deo serviens ab omni immundo se abstinebit, virum nunquam cognoscet, sed sola sine exemplo, sine macula, sine corruptione, sine virili commixtione, virgo filium, ancilla dominum et gratia et nomine et opere salvatorem mundi generabit. [2] Itaque surge ascende Hierusalem, et cum perveneris ad portam quae aurea, pro eo quod deaurata est, vocatur, ibi pro signo virum tuum, pro cuius incolumitatis statu sollicita es, obvium habebis. Cum haec igitur ita evenerint, scito quod quae annuntio sine dubio complenda erunt.

Caput V.

[1] Igitur iuxta angeli praeceptum uterque de loco in quo erant promoventes ascenderunt Hierusalem, et cum ad locum pervenissent angelico vaticinio designatum, ibi sibi invicem obviaverunt. Tunc de mutua sua visione laeti et promissae prolis certitudine securi debitas domino humilium exaltatori gratias egerunt. [2] Itaque adorato domino domum regressi divinum promissum certi et hilares exspectabant. Concepit ergo Anna et peperit filiam, et iuxta mandatum angelicum parentes vocabant nomen eius Mariam.

Caput VI.

[1] Cumque trium annorum circulus volveretur et ablacta-

---

2. Cf. Ps. Matth. III, 5.

complenda: praestare videtur *completa.*

V, 2. *Itaque - - regressi:* cf. Ps. Matth. III, 5. ubi eadem fere verba leguntur.

Digitized by Google

tionis tempus completum esset, ad templum domini virginem cum oblationibus adduxerunt. Erant autem circa templum iuxta quindecim graduum psalmos quindecim ascensionis gradus: nam quia templum erat in monte constitutum, altare holocausti quod forinsecus erat adiri nisi gradibus non valebat. [2] In horum itaque uno beatam virginem Mariam parvulam parentes constituerunt. Cumque ipsi vestimenta quae in itinere habuerant exuerent et cultioribus ex more vestibus se et mundioribus induerent, virgo domini cunctos sigillatim gradus sine ducentis et levantis manu ita ascendit ut perfectae aetati in hac duntaxat causa nihil deesse putares. Iam quippe dominus in virginis suae infantia magnum quid operabatur, et quanta futura esset huius miraculi indicio praemonstrabat. [3] Igitur sacrificio secundum consuetudinem legis celebrato et voto suo perfecto virginem inter septa templi cum aliis virginibus ibidem educandam dimiserunt, ipsi vero domum regressi sunt.

Caput VII.

[1] Virgo autem domini cum aetatis processu et virtutibus proficiebat et iuxta psalmistam pater et mater dereliquerat eam, dominus autem assumpsit eam. Quotidie namque ab angelis frequentabatur, quotidie divina visione fruebatur, quae eam a malis omnibus custodiebat et bonis omnibus redundare faciebat. Itaque ad quartum decimum annum usque pervenit, ut non solum nihil de ea mali reprehensione dignum confingere possent, sed et boni omnes qui eam noverant vitam et conversationem eius admiratione dignam iudicarent. [2] Tunc pontifex publice denuntiabat ut virgines, quae in templo publice constituebantur et hoc aetatis tempus explessent, domum reverterentur et nuptiis secundum morem gentis et aetatis maturitatem operam darent. Cui mandato cum ceterae pronae

VI, 1 et 2. Cf. Ps. Matth. IV. maximeque cod. Amb., ubi plura accurate cum nostris conveniunt.

VII, 1. Cf. Ps. Matth. VI, 3.

Digitized by Google

paruissent, sola virgo domini Maria hoc se facere non posse respondit, dicens se quidem et parentes suos domini servitio mancipasse, et insuper se ipsam domino virginitatem vovisse, quam nunquam viro aliquo commixtionis more cognito violare vellet. Pontifex vero in angustia constitutus animi, cum neque contra scripturam quae dicit Vovete et reddite, votum infringendum putaret, neque morem genti insuetum introducere auderet, praecepit ut ad festivitatem quae imminebat omnes ex Hierosolymis et vicinis locis primores adessent, quorum consilio scire posset quid de tam dubia re faciendum esset. [3] Quod cum fieret, omnibus in commune placuit dominum super hac re esse consulendum. Et cunctis quidem orationi incumbentibus pontifex ad consulendum deum ex more accessit: nec mora, cunctis audientibus de oraculo et de propitiatorii loco vox facta est, secundum Esaiae vaticinium requirendum esse cui virgo illa commendari et desponsari deberet. Liquet enim Esaiam dicere Egredietur virga de radice Iesse, et flos de radice eius ascendet, et requiescet super eum spiritus domini, spiritus sapientiae et intellectus, spiritus consilii et fortitudinis, spiritus scientiae et pietatis, et replebit eum spiritus timoris domini. [4] Secundum hanc ergo prophetiam cunctos de domo et familia David nuptui habiles non coniugatos virgas suas allaturos ad altare praedixit, et cuiuscunque post allationem virgula florem germinasset et in eius cacumine spiritus domini in specie columbae consedisset, ipsum esse cui virgo commendari et desponsari deberet.

Caput VIII.

[1] Erat autem inter ceteros Ioseph homo de domo et familia David grandaevus: cunctis vero virgas suas juxta ordinem deferentibus solus ipse suam subtraxit. Unde cum nihil divinae voci consonum apparuisset, pontifex iterato deum

2. 3. 4. Cf. Ps. Matth. VIII, 1 sqq.
nuptui habiles non coniugatos: Ps. Matth. VIII, 2. *quicumque sine uxore est.* VIII, 1. Cf. Ps. Matth. VIII, 3. 5.

Digitized by Google

consulendum putavit: qui respondit, solum illum ex his qui designati erant virgam suam non attulisse cui virginem desponsare deberet. Proditus itaque est Ioseph. Cum enim virgam suam attulisset et in cacumine eius columba de coelo veniens consedisset, liquido omnibus patuit ei virginem desponsandam fore. [2] Igitur nuptiarum iure de more celebrato ipse quidem in Bethlehem recedit civitatem, domum suam dispositurus et nuptiis necessaria procuraturus. Virgo autem domini Maria cum aliis septem virginibus coaevis et collactaneis, quas a sacerdote acceperat, ad domum parentum suorum in Galilaea reversa est.

Caput IX.

[1] His vero diebus, primo scilicet adventus sui in Galilaeam tempore, missus est ad eam angelus Gabriel a deo, qui ei conceptum dominicum narraret et conceptionis vel modum vel ordinem exponeret. Denique ingressus ad eam cubiculum quidem ubi manebat ingenti lumine perfudit, ipsam vero gratantissime salutans dixit Ave Maria, virgo domini gratissima, virgo gratia plena, dominus tecum, benedicta tu prae omnibus mulieribus, benedicta prae omnibus hactenus natis hominibus. [2] Virgo autem quae iam angelicos bene noverat vultus et lumen coeleste insuetum non habebat, neque angelica visione territa neque luminis magnitudine stupefacta, sed in solo eius sermone turbata est, et cogitare coepit qualis ista salutatio tam insolita esse posset quidve portenderet vel quem finem esset habitura. Huic cogitationi angelus divinitus inspiratus occurrens Ne timeas, inquit, Maria, quasi aliquid contrarium tuae castitati hac salutatione praetexam. Invenisti enim gratiam apud dominum, quia castitatem elegisti: ideoque virgo sine peccato concipies et paries filium. [3] Hic erit

---

cui virginem desponsare deberet: scripsi *cui* pro *qui*, quod apud Fabricium ceterosque editum est. Omnino enim cogitatione addendum est *pontifex*.

2. De *septem virginibus* cf. Ps. Matth. VIII, 5.

IX, 1—4. Cf. Ps. Matth. IX.

Digitized by Google

magnus, quia dominabitur a mari usque ad mare et a flumine usque ad terminos orbis terrae: et filius altissimi vocabitur, quia qui in terris nascitur humilis, in coelo regnat sublimis: et dabit illi dominus deus sedem David patris eius, et regnabit in domo Iacob in aeternum, et regni eius non erit finis: ipse quippe rex regum et dominus dominantium est, et thronus eius in seculum seculi. [4] His angeli verbis virgo non incredula, sed modum scire volens respondit Quomodo istud fieri potest? Nam cum ipsa virum iuxta votum meum nunquam cognosco, quomodo sine virilis seminis incremento parere possum? Ad hoc angelus Ne existimes, inquit, Maria, quod humano more concipias: nam sine virili commixtione virgo concipies, virgo paries, virgo nutries: spiritus enim sanctus superveniet in te, et virtus altissimi obumbrabit tibi contra omnes ardores libidinis: ideoque quod nascetur ex te solum erit sanctum, quia solum sine peccato conceptum et natum vocabitur filius dei. Tunc Maria manibus expansis et oculis ad coelum levatis dixit Ecce ancilla domini, neque enim dominae nomine digna sum, fiat mihi secundum verbum tuum. [5] Longum forte et quibusdam taediosum erit, si cuncta huic opusculo inserere voluerimus quae nativitatem dominicam vel praecessisse vel subsecuta fuisse legimus: unde his omissis quae in evangelio plenius scripta sunt, ad ea quae minus habentur narranda accedamus.

Caput X.

[1] Ioseph igitur a Iudaea in Galilaeam veniens desponsatam sibi virginem uxorem ducere intendebat: iam namque tres fluxerant menses et quartus instabat ex eo tempore quo sibi desponsata fuerat. Interea paulatim utero puerperae intumescente puerperam se manifestare coepit, neque hoc latere potuit Ioseph: nam sponsi more liberius ad virginem introiens et familiarius cum ea loquens gravidam esse depre-

5. In promtu est hoc additamentum fingi esse Hieronymi.
X, 1. Cf. Ps. Matth. X.

Digitized by Google

hendit. Aestuare itaque animo et fluctuare coepit, quia ignorabat quid sibi potissimum esset faciendum: neque enim eam traducere voluit, quia iustus erat; neque fornicationis suspicione infamare, quia pius. Itaque cogitabat clam dissolvere coniugium et occulte dimittere eam. [2] Haec autem eo cogitante, ecce angelus domini ei apparuit in somnis dicens Ioseph, fili David, noli timere: hoc est, ne velis fornicationis suspicionem in virgine habere vel aliquid sinistrum cogitare, neque timeas eam in uxorem ducere: quod enim in ea natum est et nunc animum tuum angit, non hominis sed spiritus sancti est opus. Pariet enim omnium virgo sola dei filium, et vocabis nomen eius Iesum, id est salvatorem: ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum. [3] Igitur Ioseph secundum angeli praeceptum virginem uxorem duxit, nec tamen cognovit eam sed caste procurans custodivit. Iamque nonus a conceptione instabat mensis, cum Ioseph, uxore cum aliis quae necessaria erant assumta, Bethlehem civitatem unde ipse erat tetendit. Factum est autem cum essent ibi, impleti sunt dies ut pareret, et peperit filium suum primogenitum, sicut sancti evangelistae docuerunt, dominum nostrum Iesum Christum, qui cum patre et filio et spiritu sancto vivit et regnat deus per omnia secula seculorum.

---

2. Cf. Ps. Matth. XI.

3. Haec ad „sanctorum evangelistarum“ textum conformata esse, facile patet.

Digitized by Google

HISTORIA IOSEPHI FABRI LIGNARII.

IN NOMINE DEI UNIUS IN SUA ESSENTIA ET TRINI IN SUIS PERSONIS.

HISTORIA MORTIS PATRIS NOSTRI SANCTI SENIS IOSEPHI FABRI LIGNARII.

Benedictiones eius et preces servent nos omnes, o fratres, amen. Fuit tota ipsius vita centum et undecim annorum, contigitque migratio eius ex hoc mundo vicesimo sexto (die) mensis Abib, qui respondet mensi Ab. Oratio eius servet nos, amen. Et quidem dominus noster Iesus Christus ille ipse (fuit) qui retulit hanc (historiam) discipulis suis sanctis in monte oliveti, atque omnem laborem eius (Iosephi) et dierum ipsius consummationem. Apostoli autem sancti conservarunt hunc sermonem et litteris consignatum reliquerunt in bibliotheca Hierosolymis. Oratio eorum servet nos, amen [1]).

Caput I.

Contigit una die cum salvator magister deus et salvator noster Iesus Christus sederet una cum suis discipulis, congregatique in monte oliveti omnes essent, ut diceret illis O fratres et amici mei, filii patris qui vos elegit de omnibus hominibus. Scitis me vobis saepius retulisse quod oporteat me crucifigi et mori propter salutem Adami et posteritatis eius, et quod surgam de mortuis. Committam autem vobis

1) Coptus sic: *Die XXVI. Epep. Hic est exitus e corpore patris nostri Iosephi fabri lignarii patris Christi secundum carnem, qui natus erat annorum CXI. Narravit salvator noster omnem vitam eius apostolis in monte oliveto, apostoli autem scripserunt eam et intulerunt bibliothecae quae Hierosolymis est. Etiam quod dies quo sanctus senex deposuit corpus fuit XXVI. mensis Epep. In pace dei, amen.*

Digitized by Google

doctrinam evangelii sancti (vobisque antea) nuntiati, ut praedicetis illud per omnem mundum. Et induam vos virtute de alto, ac implebo vos spiritu sancto. Adnuntiabitis vero cunctis gentibus poenitentiam et remissionem peccatorum. Nam scyphus aquae unicus si eum invenerit homo in saeculo futuro, praestantior (est) et maior cunctis divitiis huius totius mundi. Et locus, (quantum occupare potest) pes unus, in domo patris mei maior (est) et excellentior omnibus opibus terrae. Imo hora unica in laeto piorum habitaculo felicior (est) et magis pretiosa mille annis inter peccatores: quippe fletus eorum et planctus non desinet, et lacrimae eorum non cessabunt, neque invenient sibi solatium vel quietem ullo unquam tempore. Et nunc, o membra mea honoranda, ite praedicate omnibus gentibus, nuntiate et dicite illis Utique servator diligenter inquirit in haereditatem debitam, et (est) administrator iustitiae. Et illi (angeli) profligabunt (inimicos), et pugnabunt pro illis in die conflictus. Atque ille (deus) examinabit unum quodque verbum quod loquuntur homines ineptum et otiosum, (et) reddent de eo rationem. Quemadmodum enim nemo a morte excludetur, sic uniuscuiusque etiam opera patebunt die iudicii, sive bona fuerint sive mala. (Nuntiate) quoque hoc verbum quod dixi vobis hodie Ne glorietur fortis de fortitudine sua nec dives de suis divitiis, sed qui gloriari vult glorietur in domino.

CAPUT II.

Fuit vir cui nomen Iosephus, gente oriundus Bethlehemitica, de urbe Iuda et civitate Davidis regis. Hic ipse scientia et doctrinis probe instructus, sacerdos factus est in templo domini. Calluit praeterea artem fabrilem lignariam, et more cunctorum hominum uxorem duxit. Genuit quoque sibi filios filiasque, quattuor (nimirum) filios atque duas filias. Haec vero sunt eorum nomina Iudas, Iustus, Iacobus et Simon: nomina duarum filiarum (erant) Assia et Lydia. Tandem morte decessit uxor Iosephi iusti, gloriae divinae intenta

Digitized by Google

in omnibus suis operibus. At Iosephus vir iste iustus, pater meus secundum carnem (et) sponsus Mariae matris meae, abivit una cum suis filiis ad professionem suam, artem exercendo fabri lignarii.

Caput III.

Cum vero viduus factus fuit Iosephus iustus, iam impleverat Maria mater mea benedicta sancta (et) pura duodecim annos. Quippe parentes ipsius obtulerunt eam in templo tres annos natam, mansitque illa in templo domini novem annos. Tunc ut viderunt sacerdotes virginem sanctam (et) timentem dominum adolescere, se invicem allocuti sunt dicentes: Quaeramus virum iustum (et) pium, cui committatur Maria usque ad tempus nuptiarum: ne manenti in templo accidat quod accidere solet mulieribus, eoque nomine peccemus, et succenseat nobis deus.

Caput IV.

Proinde statim emissis (nuntiis) convocarunt duodecim senes de tribu Iuda. Et scripserunt nomina duodecim tribuum Israelis. Cecidit autem sors super senem pium, Iosephum iustum. Tunc respondentes dixerunt sacerdotes matri meae benedictae Ito cum Iosepho et esto apud illum usque ad tempus nuptiarum. Accepit ergo Iosephus iustus matrem meam, eamque abduxit in domum suam. Et invenit (Maria) Iacobum minorem in domo patris sui fractum animo atque moestum propter orbitatem (matris), et educavit illum. Hinc appellata est Maria mater Iacobi. Deinde relinquens eam Iosephus in domo sua abivit ad officinam ubi exercetur ars fabrilis lignaria. Postquam vero exegerat sancta virgo in domo eius biennium, facta est praecise aetas eius quattuordecim annorum, incluso simul tempore quo eam recepit (Iosephus).

Caput V.

Dilexi (autem illam peculiari quodam) voluntatis motu,

Digitized by Google

cum beneplacito patris mei et consilio spiritus sancti. Et incarnatus fui de illa, mysterio creaturarum rationis captum superante. Sed elapsis a conceptione tribus mensibus rediit vir iustus (Iosephus) de loco ubi artem suam exercuit; atque ubi deprehendit virginem matrem meam gravidam, mente conturbatus cogitavit eam clanculum dimittere. Prae timore etiam, tristitia et pectoris sui angustia nec edere nec bibere illo die sustinuit.

Caput VI.

Sub medio autem die apparuit ipsi angelorum princeps sanctus Gabriel in somnio, mandato instructus patris mei, et dixit illi Iosephe fili David, ne timeas accipere Mariam sponsam tuam: quippe concepit de spiritu sancto, et pariet filium, cuius nomen appellabitur Iesus. Hic ille (est) qui gubernabit omnes gentes sceptro ferreo. (Haec prolocutus) discessit ab eo angelus. Surrexit vero Iosephus de somno suo, et fecit quemadmodum ipsi dixerat angelus domini: et permansit Maria apud illum.

Caput VII.

Interiecto deinde tempore prodiit mandatum ab Augusto Caesare (et) rege ut describeretur universus orbis habitabilis, unusquisque in civitate sua. Surgens itaque senex iustus Iosephus accepit (secum) Mariam virginem, et venerunt Bethlehemum, quia instabat partus eius. Inscripsit autem (Iosephus) nomen suum catalogo: nam Iosephus filius David, cuius sponsa (erat) Maria, fuit de tribu Iuda. Et quidem Maria mater mea peperit me Bethlehemi, in spelunca proxima sepulcro Rachel uxoris Iacobi patriarchae, quae (fuit) mater Iosephi et Beniamin.

Caput VIII.

Sed satanas ivit retulitque (hoc) Herodi Magno, patri Archelai. Idemque hic Herodes (erat) qui capite truncari

Digitized by Google

iussit Iohannem amicum et cognatum meum. Proinde me diligenter perquisivit, existimans regnum meum fore de hoc mundo. Verum admonitus fuit (hac de re) Iosephus senex ille pius per somnium. Ideo surgens accepit Mariam matrem meam, et ego in ipsius sinu (recubui); comitem etiam itineris ipsis se praebuit Salome. Profectus ergo domo in Aegyptum secessit, permansit(que) ibi spatium unius integri anni, donec transiit invidia Herodis.

Caput IX.

Obiit vero (Herodes) pessimo mortis genere, poenam luens effusi puerorum sanguinis, quos e medio inique sustulit quum ipsis non inesset peccatum. Atque exstincto tyranno isto impio Herode reversi sunt (cum Iesu parentes) in terram Israelis, et habitarunt in urbe Galilaeae quae appellatur Nazareth. Iosephus autem professionem artis lignariae repetens manuum suarum opere vitam sustinuit: neque enim alieno labore victum gratis quaerebat unquam, quemadmodum (olim) praeceperat lex Mosis.

Caput X.

Tandem increscentibus annis provectae aetatis senex evasit. Nulla tamen corporis laboravit infirmitate, nec defecit visus neque ullus de ore eius dens periit; mente quoque toto aetatis tempore nunquam deliravit: sed similis puero iuvenilem semper in negotiis suis vigorem praestitit, et membra eius integra permanserunt omni(que) dolore vacua. Tota autem eius vita centum constabat et undecim annis, producta quam diutissime ipsius senecta.

Caput XI.

Iustus vero et Simeon seniores Iosephi filii ductis uxoribus in familias suas abiverunt. Ambae pariter nupserunt filiae et in suas secesserunt aedes. At remanebant in domo Iosephi Iuda et Iacobus minor nec non mater mea virgo. Ego insuper

Digitized by Google

una cum illis (ibidem) permansi, haud aliter ac si unus fuissem de filiis eius. Transegi autem omnem aetatem meam sine culpa. Mariam appellavi matrem meam et Iosephum patrem, atque in omnibus quae dixerunt morem ipsis gessi: neque repugnavi illis unquam sed obtemperavi eis, ut facere solent reliqui quos terra producit homines: nec iram illis concitavi ullo die, aut verbum aliquod seu responsum (duriusculum) ipsis opposui; e contrario ingenti eos prosecutus sum amore, ceu pupillam oculi.

Caput XII.

Contigit post haec ut adpropinquaret mors senis illius pii Iosephi ipsiusque de hoc mundo exitus, more reliquorum hominum qui huic terrae ortum debent. Atque nutante ad interitum corpore eius indicavit ipsi angelus domini iam instare mortis horam. Proinde eum timor et ingens animi perturbatio invasit. Surgens autem abivit Hierosolymam, et ingressus templum domini effusisque ibi coram sanctuario precibus dixit

Caput XIII.

„O deus, (qui) auctor (es) omnis solatii, deus omnis misericordiae et dominus universi humani generis, deus (inquam) animae spiritus et corporis mei. Supplex te veneror, o domine et deus mi: si iam consummati sunt dies mei, tempusque adest quo mihi exeundum est ex hoc mundo, mittas (, quaeso, mihi) Michaelem magnum, angelorum tuorum sanctorum principem; maneat(que) mecum, ut egrediatur anima mea misera ex aerumnoso hoc corpore sine molestia, sine terrore [illegible] patientia. Etenim ingens timor et tristitia vehemer [illegible]cupat corpora in die mortis eorum, sive mas si[illegible] sive bestia sive fera, quicquid vel humi reptat [illegible]at: in summa creaturae omnes quae (sunt) [illegible]is(que) inest vitalis spiritus horrore concu-[illegible]agno et lassitudine ingenti discedentibus de

Digitized by Google

corporibus suis illarum animabus. Nunc igitur, o domine et deus mi, adsit auxilio suo angelus tuus sanctus animae meae et corpori, donec a se invicem dissolventur. Neque facies angeli mihi ad custodiam inde a formationis meae die designati aversa sit a me; verum praebeat se mihi itineris socium, usque dum me ad te perduxerit: sit vultus eius mihi amoenus et hilaris, et comitetur me in pace. Ne autem permittas ut (daemones) adspectu formidabiles accedant ad me in via qua iturus sum, donec ad te feliciter perveniam. Neque sinas ut ostiarii animam meam ingressu (paradisi) prohibeant. Neque detegendo delicta me probro exponas coram tribunali tuo terribili. Neque irruant in me leones. Neque prius submergant animam meam fluctus maris ignei — hoc (enim) omnis pertransire debet anima —, quam gloriam divinitatis tuae conspexero. O deus, iustissime iudex, qui in iustitia et aequitate mortales iudicabis et retribues unicuique secundum opera eius, o domine (quaeso) et deus mi, adesto mihi misericordia tua, et viam meam illumina ut perveniam ad te: tu (enim) es fons omnibus abundans bonis et gloria in aeternum, amen."

Caput XIV.

Factum deinde est cum domum suam in urbe Nazareth rediit, ut morbo correptus lecto teneretur. Atque hoc erat illud tempus quo diem obiit, sicut destinatum est omnibus hominibus. Graviter autem hoc morbo laborabat, neque ut in praesentia aegrotaverat unquam a nativitatis suae ortu. Et ita certe res Iosephi iusti disponere Christo placuit. Quadraginta (vixit) annos ante initum matrimonium: mansit deinde uxor sub tutela eius quadraginta et novem annos, (quibus elapsis) mortua est. Uno autem post mortem eius anno commissa ipsi (Iosepho) fuit mater mea beata Maria a sacerdotibus, ut eam custodiret usque ad tempus nuptiarum. Biennium illa in domo eius consumsit (nulla re memorabile): at tertio commorationis eius anno apud Iosephum, suae vero

Digitized by Google

aetatis decimo quinto, peperit me in terra mysterio, quod nec penetrare nec capere potest ulla creatura, nisi ego paterque meus et spiritus sanctus, unam mecum constituens essentiam [2]).

Caput XV.

Tota itaque aetas patris mei, senis illius iusti, centum confecit et undecim annos, ita decernente patre meo (coelesti). Et dies quo deseruit anima corpus eius erat vigesimus sextus mensis Abib [3]). Coepit enim iam aurum exquisitum splendorem perdere et argentum usu deteri, intellectum innuo et scientiam eius. Cibum quoque fastidivit et potum, atque cessavit peritia artis fabrilis lignariae neque eius ullam amplius rationem habuit. Contigit igitur prima luce vigesimi sexti diei (mensis) Abib ut inquieta redderetur anima senis Iosephi iusti (decumbentis) in lecto suo. Quare aperuit os suum suspiria edens, manusque suas adversus invicem collisit, et alta voce exclamavit in hunc modum dicens

Caput XVI.

„Vae [4]) diei quo natus sum in mundum. Vae utero qui

2) Sahidicus textus sic: *Haec est summa vitae dilecti patris mei Iosephi: annos natus XL uxorem duxit, cum qua vixit annis IX* (corrigendum videtur XLIX.). *Post mortem eius annum unum* (ita Zoega, sed Dulaurier *deux ans*) *viduus mansit; duobus autem annis in domo eius vixit mater mea antequam ipsi nuberet* (ita Zoega; Dulaurier *depuis qu'il eut choisie pour sa compagne*): *siquidem a sacerdotibus eam custodire iussus erat usque ad tempus nuptiarum. Peperit autem me Maria mater mea initio anni tertii quo fuit in domo Iosephi, anno aetatis suae XV. Genuit me mater mea in spelunca* (*in spelunca:* ita et Zoega et Dulaurier; nihilominus cum Thilone puto *mysterio* legendum esse. Illud quum non videatur tribuendum errori interpretum nostrorum, ex errore Copti esse existimandum erit. De spelunca cf. supra cap. 7.), *quam nec nominare licet nec quaerere* (Dulaurier *qu'il est défendu de révéler, et qu'il est impossible de trouver*), *neque est in tota creatione homo qui eam noverit praeter me et patrem meum et spiritum sanctum.*

3) Sahid. text. sic: *Omnes autem dies patris mei Iosephi benedictae senectutis sunt anni CXI, secundum voluntatem patris mei* (haec verba *secundum* etc Dulaurier cum seqq. coniungit). *Dies mortis eius est XXVI. mensis Epep.*

4) Huius capitis Sahidice scripti argumentum Zoega breviter his exhibuit: *Iosephus aegrotans in Nazareth terrore et luctu afficitur, exclamatque super peccatis suis.*

Digitized by Google

gestavit me. Vae visceribus quae admiserunt me. Vae uberibus quae lactaverunt me. Vae pedibus super quos sedens quievi. Vae manibus quae portarunt et educarunt me usque dum adolevi. Quippe in iniquitate conceptus sum, et in peccatis concupivit me mater mea. Vae linguae et labiis meis, quae protulerunt et locuta sunt vanitatem, obtrectationem, mendacium, inscitiam, irrisionem, figmentum, versutiam et hypocrisin. Vae oculis meis, qui conspexerunt scandalum. Vae auribus meis, quae calumniatorum sermonibus delectabantur. Vae manibus meis, quae rapuere ad se non iure pertinentia. Vae ventri meo et intestinis, quae appetivere escam ipsis esu interdictam. Vae gutturi meo, instar ignis omnia quaecumque inveniebat consumenti. Vae pedibus meis, qui saepius deo ingratas ambularunt vias. Vae corpori et vae animae meae tristi, iam a deo auctore suo aversae. Quid faciam cum ad locum illum perrexero ubi consistendum mihi est coram iustissimo iudice, et ille me reprehensurus est propter opera quae cumulavi in iuventute mea? Vae omni homini morienti in peccatis suis. Profecto eadem illa hora terribilis quae contigit patri meo Iacobo, cum evolaret ex corpore anima eius, ecce mihi iam imminet. O quam ego miser hodie sum et lamentatione dignus. Verum solus deus est director animae et corporis mei, ille etiam pro lubitu cum illis aget."

Caput XVII.

Haec sunt quae locutus est Iosephus, senex ille iustus. Ego autem ingressus apud illum deprehendi animam eius vehementer commotam: erat enim in magna angustia constitutus. Et dixi illi Salve, mi pater Iosephe, vir iuste: qui vales? Ille vero respondit mihi Plurimum salve, o filiole mi dilecte. Equidem dolor metusque mortis iam circumdedere me; sed statim ac audivi vocem tuam, requievit anima mea. O Iesu Nazarene, Iesu sospitator mi, Iesu liberator animae meae, Iesu protector mi. Iesu, o suavissimum nomen in

Digitized by Google

ore meo omniumque amantium illud. Ocule qui vides et auris quae audis, exaudi me. Ego servus tuus hodie humillime te veneror, et coram te lacrimas meas effundo. Tu es omnino deus meus, tu es dominus meus, quemadmodum mihi saepissime retulit angelus, praecipue autem eo die quo fluctuavit animus meus cogitationibus perversis ob puram (et) benedictam Mariam in utero gestantem, quamque ego secreto dimittere cogitabam. Haec vero mihi meditanti ecce apparuere per quietem angeli domini miro mysterio dicentes mihi O Iosephe fili David, ne timeas accipere Mariam sponsam tuam, neque contristeris, neque verba indecora loquaris de conceptione eius, quia gravida est de spiritu sancto et pariet filium cuius nomen vocabitur Iesus: ille enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum. Ne autem ob hanc causam mihi male cupias, o domine: ignoravi enim mysterium nativitatis tuae [5]). Recordor etiam, mi domine, diei istius cum morsu serpentis puer iste necabatur. Voluerunt autem propinqui eius tradere te Herodi, dicentes te interfecisse illum: sed resuscitatum a mortuis eum illis reddidisti. Tunc ego accedens et prehensa manu tua dixi Mi fili, cave tibi. At tu respondisti mihi Nonne tu es pater meus secundum carnem? docebo te quis ego sum. Nunc igitur, o domine et deus mi, ne mihi succenseas vel condemnes me propter illam horam. Ego sum servus tuus et filius ancillae tuae; tu vero es dominus meus, deus et servator meus, filius dei certissime.

Caput XVIII.

Haec ubi dixerat pater meus Iosephus, flere amplius non potuit. Et conspexi mortem iam ipsi dominantem. Sur-

5) Pergit Zoega in exhibendo Sahidici textus argumento *Venit Iesus eum consolaturus. Supplicat Ioseph Iesum, dominum suum appellans, regem verum, salvatorem, redemptorem, deum verum et perfectum; veniamque petit quod aliquando cogitasset de matre eius domo pellenda, donec ab angelo certior factus esset de conceptione eius e spiritu sancto.* Statim ad ea quae sequuntur Zoega sic pergit: *pariterque quod olim ipse Iesum puerum, qui parvulum a ceraste morsum in vitam revocaverat, dextra aure traxisset* (ab his igitur differt Arabs), *monens ut ab operibus invidiam sibi conflantibus abstineret.*

Digitized by Google

gens autem mater mea, virgo illibata, et accedens ad me dixit O mi fili dilecte, iamiam moritur hic pius senex Iosephus. Et respondi ego O mater mea amantissima, utique omnibus creaturis, quae in hoc mundo generantur, eadem incumbit moriendi necessitas: mors enim in universum genus humanum ius obtinet. Tibi etiam, o mater mea virgo, idem ac reliquis mortalibus vitae exitus expectandus est. Attamen mors tua, ut et mors huius pii, mors non est sed vita perennis in aeternum. Quin oportet etiam me emori qua corpus quod a te suscepi. Verum surge, o mater mea veneranda, ito et ingredere ad Iosephum senem benedictum, ut videas quid adscendente (de corpore anima) eius continget [6]).

Caput XIX.

Ibat [7]) igitur Maria mater mea pura et ingrediebatur locum ubi erat Iosephus. Atque ego ad pedes eius sedebam, illum respiciens; signa vero mortis iam apparuere in vultu eius. At senex ille benedictus levato capite et defixis oculis faciem meam intuebatur: nulla tamen me alloquendi ipsi vis inerat ob mortis qui eum circumseptum tenuit dolorem; sed multa trahebat suspiria. Ego autem manus eius per unius integrae horae spatium tenui: et conversa ille ad me facie indicabat ne ipsum desererem. Imposita deinceps pectori eius manu mea deprehendi animam eius iam faucibus vicinam abitum parare de suo receptaculo.

Caput XX.

Ut autem conspexit me mater mea virgo tangentem corpus eius, tetigit et illa pedes. Atque inveniens illos iam emortuos et calore destitutos, dixit mihi O fili mi dilecte, profecto incipiunt iam pedes eius frigescere et nivis algorem

6) Pergit Zoega *Haec audiens Iesus plorat, secum reputans amaritudinem mortis et diem quando Iudaei eum pro salute totius mundi in crucem essent sublaturi. Mox vocat matrem suam.*

7) Pergit Zoega *considuntque ipse ad caput, illa ad pedes Iosephi agonizantis.*

Digitized by Google

ore meo omniumque amantium illud. Ocu
ris quae audis, exaudi me. Ego servus tuus
te veneror, et coram te lacrimas meas effund
deus meus, tu es dominus meus, quemadm
pissime retulit angelus, praecipue autem eo d
animus meus cogitationibus perversis ob pu
dictam Mariam in utero gestantem, quamque
mittere cogitabam. Haec vero mihi meditanti
per quietem angeli domini miro mysterio dic
Iosephe fili David, ne timeas accipere Mariam s
neque contristeris, neque verba indecora loqua
ptione eius, quia gravida est de spiritu sancto et
cuius nomen vocabitur Iesus: ille enim salvum
lum suum a peccatis eorum. Ne autem ob hanc c
male cupias, o domine: ignoravi enim mysterium
tuae[5]). Recordor etiam, mi domine, diei istius
serpentis puer iste necabatur. Voluerunt autem
eius tradere te Herodi, dicentes te interfecisse illu
suscitatum a mortuis eum illis reddidisti. Tunc ego
et prehensa manu tua dixi Mi fili, cave tibi. At t
disti mihi Nonne tu es pater meus secundum carnem?
te quis ego sum. Nunc igitur, o domine et deus mi
succenseas vel condemnes me propter illam hora
servus tuus et filius ancillae tuae; tu vero es
deus et servator meus, filius dei certissime.

Caput XVIII.

Haec ubi dixerat pater meus Iosephu
non potuit. Et conspexi mortem iam ipsi

5) Pergit Zoega in exhibendo Sahidici textus ar
solaturus. Supplicat Ioseph Iesum, dominum suum
torem, redemptorem, deum verum et perfectum; ve
gitasset de matre eius domo pellenda, donec ab
ceptione eius e spiritu sancto. Statim ad ea
pariterque quod olim ipse Iesum puerum,
revocaverat, dextra aure traxisset (ab hi
ribus invidiam sibi conflantibus abstine

Digitized by Google

gens autem mater mea, vi-
xit O mi fili dilecte, iamiam
Et respondi ego O mater m
creaturis, quae in hoc mu
moriendi necessitas: mors
num ius obtinet. Tibi eti
reliquis mortalibus vitae e
mors tua, ut et mors huius
nis in aeternum. Quin o
quod a te suscepi. Veru
ito et ingredere ad Iosep
quid adscendente (de cor

C

Ibat [7]) igitur Maria n
cum ubi erat Iosephus.
illum respiciens; signa v
eius. At senex ille bene
faciem meam intuebatur:
inerat ob mortis qui eum
multa trahebat suspiria.
integrae horae spatium
indicabat ne ipsum d
eius manu mea depre
abitum parare de su

Ut autem co
pus eius, tetig
emortuos et c
profecto inci

6) Per ens Iesus
tis et diem pro salute
Mox vo ique ipse ad

Digitized by Google

cum beneplacito patris mei et consilio spiritus sancti. Et incarnatus fui de illa, mysterio creaturarum rationis captum superante. Sed elapsis a conceptione tribus mensibus rediit vir iustus (Iosephus) de loco ubi artem suam exercuit; atque ubi deprehendit virginem matrem meam gravidam, mente conturbatus cogitavit eam clanculum dimittere. Prae timore etiam, tristitia et pectoris sui angustia nec edere nec bibere illo die sustinuit.

Caput VI.

Sub medio autem die apparuit ipsi angelorum princeps sanctus Gabriel in somnio, mandato instructus patris mei, et dixit illi Iosephe fili David, ne timeas accipere Mariam sponsam tuam: quippe concepit de spiritu sancto, et pariet filium, cuius nomen appellabitur Iesus. Hic ille (est) qui gubernabit omnes gentes sceptro ferreo. (Haec prolocutus) discessit ab eo angelus. Surrexit vero Iosephus de somno suo, et fecit quemadmodum ipsi dixerat angelus domini: et permansit Maria apud illum.

Caput VII.

Interiecto deinde tempore prodiit mandatum ab Augusto Caesare (et) rege ut describeretur universus orbis habitabilis, unusquisque in civitate sua. Surgens itaque senex iustus Iosephus accepit (secum) Mariam virginem, et venerunt Bethlehemum, quia instabat partus eius. Inscripsit autem (Iosephus) nomen suum catalogo: nam Iosephus filius David, cuius sponsa (erat) Maria, fuit de tribu Iuda. Et quidem Maria mater mea peperit me Bethlehemi, in spelunca proxima sepulcro Rachel uxoris Iacobi patriarchae, quae (fuit) mater Iosephi et Beniamin.

Caput VIII.

Sed satanas ivit retulitque (hoc) Herodi Magno, patri Archelai. Idemque hic Herodes (erat) qui capite truncari

Digitized by Google

iussit Iohannem amicum et cognatum meum. Proinde me diligenter perquisivit, existimans regnum meum fore de hoc mundo. Verum admonitus fuit (hac de re) Iosephus senex ille pius per somnium. Ideo surgens accepit Mariam matrem meam, et ego in ipsius sinu (recubui); comitem etiam itineris ipsis se praebuit Salome. Profectus ergo domo in Aegyptum secessit, permansit(que) ibi spatium unius integri anni, donec transiit invidia Herodis.

Caput IX.

Obiit vero (Herodes) pessimo mortis genere, poenam luens effusi puerorum sanguinis, quos e medio inique sustulit quum ipsis non inesset peccatum. Atque exstincto tyranno isto impio Herode reversi sunt (cum Iesu parentes) in terram Israelis, et habitarunt in urbe Galilaeae quae appellatur Nazareth. Iosephus autem professionem artis lignariae repetens manuum suarum opere vitam sustinuit: neque enim alieno labore victum gratis quaerebat unquam, quemadmodum (olim) praeceperat lex Mosis.

Caput X.

Tandem increscentibus annis provectae aetatis senex evasit. Nulla tamen corporis laboravit infirmitate, nec defecit visus neque ullus de ore eius dens periit; mente quoque toto aetatis tempore nunquam deliravit: sed similis puero iuvenilem semper in negotiis suis vigorem praestitit, et membra eius integra permanserunt omni(que) dolore vacua. Tota autem eius vita centum constabat et undecim annis, producta quam diutissime ipsius senecta.

Caput XI.

Iustus vero et Simeon seniores Iosephi filii ductis uxoribus in familias suas abiverunt. Ambae pariter nupserunt filiae et in suas secesserunt aedes. At remanebant in domo Iosephi Iuda et Iacobus minor nec non mater mea virgo. Ego insuper

Digitized by Google

una cum illis (ibidem) permansi, haud aliter ac si unus fuissem de filiis eius. Transegi autem omnem aetatem meam sine culpa. Mariam appellavi matrem meam et Iosephum patrem, atque in omnibus quae dixerunt morem ipsis gessi: neque repugnavi illis unquam sed obtemperavi eis, ut facere solent reliqui quos terra producit homines: nec iram illis concitavi ullo die, aut verbum aliquod seu responsum (duriusculum) ipsis opposui; e contrario ingenti eos prosecutus sum amore, ceu pupillam oculi.

Caput XII.

Contigit post haec ut adpropinquaret mors senis illius pii Iosephi ipsiusque de hoc mundo exitus, more reliquorum hominum qui huic terrae ortum debent. Atque nutante ad interitum corpore eius indicavit ipsi angelus domini iam instare mortis horam. Proinde eum timor et ingens animi perturbatio invasit. Surgens autem abivit Hierosolymam, et ingressus templum domini effusisque ibi coram sanctuario precibus dixit

Caput XIII.

„O deus, (qui) auctor (es) omnis solatii, deus omnis misericordiae et dominus universi humani generis, deus (inquam) animae spiritus et corporis mei. Supplex te veneror, o domine et deus mi: si iam consummati sunt dies mei, tempusque adest quo mihi exeundum est ex hoc mundo, mittas (, quaeso, mihi) Michaelem magnum, angelorum tuorum sanctorum principem; maneat(que) mecum, ut egrediatur anima mea misera ex aerumnoso hoc corpore sine molestia, sine terrore et impatientia. Etenim ingens timor et tristitia vehemens omnia occupat corpora in die mortis eorum, sive mas sit sive femina, sive bestia sive fera, quicquid vel humi reptat vel in aere volitat: in summa creaturae omnes quae (sunt) sub coelo quibus(que) inest vitalis spiritus horrore concutiuntur, metu magno et lassitudine ingenti discedentibus de

Digitized by Google

corporibus suis illarum animabus. Nunc igitur, o domine et deus mi, adsit auxilio suo angelus tuus sanctus animae meae et corpori, donec a se invicem dissolventur. Neque facies angeli mihi ad custodiam inde a formationis meae die designati aversa sit a me; verum praebeat se mihi itineris socium, usque dum me ad te perduxerit: sit vultus eius mihi amoenus et hilaris, et comitetur me in pace. Ne autem permittas ut (daemones) adspectu formidabiles accedant ad me in via qua iturus sum, donec ad te feliciter perveniam. Neque sinas ut ostiarii animam meam ingressu (paradisi) prohibeant. Neque detegendo delicta me probro exponas coram tribunali tuo terribili. Neque irruant in me leones. Neque prius submergant animam meam fluctus maris ignei — hoc (enim) omnis pertransire debet anima —, quam gloriam divinitatis tuae conspexero. O deus, iustissime iudex, qui in iustitia et aequitate mortales iudicabis et retribues unicuique secundum opera eius, o domine (quaeso) et deus mi, adesto mihi misericordia tua, et viam meam illumina ut perveniam ad te: tu (enim) es fons omnibus abundans bonis et gloria in aeternum, amen."

Caput XIV.

Factum deinde est cum domum suam in urbe Nazareth rediit, ut morbo correptus lecto teneretur. Atque hoc erat illud tempus quo diem obiit, sicut destinatum est omnibus hominibus. Graviter autem hoc morbo laborabat, neque ut in praesentia aegrotaverat unquam a nativitatis suae ortu. Et ita certe res Iosephi iusti disponere Christo placuit. Quadraginta (vixit) annos ante initum matrimonium: mansit deinde uxor sub tutela eius quadraginta et novem annos, (quibus elapsis) mortua est. Uno autem post mortem eius anno commissa ipsi (Iosepho) fuit mater mea beata Maria a sacerdotibus, ut eam custodiret usque ad tempus nuptiarum. Biennium illa in domo eius consumsit (nulla re memorabile): at tertio commorationis eius anno apud Iosephum, suae vero

Digitized by Google

aetatis decimo quinto, peperit me in terra mysterio, quod nec penetrare nec capere potest ulla creatura, nisi ego paterque mens et spiritus sanctus, unam mecum constituens essentiam [2]).

Caput XV.

Tota itaque aetas patris mei, senis illius iusti, centum confecit et undecim annos, ita decernente patre meo (coelesti). Et dies quo deseruit anima corpus eius erat vigesimus sextus mensis Abib [3]). Coepit enim iam aurum exquisitum splendorem perdere et argentum usu deteri, intellectum innuo et scientiam eius. Cibum quoque fastidivit et potum, atque cessavit peritia artis fabrilis lignariae neque eius ullam amplius rationem habuit. Contigit igitur prima luce vigesimi sexti diei (mensis) Abib ut inquieta redderetur anima senis Iosephi iusti (decumbentis) in lecto suo. Quare aperuit os suum suspiria edens, manusque suas adversus invicem collisit, et alta voce exclamavit in hunc modum dicens

Caput XVI.

„Vae [4]) diei quo natus sum in mundum. Vae utero qui

X, 1. γωνίᾳ: uterque codex γονίᾳ | ἔπεσεν: ita Dresd; Bonon καὶ ἔπεσεν | Dresd et Bonon ἡ ἀξύνη. Dresd etiam διέσχυσεν | ἔξαιμος: Dresd et Bonon ἐξ αἵματος. Sinaiticus codex recte ἔξαιμος.

2. τὸ παιδ. Ἰησοῦς: ita Dresd; Bonon τὸ παιδ. ὁ Ἰησοῦς | πόδαν: ita uterque codex | τῷ νεανίσκῳ: Dresd τὸν νεανίσκον, Bonon τὸ νεανίσκον | προσεκύνησαν τὸ παιδίον -- ἐν τῷ παιδ. τούτῳ: ita Dresd; Bonon nil nisi προσεκύνησαν τὸ παιδ. τοῦτο.

XI, 1. πέμπει: Bonon πέμπ. δέ | δεδωκώς: ita uterque codex. Thilo edidit δεδωκυῖα, sed nescio an praestet hunc soloecismum cum tot aliis servare. | συγκρούσας: non cum Thilone scribendum puto συγκρούσασα. Eodem enim soloecismo dictum est in Sinaitico codice (cf. B X, 1.) πορευόμενος δὲ συνετρίβη etc.

2. ὅπερ ἦν βεβλημένος: ita Dresd; Bonon ὅνπερ ἦν βεβλημένου | ὕδωρ: ita uterque codex. Mingar. et Thil. correxerunt ὕδατος | κατεφίλει: Bonon κατεφίλησεν | ἔβλεπ. αὐτόν: Dresd et Bonon ἔβλ. αὐτό.

Digitized by Google

τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ἵνα σπείρει σῖτον εἰς τὴν χώραν αὐτῶν· καὶ ἐν τῷ σπείρειν τὸν πατέρα αὐτοῦ ἔσπειρε καὶ τὸ παιδίον Ἰησοῦς ἕνα κόκκον σίτου. [2] Καὶ θερίσας καὶ ἀλωνίσας ἐποίησε κόρους ρ, καὶ καλέσας πάντας τοὺς πτωχοὺς τῆς κώμης εἰς τὴν ἄλωνα ἐχαρίσατο αὐτοῖς τὸν σῖτον· καὶ Ἰωσὴφ ἔφερεν τὸ καταλειφθὲν τοῦ σίτου. ἦν δὲ ἐτῶν η̄ ὅτε τοῦτο ἐποίησε τὸ σημεῖον.

Caput XIII.

[1] Ὁ δὲ πατὴρ αὐτοῦ τέκτων ἦν, καὶ ἐποίει ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἄροτρα καὶ ζυγούς. ἐπετάγη αὐτῷ κράββατος παρά τινος πλουσίου ὅπως ποιήσει αὐτῷ. τοῦ δὲ ἑνὸς κανόνος τοῦ καλουμένου ἐναλλάκτου ὄντος κολοβωτέρου, μὴ ἔχοντες τί ποιῆσαι, εἶπεν τὸ παιδίον ὁ Ἰησοῦς τῷ πατρὶ αὐτοῦ Ἰωσήφ Θὲς κάτω τὰ δύο ξύλα, καὶ ἐκ τοῦ μέσου μέρους ἰσοποίησον αὐτά. [2] Καὶ ἐποίησεν Ἰωσὴφ καθὼς εἶπεν αὐτῷ τὸ παιδίον. ἔστη δὲ ὁ Ἰησοῦς ἐκ τοῦ ἑτέρου μέρους καὶ ἐκράτησεν τὸ κολοβώτερον ξύλον, καὶ ἐκτείνας αὐτὸ ἴσον ἐποίησεν τοῦ ἄλλου. καὶ εἶδεν ὁ πατὴρ αὐτοῦ Ἰωσὴφ καὶ ἐθαύμασε, καὶ περιλαβὼν τὸ παιδίον κατεφίλει λέγων Μακάριός εἰμι, ὅτι τὸ παιδίον τοῦτο δέδωκέ μοι ὁ θεός.

XII, 1. ἵνα σπείρει: ita uterque codex. Mingar. et Thil. correxerunt ἵνα σπείρῃ | σῖτον: Dresd σίτον, item infra | παιδίον Ἰησοῦς: ita Dresd et Bonon; sed Dresd supra lineam post παιδίον adscriptum habet ὁ. | κόκκον σίτου: Dresd κόκκ. σίτον

2. ἀλωνίσας: Dresd ἀλονήσας, Bonon ἀλονήσας. Mingar. scribi voluit ἀλονήσας vel ἀλωνίσας. Cum Thilone probavimus ἀλωνίσας, quamquam, ut idem notavit, cum pari probabilitate scribi potest ἀλοήσας. | κόρους: uterque codex κάρους | τὴν ἄλωνα: uterque codex τὸν ἄλωνα | καταλειφθέν: Dresd ex emendatione καταληφθέν | ἐποίησε: Bonon ἐποίησας.

XIII, 1. ἦν, καὶ ἐποίει: in utroque codice desideratur καί. Mingarellius malebat ὢν ἐποίει. | ποιήσει: ita uterque codex. Thilo edidit ποιήσῃ | ἐναλλάκτου ὄντος κολοβωτέρου, μὴ ἔχοντες τί ποιῆσαι: ita de coniectura, quam Thilo iam praeiverat, scripsimus. Codices habent ἐναλλάκτου μὴ ἔχοντος τί ποιῆσαι. Praeterea Thilo scribi malebat ἔχοντές τι, quod nobis non videtur. | Ἰωσήφ: ita Dresd; Bonon τῷ Ἰωσήφ | ξύλα: Bonon ξύτα, et infra ξύτον.

2. ἐποίησεν τοῦ ἄλλου: ita Dresd; Bonon ἐπ. αὐτοῦ ἄλλου, pro quibus Mingarellius reponi volebat αὐτὸ ἄλλῳ | καὶ ἐθαύμασε: Bonon om καί | κατεφίλει: Bonon κατεφίλησε.

Digitized by Google

CAPUT XIV.

[1] Ἰδὼν δὲ Ἰωσὴφ τὸν νοῦν τοῦ παιδίου καὶ τὴν ἡλικιότητα, ὅτι ἀκμάζει, πάλιν ἐβουλεύσατο μὴ εἶναι αὐτὸ ἄπειρον τῶν γραμμάτων, καὶ ἀπαγαγὼν αὐτὸ παρέδωκεν ἑτέρῳ διδασκάλῳ. εἶπε δὲ ὁ διδάσκαλος τῷ Ἰωσήφ Πρῶτον παιδεύσω αὐτὸ τὰ ἑλληνικά, ἔπειτα τὰ ἑβραϊκά. ἤδει γὰρ ὁ διδάσκαλος τὴν πεῖραν τοῦ παιδίου, καὶ ἐφοβήθη αὐτό· ὅμως γράψας τὸν ἀλφάβητον ἐπετήδευεν αὐτὸ ἐπὶ πολλὴν ὥραν, καὶ οὐκ ἀπεκρίνατο αὐτῷ. [2] Εἶπε δὲ αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς Εἰ ὄντως διδάσκαλος εἶ, καὶ εἰ οἶδας καλῶς τὰ γράμματα, εἰπέ μοι τοῦ ἄλφα τὴν δύναμιν, κἀγώ σοι ἐρῶ τὴν τοῦ βῆτα. πικρανθεὶς δὲ ὁ διδάσκαλος ἔκρουσεν αὐτοῦ εἰς τὴν κεφαλήν. τὸ δὲ παιδίον πονέσας κατηράσατο αὐτόν, καὶ εὐθέως ἐλιποθύμησε καὶ ἔπεσεν χαμαὶ ἐπὶ πρόσωπον. [3] Ἀπεστράφη δὲ τὸ παιδίον εἰς τὸν οἶκον Ἰωσήφ. Ἰωσὴφ δὲ ἐλυπήθη, καὶ παρήγγειλε τῇ μητρὶ αὐτοῦ ὅπως ἔξω τῆς θύρας μὴ ἀπολύσεις αὐτόν, διότι ἀποθνήσκουσιν οἱ παροργίζοντες αὐτόν.

CAPUT XV.

[1] Μετὰ δὲ χρόνον τινὰ ἕτερος πάλιν καθηγητής, γνήσιος φίλος ὢν τοῦ Ἰωσήφ, εἶπεν αὐτῷ Ἄγαγέ μοι τὸ παιδίον εἰς τὸ παιδευτήριον· ἴσως ἂν δυνηθῶ ἐγὼ μετὰ κολακείας διδάξαι αὐτὸ τὰ γράμματα. καὶ εἶπεν Ἰωσήφ Εἰ θαρρεῖς, ἀδελφέ, ἔπαρον

XIV, 1. Ἰωσήφ: ita Dresd; Bonon ὁ Ἰωσήφ | παιδίου: ita Bonon; Dresd παιδός | παρέδωκεν: uterque codex παρέδωκαν | ἤδει: codices ᾔδει. Mingar. et Thil. probaverunt οἶδε | πεῖραν τ. παιδίου: Dresd πείραν τ. παιδός | ὅμως: Bonon ὅπως | ἐπετήδευεν: ita cum Mingar. et Thilone. Codices ἐπετήχευεν. Thilo „*nobis in mentem venerat* ἐπέτυχεν *vel* ἐνέτυχεν αὐτῷ (*locutus est cum eo*), *propter seqq.* καὶ οὐκ ἀπεκρ. αὐτῷ (*fortasse* αὐτό)."

2. τὴν τοῦ βῆτα: Dresd om τοῦ | πονέσας: ita uterque codex | ἐλιποθύμησε: codices ἐλυποθύμησε

3. Ἀπεστράφη: codices ἀπεστράφην | ἀπολύσεις: in Dresd correctum esse videtur ἀπολύσῃς | ἀποθνήσκουσιν: Dresd -σκωσιν.

XV, 1. φίλος ὤν: codex uterque φίλ. ἦν | κολακείας: Thilo servandum duxit κολακίας, quod in codicibus est | διδάξαι: codices διδάξω, quo servato Mingarellius vertit *fortasse ego eum docebo, si potero, litteras cum blanditiis* | Εἰ: Bonon Εἰς | ἔπαρον: hio accentus in Dresd est (itemque ut videtur in Bonon),

Digitized by Google

αὐτὸ μετὰ σεαυτοῦ. καὶ λαβὼν αὐτὸ μετ' αὐτοῦ μετὰ φόβου καὶ ἀγῶνος πολλοῦ, τὸ δὲ παιδίον ἡδέως ἐπορεύετο. [2] Καὶ εἰσελθὼν θρασὺς εἰς τὸ διδασκαλεῖον εὗρε βιβλίον κείμενον ἐν τῷ ἀναλογίῳ, καὶ λαβὼν αὐτὸ οὐκ ἀνεγίνωσκε τὰ γράμματα τὰ ἐν αὐτῷ, ἀλλὰ ἀνοίξας τὸ στόμα αὐτοῦ ἐλάλει πνεύματι ἁγίῳ, καὶ ἐδίδασκε τὸν νόμον τοὺς περιεστῶτας. ὄχλος δὲ πολὺς συνελθόντες παριστήκεισαν ἀκούοντες αὐτοῦ, καὶ ἐθαύμαζον ἐν τῇ ὡραιότητι τῆς διδασκαλίας αὐτοῦ καὶ τῇ ἑτοιμασίᾳ τῶν λόγων αὐτοῦ, ὅτι νήπιον ὢν τοιαῦτα φθέγγεται. [3] Ἀκούσας δὲ Ἰωσὴφ ἐφοβήθη, καὶ ἔδραμεν εἰς τὸ διδασκαλεῖον λογισάμενος μὴ οὗτος ὁ καθηγητής ἐστιν ἄπειρος. εἶπε δὲ ὁ καθηγητὴς τῷ Ἰωσὴφ Ἵνα εἰδῇς, ἀδελφέ, ὅτι ἐγὼ μὲν παρέλαβον τὸ παιδίον ὡς μαθητήν, αὐτὸ δὲ πολλῆς χάριτος καὶ σοφίας μεστόν ἐστιν· καὶ λοιπὸν ἀξιῶ σε, ἀδελφέ, ἆρον αὐτὸ εἰς τὸν οἶκόν σου. [4] Ὡς δὲ ἤκουσεν τὸ παιδίον ταῦτα, εὐθέως προσεγέλασεν αὐτῷ καὶ εἶπεν Ἐπειδὴ ὀρθῶς ἐλάλησας καὶ ὀρθῶς ἐμαρτύρησας, διὰ σὲ κἀκεῖνος ὁ πληγωθεὶς ἰαθήσεται. καὶ παραυτὰ ἰάθη ὁ ἕτερος καθηγητής. παρέλαβε δὲ Ἰωσὴφ τὸ παιδίον καὶ ἀπῆλθεν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ.

---

non ἐπᾶρον | λαβὼν αὐτό: Bonon λαβ. αὐτόν | ἀγῶνος: ita scripsimus cum Thilone pro ἀγόνου, quod codices habent.

2. θρασὺς εἰς: codices θρασυνῆς. Mingarellius legi voluit καὶ εἰσελθὸν θρασὺ εἰς, pro quibus praestat edere κ. εἰσελθὼν θρασὺ εἰς | ἀναλογίῳ: Mingarellius corrigi volebat ἀναλογείῳ | ὄχλος δὲ -- ἐθαύμαζον: ita maximam partem ex Dresd edidimus praeeunte Thilone. In eo enim sic scriptum est: καὶ ἀκούοντες αὐτῷ. ὄχλος δὲ πολ. συνελθ. παριστήκησαν (sic, quod παριστήκεισαν edidimus. Thilo παρεστήκεισαν) ἀκούοντες αὐτῷ, καὶ ἐθαύμαζον. Contra Bononiensis haec tantum habet: καὶ ἀκούοντες αὐτοῦ, καὶ ἐθαύμαζον | νήπιον ὢν: Bonon ὢν om

3. καὶ ἔδραμεν εἰς τὸ -- ἄπειρος: ita Dresd; Bonon καὶ ἔδραμεν ἄπειρος, omissis mediis. Praeterea sensus verborum μὴ οὐτ. ὁ καθηγ. ἐστιν ἄπειρος satis aptus esse videtur. Alioquin suspicari possis legendum esse μὴ οὐτ. ὁ καθ. ἔσται ἀνάπηρος. Cf. supra cap. VIII, 2. et Pseudo-Matth. XXXIX. Hoc loco gemino id ipsum quod coniecimus confirmatur verbis his *Quod cum audisset Ioseph, currendo venit ad ianuam, timens ne ipse didascalus moreretur.* | εἰδῇς: ita etiam Thiloni scribendum videbatur. Codices ἴδῃς.

4. καὶ παραυτὰ ἰάθη ὁ ἕτ. καθ.: ita Bonon; Dresd καὶ εὐθέως ὁ ἕτ. καθ. ἰάθη | Ἰωσήφ: ita Dresd; Bonon ὁ Ἰωσήφ.

Digitized by Google

CAPUT XVI.

Ἔπεμψε δὲ Ἰωσὴφ τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν Ἰάκωβον τοῦ δῆσαι ξύλα καὶ φέρειν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ· ἠκολούθει δὲ καὶ τὸ παιδίον Ἰησοῦς αὐτῷ. καὶ συλλέγοντος τοῦ Ἰακώβου τὰ φρύγανα, ἔχιδνα ἔδακε τὴν χεῖραν Ἰακώβου. [2] Καὶ κατατεινομένου αὐτοῦ καὶ ἀπολλυμένου προσήγγισεν ὁ Ἰησοῦς καὶ κατεφύσησε τὸ δῆγμα· καὶ εὐθέως ἐπαύσατο ὁ πόνος, καὶ τὸ θηρίον ἐρράγη, καὶ παραυτὰ ἔμεινεν ὁ Ἰάκωβος ὑγιής.

CAPUT XVII.

[1] Μετὰ δὲ ταῦτα ἐν τῇ γειτονίᾳ τοῦ Ἰωσὴφ νοσῶν τι νήπιον ἀπέθανεν, καὶ ἔκλαιεν ἡ μήτηρ αὐτοῦ σφόδρα. ἤκουσε δὲ ὁ Ἰησοῦς ὅτι πένθος μέγα καὶ θόρυβος γίνεται, καὶ ἔδραμε σπουδαίως· καὶ εὑρὼν τὸ παιδίον νεκρόν, καὶ ἥψατο τοῦ στήθους αὐτοῦ καὶ εἶπεν Σοὶ λέγω, βρέφος, μὴ ἀποθάνῃς ἀλλὰ ζῆσον, καὶ ἔστω μετὰ τῆς μητρός σου. καὶ εὐθὺς ἀναβλέψας ἐγέλασεν, εἶπε δὲ τῇ γυναικί Ἆρον αὐτὸ καὶ δὸς γάλα, καὶ μνημόνευέ μου. [2] Καὶ ἰδὼν ὁ παρεστὼς ὄχλος ἐθαύμασεν, καὶ εἶπον Ἀληθῶς τὸ παιδίον τοῦτο ἢ θεὸς ἦν ἢ ἄγγελος θεοῦ, ὅτι πᾶς λόγος αὐτοῦ ἔργον ἐστὶν ἕτοιμον. καὶ ἐξῆλθεν ὁ Ἰησοῦς ἐκεῖθεν παίζων μετὰ καὶ ἑτέρων παιδίων.

CAPUT XVIII.

[1] Μετὰ δὲ χρόνον τινὰ οἰκοδομῆς γενομένης καὶ θορύβου μεγάλου, ἵστατο ὁ Ἰησοῦς καὶ ἀπῆλθεν ἕως ἐκεῖ. καὶ ἰδὼν ἄν-

---

XVI, 1. ξύλα καὶ φέρειν: ita Dresd; Bonon ξύτα καὶ φέρει | τὸ παιδίον Ἰησοῦς: supplevimus Ἰησοῦς (scribi solitum ις), quod in utroque codice deest | χεῖραν: ita uterque codex

2. κατατεινομένου: codices κατατιναμένου. Mingar. et Thil. κατατειναμένου probarunt; sed addidit Thilo „*fortasse rectius* κατατεινομένου." | ἀπολλυμένου: codices ἀπολυμένου | προσήγγισεν: Dresd προσίγγησεν; Bonon προήγγισεν.

XVII, 1. νοσῶν: ita uterque codex. Correxerunt Mingar. et Thil. νοσοῦν | καὶ ἥψατο: ita rursus uterque. | Σοὶ λέγω: omnino *σοί* legendum est pro σύ, quod codd. habent. Bonon praeterea λέγων. | ἔστω: Dresd ἔστο. Mingar. et Thil. (cum Bonon ut videtur) ἔσο.

2. μετὰ καί: ita Dresd; Mingar. et Thil. (cum Bonon ut videtur) καὶ μετά.

Digitized by Google

θρωπον νεκρὸν κείμενον ἐπελάβετο τῆς χειρὸς αὐτοῦ καὶ εἶπεν Σοὶ λέγω, ἄνθρωπε, ἀνάστα, ποίει τὸ ἔργον σου. καὶ εὐθέως ἀναστὰς προσεκύνησεν αὐτόν. [2] Ἰδὼν δὲ ὁ ὄχλος ἐθαύμασεν καὶ εἶπεν Τοῦτο τὸ παιδίον οὐράνιόν ἐστιν· πολλὰς γὰρ ψυχὰς ἔσωσεν ἐκ θανάτου, καὶ ἔχει σῶσαι ἕως πάσης τῆς ζωῆς αὐτοῦ.

Caput XIX.

[1] Ὄντος δὲ αὐτοῦ δωδεκαετοῦς ἐπορεύοντο οἱ γονεῖς αὐτοῦ κατὰ τὸ ἔθος εἰς Ἱερουσαλὴμ εἰς τὴν ἑορτὴν τοῦ πάσχα μετὰ τῆς συνοδίας αὐτῶν, καὶ μετὰ τὸ πάσχα ὑπέστρεφον εἰς τὸν οἶκον αὐτῶν. καὶ ἐν τῷ ὑποστρέφειν αὐτοὺς ἀνῆλθε τὸ παιδίον Ἰησοῦς εἰς Ἱεροσόλυμα· οἱ δὲ γονεῖς αὐτοῦ ἐνόμισαν αὐτὸν ἐν τῇ συνοδίᾳ εἶναι. [2] Ὁδευσάντων δὲ ὁδὸν ἡμέρας μιᾶς, ἐζήτουν αὐτὸν ἐν τοῖς συγγενέσιν αὐτῶν, καὶ μὴ εὑρόντες αὐτὸν ἐλυπήθησαν, καὶ ὑπέστρεψαν πάλιν εἰς τὴν πόλιν ζητοῦντες αὐτόν. καὶ μετὰ τρίτην ἡμέραν εὗρον αὐτὸν ἐν τῷ ἱερῷ καθεζόμενον ἐν μέσῳ τῶν διδασκάλων καὶ ἀκούοντα τοῦ νόμου καὶ ἐρωτῶντα αὐτούς. προσεῖχον δὲ πάντες καὶ ἐθαύμαζόν, πῶς παιδίον ὑπάρχων ἀποστομίζει τοὺς πρεσβυτέρους καὶ διδασκάλους τοῦ λαοῦ, ἐπιλύων τὰ κεφάλαια τοῦ νόμου καὶ τὰς παραβολὰς τῶν προφητῶν. [3] Προσελθοῦσα δὲ ἡ μήτηρ αὐτοῦ Μαρία εἶπεν αὐτῷ Ἵνα τί τοῦτο ἐποίησας ἡμῖν, τέκνον; ἰδοὺ ὀδυνώμενοι ἐζητοῦμέν σε. καὶ εἶπεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς Τί με ζητεῖτε; οὐκ οἴδατε ὅτι ἐν τοῖς τοῦ πατρός μου δεῖ εἶναί με; [4] Οἱ δὲ γραμματεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι εἶπον Σὺ εἶ μήτηρ τοῦ παιδίου τούτου; ἡ δὲ εἶπεν Ἐγώ εἰμι. καὶ εἶπον αὐτῇ Μακαρία σὺ εἶ ἐν γυναιξίν, ὅτι ηὐλόγησεν ὁ θεὸς τὸν καρπὸν τῆς κοιλίας σου· τοιαύτην γὰρ δόξαν καὶ

XVIII, 1. νεκρὸν κείμενον: ita Dresd; Bonon κείμ. νεκρόν | ἐπελάβετο: Bonon ἐπεβάλετο.

XIX, 1. τὸ παιδ. Ἰησοῦς: ita Dresd; Bonon τὸ παιδ. ὁ Ἰησ.

2. ὑπέστρεψαν: uterque codex ὑποστρέψαντες | καὶ ἀκούοντα τοῦ νόμου: ad haec uterque codex addita habet καὶ ἀκούοντα. Thiloni delenda videbantur potius ea quae servavimus καὶ ἀκούοντα τοῦ νόμου | ὑπάρχων: codices ὑπάρχει.

3. Ἵνα τί: ita Dresd; Bonon om τί | ὀδυνώμενοι: codices ὀδυνόμενοι, unde Mingarellius male adscripsit ὠδινόμενοι.

4. καὶ οἱ Φαρισαῖοι: ita Dresd; Bonon om οἱ | Μακαρία σὺ εἶ: ita Dresd; Bonon om εἶ

Digitized by Google

τοιαύτην ἀρετὴν καὶ σοφίαν οὔτε ἴδομεν οὔτε ἠκούσαμέν ποτε. 5 Ἀναστὰς δὲ Ἰησοῦς ἠκολούθησεν τῇ μητρὶ αὐτοῦ, καὶ ἦν ὑποτασσόμενος τοῖς γονεῦσιν αὐτοῦ. ἡ δὲ μήτηρ αὐτοῦ διετήρει πάντα τὰ γενόμενα. ὁ δὲ Ἰησοῦς προέκοπτε σοφίᾳ καὶ ἡλικίᾳ καὶ χάριτι· αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

5. τ. γον. αὐτοῦ: ita Dresd; Bonon τ. γ. αὐτῶν | τῶν αἰώνων: ita Dresd; Bonon om.

Digitized by Google

ΣΥΓΓΡΑΜΜΑ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΑΠΟΣΤΟΛΟΥ ΘΩΜΑ ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΠΑΙΔΙΚΗΣ ΑΝΑΣΤΡΟΦΗΣ ΤΟΥ ΚΥΡΙΟΥ.

Caput I.

Ἀναγκαῖον ἡγησάμην ἐγὼ Θωμᾶς ὁ Ἰσραηλίτης γνωρίσαι πᾶσι τοῖς ἐξ ἔθνους ἀδελφοῖς τὰ παιδικὰ μεγαλεῖα ὅσα ἐποίησεν ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἀναστρεφόμενος σωματικῶς ἐν πόλει Ναζαρέτ, ἐλθὼν ἐν πέμπτῳ ἔτει τῆς αὐτοῦ ἡλικίας.

Caput II.

[1] Μιᾷ τῶν ἡμερῶν βροχῆς γενομένης ἐξελθὼν τοῦ οἴκου οὗ ἦν ἡ μήτηρ αὐτοῦ ἔπαιζεν ἐν τῇ γῇ, ἔνθα κατέρρεον ὕδατα· καὶ ποιήσας λάκκους, κατήρχοντο τὰ ὕδατα, καὶ ἐπλήθησαν οἱ λάκκοι ὕδατος. εἶτα λέγει Θέλω ἵνα γένησθε καθαρὰ καὶ ἐνάρετα ὕδατα. καὶ εὐθέως ἐγένοντο. [2] Διερχόμενος δέ τις παῖς Ἄννα τοῦ γραμματέως καὶ βαστάζων βαῦδον ἐξ ἰτέας κατέστρεψε τοὺς λάκκους διὰ τῆς βαύδου, καὶ ἐξεχύθη τὰ ὕδατα. καὶ στραφεὶς ὁ Ἰησοῦς ἔφη αὐτῷ Ἀσεβὴ καὶ παράνομε, τί σε ἠδίκησαν οἱ λάκκοι καὶ ἐξεκένωσας αὐτούς; οὐ μὴ ἀπελεύσει τὴν ὁδόν σου, καὶ ἀποξηρανθῇς ὡς τὴν βαῦδον ἥνπερ κατέχεις. [3] Καὶ πορευόμενος μετὰ μικρὸν πεσὼν ἀπέψυξε. καὶ ἰδόντα τὰ παιδία τὰ συμπαίζοντα αὐτῷ ἐθαύμασαν, καὶ ἀπελθόντα ἀπήγ-

---

I. ἐξ ἔθνους: ita Sinaiticus codex, sed codd. quattuor reliqui ἐξ ἐθνῶν. Priora Ἀναγκαῖον usque ὁ κύρ. ἡμῶν Ἰησ. Χρ. cf. cum codicibus Parisiensi et Vindobonensi.

II, 1. Cf. A II, 1.

2. 3. Cf. A III, 1—3.

βαῦδον ἐξ ἰτέας: A III, 1. κλάδον ἰτέας | Ἀσεβή: servavi codicis scripturam, quae eadem est in Dresd et Bonon. | ἀπελεύσει: h. l. in codice est ἀπελεύσις, paullo infra ἀπελεύσει; hinc utroque loco -σει edendum videbatur.

Digitized by Google

γειλαν τῷ πατρὶ τοῦ τεθνεῶτος. καὶ δραμὼν εὗρε τὸ παιδίον τεθνηκός· καὶ ἀπῆλθεν ἐγκαλῶν τῷ Ἰωσήφ.

Caput III.

[1] Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἐποίησεν ἐξ ἐκείνου τοῦ πηλοῦ στρουθία ιβ· ἦν δὲ σάββατον. καὶ δραμὼν ἓν παιδίον ἀπήγγειλε τῷ Ἰωσὴφ λέγων Ἰδοὺ τὸ παιδίον σου παίζει περὶ τὸ ῥυάκιον, ποιήσας ἐκ τοῦ πηλοῦ στρουθία, ὃ οὐκ ἔξεστιν. [2] Ὁ δὲ ἀκούσας ἐπορεύθη καὶ λέγει πρὸς τὸ παιδίον Ἵνα τί ταῦτα ποιεῖς, βεβηλώσας τὸ σάββατον; ὁ δὲ Ἰησοῦς οὐκ ἀπεκρίθη αὐτῷ, ἀλλ' ἐμβλέψας ἐπὶ τὰ στρουθία λέγει Ὑπάγετε πετάσθητε καὶ μιμνήσκεσθέ μου ζῶντα. καὶ ἅμα τῷ λόγῳ πετασθέντα ἀνῆλθον εἰς τὸν ἀέραν. καὶ ἰδὼν Ἰωσὴφ ἐθαύμασεν.

Caput IV.

[1] Μετὰ δέ τινας ἡμέρας διερχομένου τοῦ Ἰησοῦ μέσον τῆς πόλεως, παιδίον τι ῥῖψαν λίθον κατ' αὐτοῦ ἔπληξεν αὐτοῦ τὸν ὦμον. καὶ εἶπεν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς Οὐκ ἀπελεύσει τὴν ὁδόν σου. καὶ εὐθέως καταπεσὼν κἀκεῖνος ἀπέθανεν. οἱ δὲ τυχόντες ἐξεπλάγησαν λέγοντες Πόθεν τὸ παιδίον τοῦτό ἐστιν, ὅπως πᾶν ῥῆμα ὃ λέγει ἔργον γίνεται ἕτοιμον; [2] Ἀλλὰ κἀκεῖνοι ἀπελθόντες ἐγκάλουν πρὸς Ἰωσὴφ λέγοντες Οὐ δυνήσῃ μεθ' ἡμῶν οἰκεῖν ἐν τῇ πόλει ταύτῃ· εἰ δὲ βούλῃ, δίδασκε τὸ παιδίον σου εὐλογεῖν καὶ μὴ καταρᾶσθαι· καὶ γὰρ τὰ παιδία ἡμῶν θανατοῖ, καὶ πᾶν ὃ λέγει ἔργον γίνεται ἕτοιμον.

III, 1—2. Cf. A II, 2 sqq.

δραμών: in codice est δραμόν, sed statim post λέγων et ποιήσας. Eo vero magis δραμών edendum videbatur quoniam Sinaitici codicis scriba saepe o pro ω posuit, quemadmodum antea habet σοματικῶς, ἐξελθόν, εὐθέος, πορευόμενος μ. μ. πεσόν, καὶ δραμὸν εὗρε | ῥυάκιον: in codice Sinaitico est ῥυάκιν, quam ad formam recentiorem scriba recentior antiquiorem deduxisse videtur; in Dresdensi vero et Bononiensi aperto vitio ῥήακον (i. e. ῥύακον) scriptum est.

2. Haec magis cum Parisiensi quam cum Dresdensi scriptura conveniunt.

ἀέραν: ita in codice scriptum est.

IV, 1. Cf. A IV, 1.

ἀπελεύσει: ita codex habet. Vide ad II, 2.

2. Cf. A IV, 2.

ἐγκάλουν: sic in codice est.

Digitized by Google

CAPUT V.

Καὶ καθίσας ὁ Ἰωσὴφ ἐπὶ τοῦ θρόνου αὐτοῦ, ἔστη τὸ παιδίον ἔμπροσθεν αὐτοῦ· καὶ κρατήσας αὐτοῦ ἐκ τοῦ ὠτίου ἔθλιψε σφοδρῶς. ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀτενίσας αὐτῷ εἶπεν Ἀρκετόν σοί ἐστιν.

CAPUT VI.

[1] Τῇ δὲ ἐπαύριον κρατήσας αὐτοῦ τῆς χειρὸς ἦγαγε πρός τινα καθηγητήν, Ζακχαῖον ὀνόματι, καί φησι πρὸς αὐτὸν Λάβε τὸ παιδίον τοῦτο, καθηγητά, καὶ δίδαξον γράμματα. καί φησιν ἐκεῖνος Παράδος μοι αὐτό, ἀδελφέ, κἀγὼ διδάξω τὴν γραφήν, καὶ πείσω εὐλογεῖν πάντας καὶ μὴ καταρᾶσθαι. [2] Καὶ ἀκούσας ὁ Ἰησοῦς ἐγέλασε καί φησι πρὸς αὐτούς Ὑμεῖς ἃ οἴδατε λέγετε, ἐγὼ δὲ πλείω ὑμῶν ἐπίσταμαι· πρὸ γὰρ τῶν αἰώνων εἰμί. καὶ οἶδα πότε ἐγεννήθησαν οἱ πατέρες τῶν πατέρων ὑμῶν, καὶ ἐπίσταμαι πόσα ἔτη τῆς ζωῆς ὑμῶν. καὶ ἀκούσας τις ἐξεπλάγη. [3] Καὶ πάλιν εἶπεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς Θαυμάζετε ὅτι εἶπον ὑμῖν ὅτι οἶδα πόσα ἔτη τῆς ζωῆς ὑμῶν· ἀληθῶς οἶδα πότε ἐκτίσθη ὁ κόσμος. ἰδοὺ οὐ πιστεύετέ μοι ἄρτι· ὅταν ἴδητε τὸν σταυρόν μου, τότε πιστεύσετε ὅτι ἀληθῆ λέγω. οἱ δὲ ἐξεπλήσσοντο ἀκούοντες ταῦτα.

CAPUT VII.

[1] Γράψας δὲ ὁ Ζακχαῖος τὴν ἀλφάβητον ἑβραϊστί, καὶ λέγει πρὸς αὐτόν Ἄλφα. καί φησιν τὸ παιδίον Ἄλφα. καὶ αὖθις ὁ διδάσκαλος Ἄλφα· καὶ τὸ παιδίον ὁμοίως. εἶτα πάλιν ὁ διδάσκαλος ἐκ τρίτου τὸ ἄλφα. τότε ἐμβλέψας ὁ Ἰησοῦς τῷ καθηγητῇ λέγει Σὺ τὸ ἄλφα μὴ εἰδὼς πῶς ἄλλον τὸ βῆτα διδάξῃς; καὶ ἀρξάμενος τὸ παιδίον ἀπὸ τοῦ ἄλφα εἶπεν ἀφ' ἑαυτοῦ τὰ

V. Cf. A V, 1—3, ubi multo plura nostris leguntur.

VI, 1. Cf. A VI, 1. 2.

2. 3. His quae respondeant A non habet. Sed cf. VIII, 1.

2. ἐξεπλάγη: in codice scriptum est ἐξεπλάγισεν.

3. Θαυμάζετε: de coniectura addidi, etsi ipsius scriptura codicis videtur ferri posse. Huc confer evang. Thom. latin. VI, 4. | πότε ἐκτίσθη: codex ὅτε ἐκτίσθην | πιστεύσετε: codex πιστεύσητε.

VII, 1. Cf. A VI, 3.

Digitized by Google

κβ γράμματα. [2] Εἶτα καὶ αὖθις λέγει Ἄκουσον, διδάσκαλε, τὴν τάξιν τοῦ πρώτου γράμματος, καὶ γνῶθι πόσους προσόδους καὶ κανόνας ἔχει καὶ χαρακτῆρας ξυνοὺς διαβαίνοντας συναγομένους. καὶ ἀκούσας ὁ Ζακχαῖος τὰς τοιαύτας προσηγορίας τοῦ ἑνὸς γράμματος, ἐκπλαγεὶς οὐκ εἶχεν ἀποκριθῆναι αὐτῷ, καὶ στραφεὶς λέγει τῷ Ἰωσήφ Ἀδελφέ, τὸ παιδίον τοῦτο ἀληθῶς οὐκ ἔστι γηγενές· ἄρον οὖν αὐτὸ ἀπ' ἐμοῦ.

Caput VIII.

[1] Μετὰ δὲ ταῦτα μιᾷ τῶν ἡμερῶν ἦν ὁ Ἰησοῦς παίζων σὺν ἄλλοις παισὶν ἐπάνω διστέγου οἴκου. καὶ κατωθισθὲν ἓν παιδίον ὑπὸ ἄλλου κρημνιζόμενον ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ἀπέθανεν. καὶ ἰδόντες οἱ συμπαίζοντες αὐτῷ παῖδες ἔφυγον, καὶ μόνος ὁ Ἰησοῦς ὑπελείφθη ἑστὼς ἐπάνω τοῦ στέγου οὗ κατεκρημνίσθη ὁ παῖς. [2] Καὶ μαθόντες οἱ γονεῖς τοῦ τεθνηκότος παιδὸς ἔδραμον μετὰ κλαυθμοῦ, καὶ εὑρόντες τὸν μὲν παῖδα κατὰ γῆς νεκρὸν κείμενον, τὸν δὲ Ἰησοῦν ἄνωθεν ἑστῶτα, ὑπολαβόντες ὡς ὑπ' αὐτοῦ κατακρημνισθῆναι τὸν παῖδαν, καὶ ἀτενίζοντες ὠνείδιζον αὐτόν. [3] Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἰδὼν εὐθέως κατεπήδησεν ἀπὸ τοῦ διστέγου, καὶ ἔστη πρὸς κεφαλῆς τοῦ τεθνηκότος καὶ λέγει αὐτῷ Ζῆνον, εἰ ἐγώ σε κατέβαλον; ἀνάστα καὶ εἰπέ. οὕτως γὰρ ἐκαλεῖτο ὁ παῖς. καὶ ἅμα τῷ λόγῳ ἀνέστη ὁ παῖς, καὶ προσκυνήσας τὸν Ἰησοῦν εἶπεν Κύριε, οὐ σύ με κατέβαλες, ἀλλὰ νεκρὸν ὄντα μὲ ἐζώωσας.

Caput IX.

[1] Καὶ μετ' ὀλίγας ἡμέρας σχίζων τις τῶν γειτόνων ξύλον

---

2. Cf. A VI, 4., ubi scripturam libri ratione critica restituere conati sumus. Sinaiticam vero scripturam intactam reliquimus, nisi quod ξυνούς et διαβαίνοντας pro ὀξύνους (etiam Dresd codex l. l. ξύνους, non ξυνούς, habet) et διαβένοντας edidimus.

VIII. Cf. A IX.

1. στέγου: videtur τὸ στέγον et τὸ διστέγον recentioribus pro τὸ στέγος, ἡ στέγη placuisse. Etiam Dresd A IX, 2. habet ἀπὸ τοῦ στέγου.

2. τὸν παῖδαν: ita h. l. codex.

3. Ζῆνον: in codice scriptum est ζῆνων.

IX. Cf. A X.

Digitized by Google

ἀπέτεμε τὴν βάσιν τοῦ ποδὸς αὐτοῦ διὰ τοῦ πελέκυος, καὶ ἔξαιμος γεγονὼς ἤμελλεν ἀποθνήσκειν. [2] Καὶ λαοῦ συνδεδραμηκότος πολλοῦ συνῆλθεν καὶ ὁ Ἰησοῦς ἐκεῖ. καὶ ἁψάμενος τοῦ πεπληγμένου ποδὸς τοῦ νεανίσκου, καὶ εὐθέως ἰάσατο αὐτόν, καί φησιν αὐτῷ Ἀνάστα, σχίσον τὰ ξύλα σου. καὶ ἀναστὰς προσεκύνησεν αὐτόν, εὐχαριστῶν καὶ σχίζων τὰ ξύλα. ὁμοίως καὶ πάντες οἱ ὄντες ἐκεῖ θαυμάσαντες ηὐχαρίστησαν αὐτῷ.

Caput X.

Γενομένου δὲ αὐτοῦ ἐτῶν ϛ̄, ἀπέστειλεν αὐτὸν Μαριὰμ ἡ μήτηρ αὐτοῦ κομίσαι ὕδωρ ἐκ τῆς πηγῆς. πορευόμενος δὲ συνετρίβη ἡ ὑδρία αὐτοῦ. καὶ ἀπελθὼν ἐν τῇ πηγῇ ἤπλωσε τὸν ἐπενδύτην αὐτοῦ καὶ ἀντλήσας ὕδωρ ἐκ τῆς πηγῆς ἔπλησεν αὐτόν, καὶ λαβὼν ἀπήγαγε τὸ ὕδωρ τῇ μητρὶ αὐτοῦ. ἰδοῦσα δὲ ἐκείνη ἐξεπλάγη, καὶ περιπλακεῖσα κατεφίλει αὐτόν.

Caput XI.

[1] Φθάσας δὲ τὸ ὀγδόον τῆς ἡλικίας ἔτος, προσετάγη ὁ Ἰωσὴφ ὑπό τινος πλουσίου κράββατον οἰκοδομῆσαι αὐτῷ· τέκτων γὰρ ἦν. καὶ ἐξελθὼν ἐν τῷ ἀγρῷ πρὸς συλλογὴν ξύλων, συνῆλθεν αὐτῷ καὶ ὁ Ἰησοῦς. καὶ κόψας δύο ξύλα καὶ πελεκίσας τὸ ἓν ἔθηκεν πλησίον τοῦ ἄλλου, καὶ μετρήσας εὗρεν αὐτὸ κολοβώτερον, καὶ ἰδὼν ἐλυπήθη, καὶ ἐζήτει εὑρεῖν ἕτερον. [2] Ἰδὼν δὲ ὁ Ἰησοῦς λέγει αὐτῷ Θὲς τὰ δύο ταῦτα ὁμοῦ πρὸς ἰσότητα ἀμφοτέρων προτομῶν. καὶ διαπορούμενος ὁ Ἰωσὴφ περὶ τούτου, τί βούληται τὸ παιδίον, ἐποίησεν τὸ προσταχθέν. καὶ λέγει αὐτῷ πάλιν Κράτησον ἰσχυρῶς τὸ κολοβὸν ξύλον. καὶ θαυμάζων ὁ Ἰωσὴφ ἐκράτησεν αὐτό. τότε κρατήσας καὶ ὁ Ἰησοῦς τὸ ἕτερον ἄκρον εἵλκυσεν αὐτοῦ τὴν ἄλλην προτομήν· ἐποίησεν κἀκεῖνο ἴσον τοῦ ἄλλου ξύλου, καί φησι πρὸς τὸν Ἰωσὴφ Μηκέτι

1. πελέκυος: codex πέλεκος.
X. Cf. A XI.
XI, 1. 2. Cf. A XIII.
1. προσετάγη: codex προσεγάγη.
2. ἐκράτησεν αὐτό: codex ἐκρ. αὐτόν, item infra ἐποίησεν κἀκεῖνον | εἵλκυσεν: codex ἥλκησεν.

Digitized by Google

λυποῦ, ἀλλὰ ποίει ἀκωλύτως τὸ ἔργον σου. καὶ ἰδὼν ἐκεῖνος ὑπερεθαύμασεν, καὶ λέγει καθ' ἑαυτόν Μακάριός εἰμι ἐγώ, ὅτι τοιοῦτον παιδά μοι ἔδωκεν ὁ θεός. [3] Ἀπελθόντων δὲ ἐν τῇ πόλει διηγήσατο τῇ Μαριὰμ ὁ Ἰωσήφ. ἐκείνη δὲ ἀκούσασά τε καὶ βλέπουσα τὰ παράδοξα μεγαλεῖα τοῦ υἱοῦ αὐτῆς ἔχαιρεν, δοξάζουσα αὐτὸν σὺν τῷ πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

3. Haec A XIII. non habentur.
μεγαλεῖα: codex μεγαλία.

Digitized by Google

INCIPIT TRACTATUS DE PUERITIA IESU SECUNDUM THOMAM.

Caput I. QUOMODO MARIA ET IOSEPH FUGIERUNT CUM EO IN EGYPTUM.

[1] Cum facta fuisset conturbatio, quoniam requisitio facta fuit ab Herode de domino nostro Iesu Christo, ut eum interficeret, tunc angelus dixit ad Ioseph Tolle Mariam et puerum eius, et fuge in Egyptum a facie eorum qui quaerunt eum interficere. Erat autem Iesus annorum II cum ingressus est in Egyptum.

[2] Et deambulante eo per agrum seminatum, porrexit manum et tulit de spicis et posuit eas super ignem et triturauit, et coepit comedere.

[3] Cum autem in Egyptum introissent, acceperunt hospitium in domo cuiusdam viduae, et fecerunt in eodem loco annum unum.

[4] Et factus est Iesus anni tertii. Et cum vidisset pueros

1, 2. Idem narratur in evang. Pseudo-Matth. cap. XXIV[d]. ex cod. B.

3. Eandem fabulam ex Parisiensi codice exscripsit Thilo (Cod. apocr. I. p. CX.), postque et ipsi exscripsimus. Agit enim ibi caput XXV. *de pisce aridο vitae restituto.* Textus sic habet: *Et factus est Iesus annorum trium. Et cum vidisset ludificare pueros, coepit ipse ludere cum eis. Cumque accepisset piscem aridum qui erat sale iactatus, misit eum in pelvim* (Thilo *pelvin*) *cum aqua et praecepit ei ut palpitaret. Et coepit palpitare. Et dixit iterum ad piscem Reiacta* (sic) *sal tuum quod habes et ambula in aqua. Et factum est ita. Videntes autem vicini quod factum fuerat, nunciarunt* (Thilo *nunciaverunt*) *mulieri viduae, in cuius domo morabatur Maria mater eius. Ut autem audita sunt talia, cum festinatione eiecit eos de domo sua.* Praeterea eandem fabulam habes in evang. Pseudo-Matth. capite XXIV[c]. ex codice B.

Digitized by Google

ludentes, coepit ludere cum eis. Et accepit piscem unum aridum et misit eum in pelvim, et praecepit ei ut palpitaret. Et coepit palpitare. Et dixit iterum ad piscem Reiecta sal tuum quod habes, et ambula in aquam. Et factum est ita. Videntes autem vicini quod factum fuerat, nuntiaverunt mulieri viduae, in cuius domo morabatur Maria mater eius. Illa vero ut audivit, cum festinatione magna eiecit eos de domo sua.

Caput II. QUOMODO MAGISTER EIECIT EUM DE CIVITATE.

[1] Et deambulante Iesu cum Maria matre eius per medium forum civitatis, respiciens vidit magistrum docentem discipulos suos. Et ecce XII passeres insidiantes inter se ceciderunt per murum in sinum illius magistri qui pueros docebat. Iesus autem cum vidisset, hilaris factus est et stetit. [2] Cum ille doctor vidit illum hilarem factum, cum furore magno dixit discipulis suis Ite adducite eum ad me. Cum autem sustulissent eum, magister apprehendit auriculam eius et dixit Quid vidisti quod hilaris factus es? At ille dixit ei Magister, ecce manus plena tritico. Ostendi illis et sparsi triticum, quod in periculo e medio gerunt: propter hoc enim pugnaverunt intra se ut dividerent triticum. [3] Et non prae-

---

Et coepit palpitare: haec ex Par inseruimus | *sal tuum quod:* ita rursus Par; Vat *salem tuum quod*

II. Ita titulum restituimus: in codice enim est *Quomodo Maria eiecit eum de civitate.* Pro *Maria* possis etiam *magister cum Maria* corrigere; sed praestat quod in textu posuimus.

Eadem fabula in Parisiensi codice habetur capite XXVI., quod inscriptum est *De risu Iesu propter passeres sibi invicem insidiantes.* De textu eius Thilo haec notavit (Cod. apocr. I. p. CX.):

[1] *Et deambulans Iesus cum Maria matre sua per medium fori civitatis illius, respiciens vidit magistrum quendam discipulos suos docentem. Et ecce septem* (VII pro XII?) *passeres insidiantes inter se ceciderunt per murum in sinu magistri qui docebat pueros. Iesus autem cum haec vidisset, hilaris factus est.* [2] *Ut autem vidit eum doctor hilarem factum, cum furore magno ait discipulis suis Ite et adducite eum ad me. Cum autem sustulissent eum, apprehendit auriculam* (Thilo *amiculum*, sed suspicor in ipso codice esse *auriculam*) *eius et dixit Quid vidisti quia hilaris factus es? At ille dixit Magister, ecce manus plena tritici -- propter hoc passeres pugnaverunt ut dividerent triticum inter se --.*

Digitized by Google

teriit inde Iesus donec adimpletum est. Et hoc facto magister coepit eum proiicere de civitate una cum matre sua.

Caput III. QUOMODO IESUS EGRESSUS EST DE EGYPTO.

[1] Et ecce angelus domini obvians Mariae dixit ad eam Tolle puerum et revertere in terram Iudaeorum: defuncti sunt enim qui quaerebant animam eius. Surrexit autem Maria cum Iesu, et perrexerunt in civitatem Nazareth quae est in propriis rebus patris sui. [2] Ut autem exiit Ioseph de Egypto post mortem Herodis, tulit eum in deserto usque dum fieret tranquillitas in Ierusalem de iis qui quaerebant animam pueri. Et egit gratias deo quod dedit intelligentiam, et quia invenit gratiam coram domino deo, amen.

Caput IV. QUAE FECIT DOMINUS IESUS IN CIVITATE NAZARETH.

Gloriosum est enarrare Thomam Israelitam et apostolum domini et de operibus Iesu postquam egressus est de Egypto in Nazareth. Intelligite omnes, fratres carissimi, quae fecit dominus Iesus quando fuit in civitate Nazareth: quod in primo capitulo.

III, 1. *et perrexerunt: et* non est in codice Vaticano. His respondent quae ex capite XXVII. Parisiensis codicis exscripsit Thilo. Praemisso titulo *De egressu Iesu et Mariae de Egypto*, ibi haec leguntur: *Angelus domini obviavit Mariae et dixit Tolle puerum et revertere in terram Iudae: defuncti sunt ii qui quaerebant animam pueri. Surrexit autem Maria cum Iesu, et perrexerunt in civitatem Capharnaum, quae est Tyberiadis, in propriis rebus patris sui.* [2] *Ut autem intellexit Ioseph quia venit Iesus de Egypto, post mortem Herodis, tulit eum in deserto, usque dum fieret tranquillitas in Hierusalem ab his* [qui] *quaerebant puerum. Et gratias egit domino quod dedit ei talem intelligentiam, et quia invenit gratiam coram domino deo.* Qui textus a Vaticano differt inprimis eo quod Iosephum non una cum Maria ac puero ex Egypto redire sed redeuntes illos excipere facit. Quod etsi satis mirum est, tamen a contextu haud abhorret.

Praeterea huc cf. Pseudo-Matth. evang. cap. XXIVe. ex cod. B.

IV. *Gloriosum est* etc: ex his apparet latinum istum libellum non totum ex graeco Thomae evangelio quod dicunt fluxisse: hoc enim caput IV. ad ipsum eius evangelii initium conformatum esse asseritur. Ceterum quae correcta edidimus vitiose in codice sic scripta sunt *Gloriosum est enarrare Thomam et de operibus Iesu postquam egressus est de Egipto in Nazareth, Ismaelitam et apostolos domini. Intelligite* etc.

Digitized by Google

[1] **Cum autem esset Iesus annorum quinque, facta est pluvia magna super terram, et deambulavit puer Iesus per eam. Et pluvia erat terribilis, quam congregavit in piscinam, et praecepit verbo suo ut fieret clara. Et statim facta est.** [2] **Iterum tollebat de luto quod erat de ipsa piscina, et** fecit ex eo ad mensuram XII passerum. Erat autem sabbatum cum hoc fecit Iesus inter pueros Iudaeorum. Et abierunt pueri Iudaeorum dicentes ad Ioseph patrem eius Ecce filius tuus ludebat simul nobiscum, tulitque lutum et fecit passeres, quod non fuit dignum facere in sabbato, et fregit illud. Et abiit Ioseph ad puerum Iesum et dixit illi Quare hoc fecisti, quod non erat dignum facere in sabbato? Iesus autem apertis manibus praecepit passeribus dicens Recedite in altum et volate: a nemine mortem invenietis. Et volantes coeperunt clamando laudare deum omnipotentem. Videntes autem Iudaei quae facta sunt admirati sunt, et abierunt nuntiantes signa quae fecit Iesus. [3] Pharisaeus autem qui erat cum Iesu apprehendit ramum olivae et coepit dirigare fontem quem fecit Iesus. Cumque hoc vidisset Iesus, turbatus dixit ad eum Sodomita impie et nesciens, quid te damnaverunt fontes aquae, facturae meae? Ecce sicut arbor arida fies, non ha-

1. *esset:* in codice desideratur.

Primam sectionem ex Parisiensi codice exscripsit Thilo Cod. apocr. I. p. CXI. Ibi praemisso titulo capitis XXVIII. *De aqua pluviali clarificata et decem passeribus de luto factis in sabbato,* sic legitur: *Cum autem esset Iesus annorum quatuor, facta est pluvia magna super terram. Et ambulabat puer Iesus cum aliis pueris per pluviam et aquam, quae erat terribilis, congregavitque eam in piscinam, et verbo suo praecepit ut fieret clarissima.* Ceterum simile argumentum est capitis XLI. in Paris. cod., quod inscribitur *De septem lacubus et duodecim passeribus et duobus pueris per Iesum traditis morti.*

2. *Et abierunt pueri Iudaeorum: Iudaeorum* in codice punctis appositis improbatur.

Ex Parisiensi codice haec tantum apud Thilonem exscripta sunt *Iesus autem apertis manibus praecepit passeribus dicens Ascendite in altum et volate: a nemine mortem invenietis. Et volabant passeres clamando ac laudando laudem dei omnipotentis.*

3. Haec sectio respondere videtur capiti XXIX. in codice Parisiensi, quod titulum habet *De Pharisaeo mortuo ad vocem Iesu.* Praeterea conferenda est cum capite III. evangelii Thomae graeci A; item cum II. evang. Thom. gr. B.

coepit: in codice scriptum est *praecepit* | *nesciens:* in codice est *nosciens.*

Digitized by Google

bens radices nec folia nec fructum. Et statim arefactus cecidit in terram et mortuus est. Parentes autem eius detulerunt eum mortuum, et increpabant Ioseph dicentes Ecce quod fecit filius tuus: doçe eum orare et non blasphemare.

Caput V. QUOMODO CIVES CONTRISTATI SUNT ADVERSUS IOSEPH PRO FACTIS IESU.

[1] Et post paucos dies deambulante Iesu cum Ioseph per villam concurrit de infantibus unus et percussit Iesum in ulnas. Iesus autem dixit ad eum Non sic perficias iter tuum. Et statim cecidit in terram et mortuus est. Illis autem videntibus mirabilia, clamaverunt dicentes Unde est iste puer? Et dixerunt ad Ioseph Non oportet esse nobiscum talem puerum. Ille autem abiit et tulit eum. Et dixerunt ei Recede de loco isto, et si te oportet esse nobiscum, doce eum orare et non blasphemare: filii autem nostri insensati sunt. [2] Vocavit Ioseph Iesum et increpavit eum dicens Ut quid blasphemas? Habitatores isti odium habent super nos. Iesus autem dixit Ego autem scio quod isti sermones non sunt mei, sed tui sunt; ego autem tacebo propter te: ipsi autem videant in sapientia sua. Et hi statim qui loquebantur adversus Iesum caeci facti sunt. Et deambulantes dicebant Omnes sermones qui procedunt de ore eius exercitium habent. [3] Et cum vidisset Ioseph quae fecit Iesus, cum furore apprehendit eum

V, 1. *Non sic perficias:* in codice deest *Non*, quod ut adderemus, loci gemini suaserunt. Cf. evang. Thom. gr. A IV, 1. et B IV, 1. Οὐκ ἀπελεύσῃ (-σει) τὴν ὁδόν σου. Item evang. Pseudo-Matth. cap. XXIX. *Non revertaris sanus de via tua.*

Filii autem nostri insensati sunt: ita codex habet. Eorum loco uterque textus graecus habet (cf. l. l.) τὰ γὰρ παιδία ἡμῶν θανατοῖ.

2. *increpavit eum dicens:* sic de coniectura scripsimus consultis graecis A V, 1. (ἐνουθέτει αὐτὸν λέγων) In codice vero est *praecepit eum docere* | *habent super nos:* ad haec in codice additur *de loco isto*, quibus verbis *isti* quod praecedit explicatum esse videtur. | *deambulantes:* codex *deambulans* | *exercitium:* hanc vocem apparet eodem sensu quo *exitum* accipiendam esse; nisi forte praestat reponere *exitum*.

3. Haec efficiunt caput XXXI. in codice Parisiensi, quod inscribitur *Quomodo Iesus prohibuit Ioseph ne per iram eum tangeret.* Legitur ibi, ut ex codice exscripsi, in hunc modum: *Quum autem vidisset Ioseph quae fecit Iesus, cum fu-*

Digitized by Google

per auriculam. Iesus autem turbatus dixit ad Ioseph Sufficit tibi videre me, non me tangere. Tu enim nescis quis ego sum: quod si scires, non me contristares. Et quamvis modo tecum sum, ante te factus sum.

Caput VI. Quomodo tractatus est Iesus a magistro.

[1] Igitur quidam homo nomine Zacheus auscultabat omnia quae loquebatur Iesus ad Ioseph, et admiratus in semetipsum dicebat Talem puerum ita loquentem nunquam vidi. Et appropinquans ad Ioseph dixit ei Sapientem puerum habes: trade eum ad discendum litteras; cum autem doctus fuerit in studio litterarum, ego docebo eum honorifice ut non fiat insipiens. Respondit autem Ioseph et dixit ad eum Nemo potest docere eum nisi solus deus. Numquid creditis, parvus erit parvulus iste? [2] Iesus autem cum audisset talia dicentem Ioseph, dixit ad Zacheum Vere magister, quia quanta de ore meo procedunt vera sunt. Et ante omnes fui dominus: vos autem alienigenae estis. Quoniam mihi data est gloria seculorum, vobis datum est nihil: quia ante secula ego sum. Ego autem scio quot anni erunt vitae tuae, et quoniam tolleris in exilium: quod dixit pater meus ut intelligas quia omnia quae procedunt de ore meo vera sunt. [3] Iudaei autem qui astabant et audiebant sermones quos loquebatur Iesus, mirati sunt et dicebant quia talia mirabilia vidimus, et audivimus tales sermones ab isto puero, qualia nunquam audivimus nec audituri sumus ab alio aliquo homine, neque a pontificibus neque a magistris neque a Pha-

---

rore apprehendit eum per auriculam. Iesus autem turbatus dixit ad Ioseph Sufficit tibi videre me; noli me tangere. Tu enim nescis quis ego sum: quod si scires, non me contristares. Quamvis enim tecum sum, tamen ante te factus sum. Lectionem Parisiensem in textum recepimus scribentes *Tu enim nescis quis ego sum*, pro quibus Vaticanus codex habet *tu autem nescis quod ego sum.*

VI. In titulo *a magistro* scripsimus pro *in agro*, quod codex habet.

1. *Zacheus:* retinuimus in hoc nomine constantem scripturam codicis.

2. *gloria seculorum:* in codice est *glor. eorum.* Ceterum cf. evang. Thom. graec. B VI, 2.

3. *alio aliquo:* in codice est *alio aliquo alio.*

Digitized by Google

risaeis. [4] Respondit Iesus et dixit eis Ut quid miramini? Incredibilia habetis quia locutus sum veritatem? Scio quando nati estis et patres vestri: et si plus dixero vobis, quando mundus factus est, ego scio et qui me misit ad vos. Cum audissent Iudaei sermonem quem dixerat infans, mirati sunt propter hoc quod non poterant respondere. Et conversus in semetipsum infans exultavit et dixit Proverbium dixi vobis: ego autem scio quia debiles estis et nescientes.

[5] Dixit autem magister ille ad Ioseph Affer eum mihi, ego docebo eum litteras. Ioseph autem apprehendit puerum Iesum et adduxit illum in domum cuiusdam magistri, ubi alii pueri docebantur. Magister vero dulci sermone coepit eum docere litteras, et scripsit illi primum versiculum qui est ab a usque t, et coepit eum palpare et docere. [6] Doctor autem ille percussit infantem in capite: puer vero cum accepisset, dixit ad eum Me autem oportet te docere et te non docere me. Ego scio litteras quas tu vis docere mihi, et scio quia vos estis mihi tanquam vasa de quibus non exeunt nisi voces et non sapientia. Et incipiens versiculum dixit per litteras ab a usque ad t pleniter cum multa festinatione. Et respexit ad magistrum et dixit ei Tu autem nescis interpretare quod est a et b; quomodo vis docere alios? O hypocrita, si scis et dixeris mihi de a, tum dicam tibi de b. Ut autem coepit enarrare doctor ille de prima littera, non potuit ullum dare responsum. [7] Iesus autem dixit ad Zacheum Audi me,

---

4. *patres vestri:* codex *patres vestros.* Confer huc evang. Thom. graec. B VI, 3.

5. *Magister vero dulci sermone* etc: his respondent quae ex capite XXXII. codicis Parisiensis, inscripto *De Zachaeo magistro Iesu et verbis eorum*, exscripsit Thilo Cod. apocr. I. pag. CXI. *Magister autem dulcibus sermonibus eum coepit docere* (Thilo *dicere*), *et scripsit ei primum versiculum qui est ab a usque t, et coepit eum docere.*

ab a usque t (an potius b? Cf. Cap. XII.): *ab* in codice desideratur.

6. *et non sapientia:* adduntur voces tres, quarum prima est *negue;* duas reliquas non assecutus sum. Fere est *aī salvatō* | *hypocrita:* hoc an recte legerim dubito. Sed cf. evang. Thom. graec. A VI, 3. | *mihi de a, tum dicam tibi de b:* ita de coniectura scripsimus; simili enim modo legendum est. In codice vero non est scriptum nisi *mihi de b.*

Digitized by Google

doctor, intellige primam litteram. Attende mihi quomodo habet duos versiculos: in medio grassando, permanendo, donando, dispergendo, variando, comminando: triplex diployde commiscendo: simul ingenio pariter omnia communia habentia.

[8] Cum vidisset Zacheus quia taliter divideret primam litteram, stupefactus est de prima littera et de tali homine et doctrina, et exclamavit et dixit Heu mihi, quod stupefactus sum ego: conduxi mihi turpitudinem per istum infantem. [9] Et dixit ad Ioseph Precor te valde, frater, tolle eum a me: quia non possum intueri in faciem eius neque audire graves sermones eius. Quia iste infans ignem domitare et mare refrenare potest: nam iste ante secula natus est. Quae vulva eum peperit aut qualis mater eum nutrivit, ignoro. [10] O amici mei, dimissus sum in mentem meam, illusus sum ego miser. Ego autem dicebam me habere discipulum: ipse autem inventus est magister. Et turpitudinem meam non possum praevalere, quia senex sum; et quid ei loquar non possum invenire. Unde habeo irruere in validam infirmitatem et de isto seculo transmigrare, aut de ista civitate egredere, quia omnes viderunt turpitudinem meam: infans decepit me. Quid habeo ad alios respondere, aut quales sermones recitare, eo quod vicit me in prima littera? Stupesco ego, o

7. *Attende mihi quomodo* etc. Ista satis corrupta esse apparet. Praeter graecos locos parallelos cf. Pseudo-Matth. evang. XXXI.: cui loco magis quam nostro conveniunt verba a Thilone ex cod. Par. cap. XLVI. (*Quomodo Zachias rogavit Ioseph et Mariam ut traderent Iesum magistro nomine Levi.*) allata haec *Et coepit Iesus singularum litterarum nomina interrogare dicens Dic mihi, magister legis, prima littera quare habet triangulos multos giaceratos, subaculos, mediatos, productos, obductos, erectos, strutos, confractos vel crucifixos.*

8. Cf. evang. Thom. graec. A VII, 1.

9. Cf. evang. Thom. graec. A VII, 2. Codex Parisiensis capite XXXII., teste Thilone, quae huc quadrant haec habet *Precor te valde, frater, tolle eum a me, quia ego non possum intueri in faciem eius nec audire gravitatem sermonum eius.*

10. *in mentem meam:* haec non satis scio an recte legerim. Tumeu etiam ex Par. cod. cap. XXXII. a Thilone afferuntur haec *O amici mei, dimissus sum in mentem meam, illusus sum ego miser.* | *egredere:* sic in codice est | *quid ei:* codex *quid inde.* Ceterum hac cf. evang. Thom. gr. A VII, 3.

Digitized by Google

amici mei et noti mei: neque primordium neque finem possum invenire quid ei respondeam. [11] Et nunc precor te, frater Ioseph, tolle eum a me et duc illum in domum tuam, quia iste magister est aut dominus aut angelus. Quid dicam, nescio. [12] Et Iesus conversus ad Iudaeos qui cum Zacheo erant dixit illis Omnes nunc non videntes videant, et non intelligentes intelligant, et surdi audiant, et qui propter me mortui sunt resurgant, et eos qui sunt sublimes ad altiora vocem, sicut praecepit mihi qui me misit ad vos. Cum autem siluisset puer Iesus, salvi facti sunt omnes infirmi qui propter sermones eius infirmabantur. Et non erant ausi loqui ad eum.

Caput VII. QUOMODO IESUS RESUSCITAVIT PUERUM.

[1] Una autem die cum ascenderet in domo quadam cum infantibus, coepit ludere cum eis Iesus. Unus autem de istis pueris irruit per posticum, qui statim mortuus est. Et cum hoc vidissent infantes, omnes fugierunt: Iesus autem remansit in domo illa. [2] Et cum venissent parentes pueri qui defunctus fuerat, dicebant adversus Iesum Vere tu eum irruere fecisti. Et insidiabantur ei. Iesus autem descendens de domo illa stetit super infantem mortuum et clamavit clara voce nomen infantis Sinoo Sinoo, surge et dic si ego irruere te feci.

---

11. Cf. evang. Thom. gr. A VII, 4.

12. Cf. evang. Thom. gr. A VIII.

et eos qui sunt sublimes ad altiora vocem: haec magnam partem conieci. Videntur ad ea conferenda quae evang. Thom. gr. A VIII, 1. habet καὶ εἰς τὰ ἄνω καλέσω. In ipso codice sic fere scriptum est *et hiis qui sunt sublimes altiores ũ voce.* Fortasse post *altiores* nonnihil excidit. Cf. etiam Pseudo-Matth. evang. XXXI. | *ad eum:* codex *ad deum.*

VII. Eodem fere titulo notatur in cod. Par. capnt XXXIII. Inscribitur enim *Quod* (Quomodo?) *Iesus suscitavit puerum cum eo ludentem.*

1. *Una:* codex *Ita* | *Unus autem: autem* deest in codice. | *Et cum hoc vidissent* etc: cod. Par. *Et cum vidissent hoc infantes, omnes fugerunt: Iesus autem remansit solus in domo illa.*

2. *Et cum venissent* etc: cod. Par. *Et cum venissent parentes illius infantis qui mortuus fuerat, dicebant adversus Iesum Vere tu illum ruere fecisti. Iesus autem dixit Ego nunquam eum ruere feci. Ipsi vero insidiabantur adversus Iesum.*

Sinoo Sinoo: secundo loco in codice est *Sinuo.* Graeco Ζῆνον respondet.

Digitized by Google

Et subito surrexit et dixit Non, domine. Cum vidissent autem parentes eius tam magnum miraculum quod fecit Iesus, glorificaverunt deum et adoraverunt Iesum.

Caput VIII. QUOMODO IESUS SANAVIT PEDEM PUERI.

[1] Post paucos vero dies puer quidam in ipso vico findebat ligna percussitque pedem suum. [2] Et cum venisset turba multa ad eum, venit et Iesus cum illis. Et tetigit pedem qui laesus fuerat, et subito sanus factus est. Dixit autem ei Iesus Surge et finde ligna et memora mei. Cum autem vidisset turba signa quae cum eo facta sunt, adoraverunt Iesum et dixerunt Vere certissime credimus quia deus es.

Caput IX. QUALITER IESUS ATTULIT AQUAM IN PALLIO.

[1] Et cum esset Iesus annorum sex, direxit eum mater eius ad hauriendam aquam. Cumque venisset Iesus ad fontem vel ad puteum, erant ibi plurimae turbae et fregerunt hydriam eius. [2] Ipse vero accepit pallium eius, in quo induebatur, et implevit eum aqua, et attulit Mariae matri eius. Cumque mater vidisset miraculum quod fecit Iesus, osculata est eum et dixit Domine, exaudi me et salva filium meum.

Caput X. QUOMODO IESUS SEMINAVIT TRITICUM.

[1] Cum autem esset tempus seminandi, egressus est Io-

VIII. Hic textus paullo propius accedit ad evang. Thom. gr. A X. quam ad B IX. In Par. cod. respondet caput XXXIV. hoc titulo *Quod Iesus sanavit pedem findentis ligna* (Thilo *lingua*. Probabiliter in codice scriptum est *lingna*.) Praeterea Thilo extrema inde attulit haec *Cum autem vidisset turba signa quae fecit dominus, adoraverunt deum* (lege *eum*) *et dixerunt Vere certissimus deus est.* (lege *es*)

IX. Cf. evang. Thom. gr. A XI. et B X. In cod. Par. est caput XXXV. quod inscribitur *Quod Iesus attulit aquam beatae Mariae in pallio suo.* Inde affert Thilo verba haec *Et cum venisset ad puteum, erat ibi turba plurima puerorum, et fregerunt hydriam eius.*

2. *osculata est:* codex *obschulatus est* | *salva filium meum:* sic, sed corrupta esse videntur.

Pseudo-Matthaeus hanc fabulam tradit capite XXX.

X. Cf. evang. Thom. graec. A XII. In cod. Par. caput XXXVI. inscribitur *De trilico a Iesu multiplicato.* Cf. etiam Pseudo-Matth. XXXIV.

Digitized by Google

seph ad seminandum triticum, et secutus est eum Iesus. Dum autem coepit seminare Ioseph, extendit manum Iesus et tulit de tritico quantum pusillo tenere potuit et dispersit. [2] Venit ergo Ioseph in tempore metendi ut meteret messem suam. Venit et Iesus, collegit spicas quas disperserat, et fecerunt centum modia optimi frumenti: et vocavit pauperes et viduas et orphanos, et erogavit illis triticum quod fecerat. Ioseph tulit de ipso frumento modicum pro benedictione Iesu in domum suam.

Caput XI. QUOMODO IESUS ADAEQUAVIT LIGNUM BREVIUS LONGIORI.

[1] Et factus est Iesus annorum octo. Erat architector Ioseph, et faciebat ipse aratra et iuga bobum. Quadam die dixit quidam dives ad Ioseph Domine, fac mihi grabatum unum et utile et speciosum. Erat autem Ioseph in tribulatione, quia lignum quod habebat actum ad hoc opus erat breve. [2] Dixit Iesus ad eum Noli contristari. Apprehende hoc lignum ab uno capite et ego per aliud, et extrahamus illud. Quod et factum est. Et statim invenit illud utile ad hoc quod voluit. Et dixit ad Ioseph Ecce, labora quod vis. Ioseph autem cum vidisset quod fecerat, amplexavit eum et dixit Beatus sum ego, quod talem filium dedit mihi deus.

Caput XII. QUALITER IESUS TRADITUS EST AD ADDISCENDUM LITTERAS.

[1] Et cum vidisset Ioseph quod talem gratiam habuisset et statura crescebat, considerabat eum tradere ad discendum

---

2. *Venit et: et* non est in codice.

XI. Cf. evang. Thom. gr. A XIII. B XI. Item Pseudo-Matth. XXXVII. In Par. cod. caput XXXVII. inscribitur *De ligno per Iesum distento.*

XII. Cf. evang. Thom. graec. A XIV. Item Pseudo-Matth. XXXVIII. Item codicis Parisiensis caput XXXVIII. *De quodam magistro Iesu vita privato.*

1. Par. cod. sic habet *Et cum vidisset Ioseph quod talem gratiam habebat et statim* (quod dubito an recte legerit Thilo pro eo quod apud nos est, *statura*) *crescebat, consideravit eum tradere ad discendas litteras. Tradit* (Tradidit?) *autem eum*

Digitized by Google

litteras. Et tradidit illum ad alium doctorem ut eum doceret. Dixit autem ille doctor ad Ioseph Quales litteras desideras illum puerum docere? Respondit Ioseph et dixit Primum doce ei litteras gentilicas et postea hebraeas. Sciebat autem doctor illum esse optimae intelligentiae, et libenter suscipiebat eum. Et cum scripsisset ei primum versiculum, quod est a et b, docebat illum per aliquantas horas: Iesus vero tacebat et nihil ei respondit. [2] Dixit Iesus ad magistrum Si vere magister es et vere scis litteras, dic mihi fortitudinem de a, ego autem dicam tibi fortitudinem de b. Tunc furore repletus magister eius percussit eum in capite. Iesus autem iratus maledixit eum, et subito cecidit et mortuus est.

[3] Iesus autem regressus est in domum suam. Ioseph vero disposuit ad Mariam matrem eius ut non dimitteret eum egredi de atrio domus suae.

Caput XIII. QUOMODO ALIO MAGISTRO TRADITUS EST.

[1] Post multos alios dies venit alius doctor, amicus Ioseph, et dixit ad eum Trade eum mihi, et ego cum multa suavitate docebo eum litteras. Et dixit ad eum Ioseph Si pervales, accipe eum ad disciplinandum. Fiat cum gaudio. Cum accepisset eum doctor, ibat cum timore et magna con-

---

alii doctori ut doceret eum. Dixitque ille doctor ad Ioseph Qualem gratiam desideras primum ut doceam eum? Respondit Ioseph et dixit ei Primum doce eum literas gentilium et postea hebraeas. Et cum scripsisset ei primum versiculum, quod est a et b, docebat eum per aliquantas horas: Iesus autem tacebat et nihil ei respondebat.

2. Par. codex sic: *Dixit ergo tandem ad magistrum Si vere magister es et vere literas scis, dic mihi fortitudinem de a, et ego dicam tibi fortitudinem de b. Tum furore repletus magister percussit eum in capite. Iesus autem iratus maledixit eum, et subito cecidit et mortuus est.*

Ex hoc codicis Parisini capite quae Thilo Cod. apocr. I. pag. CXII. a Grabio ex codice Oxoniensi allata dixit, ea plane conveniunt cum textu nostro Pseudo-Matthaei l. l. Notavit enim Grabius ex eo codice haec: *Et coepit magister imperiose eum docere dicendo Dic Alpha. Iesus vero dixit ei Tu mihi dic prius quid sit Beta, et ego dicam tibi quid sit Alpha. Et ob haec magister iratus percussit Iesum: et postquam percussit eum, mortuus est.*

XIII. Cf. evang. Thom. graec. A XV. Item Pseudo-Matth. evang. XXXIX. Ex cod. Par. huc pertinet caput XXXIX. quod inscriptum est *De quodam alio magistro Iesu, cuius benignitate Iesus suscitavit magistrum defunctum.*

Digitized by Google

stantia, et habebat eum cum exultatione. [2] Et cum venisset ad domum doctoris, invenit librum in eodem loco iacentem, et apprehendit eum et aperuit, et non legebat ea quae scripta erant in libro, sed aperiebat os suum et loquebatur de spiritu sancto et docebat legem. Omnes vero qui ibidem stabant diligenter eum audiebant, et magister ille iuxta illum sedebat et libenter eum audiebat, et deprecabatur eum ut amplius doceret. Cum collecta fuisset turba multa, audiebant omnem sanctam doctrinam quam docebat et dilectos sermones qui exiebant de orè eius, qui pusillus cum esset talia dicebat.

[3] Cum audisset Ioseph, timuit, et currens .... magister ille, ubi erat Iesus, dixit ad Ioseph Scias, frater, quia recepi infantem tuum ad docendum vel ad disciplinandum: ipse autem multa gravitate et sapientia repletus est. Ecce nunc tolle eum cum gaudio in domum tuam, frater: quia gravitas quam habet a domino data est ei. [4] Cum audisset Iesus magistrum talia dicentem, hilaris factus est et dicebat Ecce nunc, magister, vere dixisti. Propter te resurgere habet qui erat mortuus. Et tulit eum Ioseph in domum suam.

Caput XIV. Quomodo Iesus liberavit Iacob a percussione serpentis.

Direxit autem Ioseph Iacob ad colligendam stipulam, et secutus est eum Iesus. Iacob autem colligendo stipulam, momordit eum vipera, et cecidit in terram quasi mortuus per venenum. Cumque talia vidisset Iesus, sufflavit in plagam eius, et subito sanus factus est Iacob, et vipera mortua est.

Caput XV. Quomodo Iesus resuscitavit puerum.

[1] Post paucos dies infans vicinus eius defunctus est, et

3. *et currens:* post haec videtur nonnihil excidisse. Collatis locis parallelis quos supra indicavimus, maximeque eo qui est Pseudo-Matthaei, supplendum est aliquid eiusmodi ut *venit ad scholam* (*ad portam*), *timens ne magister moreretur. Sed.*

XIV. Cf. evang. Thom. graec. A. XVI. Item Pseudo-Matth. XLI. In Par. cod. conferendum est caput XL. quod inscribitur *Quomodo Iesus sanavit Ioseph* (sic) *a veneno viperae.*

Digitized by Google

deplorabat eum mater eius valde. Audiens hoc Iesus abiit et stetit super puerum, et pulsavit in pectore eius et dixit Tibi dico, infans, noli mori sed vive. Et statim surrexit infans. Dixit autem Iesus ad matrem pueri Tolle filium tuum et da ei ubera et recordare mei. [2] Videntes autem turbae hoc miraculum dixerunt In veritate infans iste coelestis est: iam enim plures animas liberavit a morte, et salvos fecit omnes sperantes in se.

[3] Scribae et Pharisaei dixerunt ad Mariam Tu es mater istius infantis? Maria autem dixit Vere ego sum. Et dixerunt ad eam Beata es inter mulieres, quoniam benedixit deus fructum ventris tui, quod talem gloriosum infantem et tale donum sapientiae dedit tibi quale nunquam vidimus nec audivimus. [4] Surrexit Iesus et secutus est matrem suam. Maria autem servabat omnia in corde suo quanta fecit Iesus signa magna in populo, sanando infirmos multos. Iesus autem crescebat statura et sapientia, et omnes qui videbant eum glorificabant deum patrem omnipotentem, qui est benedictus in secula seculorum, amen.

XV, 1 et 2. Cf. evang. Thom. graec. A XVII. Item Pseudo-Matth. XL. ex B. In Par. cod. caput XLII. inscribitur *De filio cuiusdam mulieris per Iesum vitae reddito.*

3. et 4. Haec respondent iis quae evang. Thom. graec. A XIX, 4 et 5. habet. Item cf. Pseudo-Matth. XL. ex B. Ceterum eadem fere ex cod. Par. cap. XLVIII. (i. e. ultimo) quod inscribitur *Commendatio Iesu et Mariae matris eius*, a Thilone exscripta sunt. Notavit is etiam quae proxime antecedunt ex capite XLVII. (*Quomodo Iesus sanctificabat et benedicebat convivantes*) quae omnino conveniunt cum fine evangelii nostri Pseudo-Matthaei. Sunt enim haec *Et quando volebat ad refectionem accedere, accedebat Maria et Ioseph et fratres Iesu: hi siquidem fratres ante oculos suos tanquam luminaria vitam eius habentes observabant et timebant eum. Et quando Iesus dormiebat sive in die sive in nocte, claritas dei resplendebat super eum.* Haec igitur in Par. cod. sequitur textus sectionum nostrarum 3 et 4. Qui sic habet:

[3] *Scribae et Pharisaei dixerunt ad beatam Mariam Tu es mater istius infantis? Quae dixit Vere ego sum. Qui dixerunt ad eam Beata es ergo tu inter omnes mulieres, quoniam benedixit deus fructum ventris tui, qui et tam gloriosum infantem dedit tibi: tale enim donum sapientiae nunquam vidimus nec audivimus in aliquo.* [4] *Maria autem observabat in corde suo quanta egit Iesus in populum Iudaeorum, signa videlicet magna operando et infirmos sanando, mortuos suscitando et virtutes plurimas faciendo. Iesus autem crescebat in statura et sapientiae dono. Glorificave-*

Digitized by Google

Post haec omnia Thomas Israelita Scripsi quae vidi et recordatus sum gentibus et fratribus nostris, et multa alia quae fecit Iesus, qui natus est in terris Iudae. Ecce omnia vidit domus Israel a primo usque ad novissimum, quanta signa et mirabilia fecit Iesus in ipsis valde bona et invisibilia patri suo, quomodo enarrat scriptura sancta et prophetae testificati sunt opera eius in omnibus populis Israel. Et ipse est qui debet iudicare mundum secundum voluntatem immortalitatis: quoniam ipse est filius dei in universo orbe terrae. Ipsum decet omnis gloria et honor in sempiternum, qui vivit et regnat deus per omnia secula seculorum, amen.

---

runt ergo omnes qui noverunt eum deum patrem omnipotentem, qui est benedictus in secula seculorum, amen.

* *omnia:* secundis curis additum est | *Israelita:* codex *ysmaelita* | *fratribus nostris:* ante *nostris* in codice est *meis*, sed punctis improbatur | *et invisibilia patri suo:* ita in codice scriptum est. Verba vero *Et ipse est – – secundum voluntatem immortalitatis* in codice inter *valde bona* et *et invisibilia* collocata sunt: per coniecturam igitur transposuimus.

Digitized by Google

EVANGELIUM INFANTIAE SALVATORIS ARABICUM.

IN NOMINE PATRIS ET FILII ET SPIRITUS SANCTI DEI UNIUS.

Auxiliante et favente summo numine incipimus scribere librum miraculorum heri et domini et salvatoris nostri Iesu Christi, qui vocatur EVANGELIUM INFANTIAE, in pace domini. Amen.

CAPUT I.

Invenimus [quae sequuntur] in libro Iosephi pontificis, qui vixit tempore Christi; dicunt autem nonnulli eum esse Caiapham. Dixit ille Iesum locutum esse et quidem cum in cunis iaceret, dixisseque matri suae Mariae Ego sum Iesus filius dei, ὁ λόγος, quem peperisti quemadmodum adnuntiavit tibi angelus Gabriel; misitque me pater meus ad salutem mundi.

CAPUT II.

Anno autem trecentesimo nono aerae Alexandri edixit Augustus ut describeretur unusquisque in patria sua. Surrexit igitur Iosephus, et assumta Maria sponsa sua Hierosolyma abiit venitque Bethlehemum, ut cum familia sua in urbe patria describeretur. Cumque ad speluncam pervenissent,

I. *quem peperisti:* hoc loco Fl. et iam antea Sik. Apud Thil. post *Ego* legitur.

Digitized by Google

dixit Maria Iosepho, instare sibi tempus pariendi neque se posse in urbem proficisci; sed Hanc, inquit, speluncam intremus. Hoc factum est cum sol occidebat. Iosephus autem propere abiit ut mulierem ei accerseret quae ei adesset. Cum igitur in eo occupatus esset, anum Hebraeam conspexit Hierosolyma oriundam, et Heus benedicta, inquit, huc ades et speluncam istam ingredere, in qua est mulier partui vicina.

Caput III.

Itaque post solis occasum anus et cum illa Iosephus ad speluncam venit, eamque ambo intraverunt. Et ecce repleta erat illa luminibus lucernarum et candelarum fulgore pulchrioribus et solari luce splendidioribus. Infans fasciis involutus dominae Mariae matris suae mammam sugebat, in praesepi repositus. Hanc lucem cum ambo mirarentur, rogat vetula dominam Mariam Tune huius nati es mater? Et cum domina Maria annuisset, Nequaquam, ait, similis es filiabus Evae. Dixit domina Maria Sicuti filio meo nemo inter pueros par est, ita eius genitrix nullam inter mulieres parem habet. Respondit anus Hera mea, veni ego ut praemium acquirerem: iam dudum paralysi affecta sum. Dixit ei hera nostra domina Maria Impone manus tuas infanti. Quod cum fecisset anus, extemplo convaluit. Tum exiit dicens Dehinc famula et ministra ero huius infantis omnibus diebus vitae meae.

Caput IV.

Tum venerunt pastores; qui cum ignem succendissent et admodum laetarentur, apparuerunt illis exercitus coelestes

---

II. *Hoc factum -- occidebat:* ita Fl. Apud Sik. et Thil. est *Sol autem praeceps in occasum ferebatur.*

III. *fulgore pulchrioribus -- splendidioribus:* ita Fl. Apud Sik. et Thil. est *fulgorem excedentibus -- maioribus*

Respondit anus -- affecta sum. Dixit ei: ita Fl. una correctis arabicis. Apud Sik. et Thil. est *Respondente vero anu et dicente Hera mea, veni ego ut praemium perpetuo duraturum acquirerem, inquit illi*

Digitized by Google

laudantes et celebrantes deum O. M.: idemque facientibus pastoribus spelunca ista tunc temporis templo mundi superioris similis facta est, quoniam ora et coelestia et terrestria glorificabant et magnificabant [deum] ob nativitatem domini Christi. Cum vero anus illa Hebraea manifesta ista miracula vidisset, gratias deo egit dicens Gratias tibi ago, o deus, deus Israelis, propterea quod viderunt oculi mei nativitatem salvatoris mundi.

Caput V.

Cumque adesset tempus circumcisionis, dies scilicet octavus, puellus ex lege circumcidendus erat. Itaque circumciderunt illum in spelunca; sumsitque anus illa Hebraea pelliculam istam, dicunt vero alii eam sumsisse nervum umbilicarem, eamque in ampulla olei nardini vetusti recondidit. Erat autem illi filius seplasiarius, cui tradens illam Cave, inquit, vendas hanc ampullam unguenti nardini, etiamsi trecenti denarii pro illa tibi offerrentur. Atque haec est ampulla illa quam Maria peccatrix emit, et in caput et pedes domini nostri Iesu Christi effudit, quos deinde capillo capitis sui abstersit. Decem diebus post Hierosolymam eum transtulerunt, et quadragesimo a nativitate die templo illatum coram domino stiterunt et pro eo sacrificia fecerunt; quod in lege Mosis praescriptum est, scilicet Omnis mas adaperiens vulvam sanctus dei vocabitur.

Caput VI.

Tum vidit illum Simeon senex instar columnae lucis refulgentem, cum domina Maria virgo mater eius de eo laetabunda ulnis suis eum gestaret; circumdabant autem eum angeli instar circuli celebrantes, tanquam satellites regi adstantes. Simeon igitur propere ad dominam Mariam accessit et manibus ante illam extensis dixit domino Christo Nunc, o

IV. *templo mundi superioris similis facta est:* ita Fl. Apud Sik. et Thil. legitur *augusto templo simillima videbatur*

Digitized by Google

domine mi, servum tuum in pace dimitte, secundum ea quae dixisti; nam viderunt oculi mei clementiam tuam, quam parasti ad salutem omnium populorum, lucem omnibus gentibus et gloriam genti tuae Israeli. Hanna quoque prophetissa illi [caerimoniae] interfuit, et accessit deo gratias agens dominamque Mariam felicem praedicans.

Caput VII.

Et factum est cum natus esset dominus Iesus Bethlehemi Iudaeae, tempore Herodis regis, ecce magi venerunt ex oriente Hierosolymam, quemadmodum praedixerat Zeraduscht; erantque cum ipsis munera, aurum thus et myrrha; et adoraverunt eum suaque ipsi munera obtulerunt. Tunc domina Maria sumsit unam ex illis fasciis eamque pro opum modulo illis tradidit, quam ipsi honorificentissime ab ea acceperunt. Eademque hora apparuit illis angelus in forma stellae illius quae antea dux itineris ipsis fuerat; cuius lucis ductum secuti abierunt, donec patriam suam attigerunt.

Caput VIII.

Convenerunt autem ad illos reges et principes eorum rogantes ecquidnam vidissent aut egissent, quomodo ivissent ac redivissent, quid secum attulissent. Hi vero monstrarunt illis fasciam istam, quam domina Maria ipsis tradiderat: quapropter celebrarunt festum, ignemque pro more suo succenderunt eumque adoraverunt, et fasciam illam in eum coniecerunt, corripuitque eam ignis et in sese comprehendit. Exstincto autem igne fasciam extraxerunt talem qualis primum fuerat, ac si ignis eam non attigisset. Itaque coeperunt illam osculari capitibusque suis et oculis imponere, dicentes Haec sane indubitata est veritas: utique magna res est

---

VII. *Zeraduscht:* ita Fl.; Sik. et Thil. *Zoradascht.*

pro opum modulo: ita Fl.; Sik. et Thil. *loco benedictionis*

VIII. *quid secum attulissent:* ita Fl.; Sik. et Thil. *quos tandem itineris comites habuissent*

Digitized by Google

quod ignis comburere illam aut perdere nequivit. Inde sumserunt eam et maximo cum honore in thesauris suis reposuerunt.

Caput IX.

Herodes autem cum vidisset magos se destituisse nec ad se revertisse, accersivit sacerdotes et sapientes et dixit iis Docete me ubi nasciturus sit Christus. Cumque illi respondissent Bethlehemi Iudaeae, coepit cogitare de caede domini Iesu Christi. Tunc apparuit angelus domini Iosepho in somnis dixitque Surge, sume puerum et matrem eius et abi in Egyptum. Surrexit igitur sub galli cantum et profectus est.

Caput X.

Dum secum reputat quomodo iter suum instituendum esset, supervenit ipsi mane postquam paullulum viae confecit. Iamque appropinquabat urbi magnae, in qua idolum erat cui reliqua Egyptiorum idola et numina munera et vota offerebant; aderatque huic idolo sacerdos ministrans ipsi, qui, quotiescumque satanas ex idolo illo loquebatur, ea incolis Egypti atque plagarum eius referebat. Erat huic sacerdoti filius triennis, ab aliquot daemonibus obsessus, qui multa loquebatur et proferebat, et cum corriperent eum daemones, laceratis vestibus suis nudus remanebat et homines lapidibus petebat. Erat autem nosocomium idolo illi dedicatum in illa urbe; ad quam cum pervenissent Iosephus et domina Maria, et in nosocomium istud divertissent, valde timuerunt cives eius, convenerunteque omnes principes idolorumque sacerdotes ad idolum illud eique dixerunt Ecquaenam est ista agitatio

---

IX. *cum vidisset magos ipsum destituisse nec ad sese revertisse:* ita Fl.; Sik. et Thil. *videns magos cunctari nec ad sese reverti*

X. *supervenit ipsi mane, postquam -- confecit:* ita Fl., qui etiam arabicum textum emendavit. Sik. et Thil. *supervenit ipsi aurora, ruperatque defatigatio itineris sellae cingulum*

Erat autem nosocomium -- in illa urbe: ita Fl., correcto simul arabico. Sik. et Thil. *In vicinia autem istius idoli erat nosocomium illius urbis.*

Digitized by Google

et commotio in terra nostra oborta? Respondit eis idolum Venit huc deus occultus, qui revera est deus; neque ullus deus praeter illum divino cultu dignus est, quia revera est filius dei: quem cum persensisset haec terra, contremuit eiusque adventu commota et concussa est, et nos a magnitudine potentiae eius valde timemus. Eademque hora idolum istud corruit, et ad ruinam eius omnes Egypti incolae aliique concurrerunt.

CAPUT XI.

Filius autem sacerdotis, cum morbus eum solitus invasisset, nosocomium ingressus Iosephum ibi et dominam Mariam offendit, a quibus ceteri omnes diffugerant. Hera domina Maria laverat fascias domini Christi easque super ligna straverat. Venit igitur puer iste daemoniacus, unam harum fascium sumsit eamque capiti suo imposuit: tum daemones corvorum ac serpentum figura fugientes ex ore eius exire coeperunt. Extemplo domini Christi iussu sanatus iste puer deum laudare, hinc domino qui ipsum sanaverat gratias agere coepit. Quem cum sanitati restitutum pater vidisset, Mi fili, inquit, quid tibi accidit? et qua ratione sanatus es? Respondit filius Cum daemones me humi prostravissent, in nosocomium abii, ibique feminam augustam cum puero inveni, cuius illa fascias recens lotas lignis iniecerat: harum unam arreptam postquam capiti meo imposui, reliquerunt me daemones et fugerunt. Valde de eo gavisus pater, Mi fili, ait, fieri potest ut hic puer sit filius dei vivi qui coelos et terram creavit: cum enim ad nos transiit, factum est

---

quem cum persensisset haec terra: ita Fl.; Sik. et Thil. *eius ad famam haec regio*

omnes Egypti incolae aliique: ita Fl.; Sik. et Thil. *praeter caeteros omnes Aegypti incolae*

XI. *easque super ligna straverat:* ita Fl., etiam arabicum emendans. Sik. et Thil. *easque in tigillo suspenderat.* Item infra Fl. *lignis iniecerat*, Sik. et Thil. *in tigillo suspenderat.*

daemones me humi prostravissent: ita Fl.; Sik. et Thil. *agitarent me daemones*

Digitized by Google

idolum, ceciderunt que omnes dii et vi magnificentiae eius perierunt.

Caput XII.

Hic impleta est prophetia quae dicit Ex Egypto vocavi filium meum. Iosephus vero et Maria cum idolum illud corruisse et periisse audissent, paverunt et timuerunt. Tum dixerunt Cum essemus in terra Israelis, Herodes Iesum interficere meditatus est, et propterea omnes infantes Bethlehemi et confinium eius occidit; neque dubium est quin Egyptii, simulatque hoc idolum fractum esse audiverint, nos igne sint crematuri.

Caput XIII.

Illinc egressi ad locum pervenerunt ubi erant latrones, qui complures homines sarcinis et vestibus exspoliaverant eosque vinxerant. Tum latrones audiverunt strepitum ingentem, qualis esse solet strepitus regis magnifici cum exercitu et equitatu et tympanis ex urbe sua egressi: qua re consternati latrones omnia quae rapuerant reliquerunt. Captivi autem surrexerunt, alii aliorum vincula solverunt, et receptis sarcinis suis abierunt. Ibi cum Iosephum et Mariam accedentes vidissent, dixerunt iis Ubi est ille rex cuius adventantis magnifico strepitu audito latrones reliquerunt nos, ita ut salvi evaserimus? Respondit iis Iosephus Pone nos veniet.

Caput XIV.

Deinde in aliam urbem venerunt, ubi mulier erat daemoniaca, quam cum noctu aliquando aquatum exiisset satanas maledictus et rebellis insederat. Haec neque vestimenta pati neque in aedibus durare poterat; quotiescumque catenis et loris constringebatur, disruptis illis nuda in loca inculta fugiebat, et in compitis sepulcretisque stans homines lapi-

vi magnificentiae eius perierunt: ita Fl.; Sik. et Thil. *a vi maiore destructa sunt*

Digitized by Google

dibus impetebat, suis vero gravissima mala parabat. Hanc igitur conspicata domina Maria miserta est; quo facto statim reliquit eam satanas, et in forma adolescentis fugiens abiit dicens Vae mihi a te, Maria, et a filio tuo. Sic ista mulier a cruciatu suo sanata est, suique sibi conscia propter nuditatem erubuit et hominum adspectum devitans ad suos abiit. Postquam autem vestes indnit, patri suisque rem qualis erat narravit: qui cum summi optimates civitatis essent, dominam Mariam et Iosephum honorificentissime hospitio exceperunt.

Caput XV.

Postridie viatico instructi ab illis digressi sunt et vesperi eius diei in aliud oppidum, in quo nuptiae celebrabantur, pervenerunt; sed artibus satanae maledicti et opera incantatorum obmutuerat sponsa neque amplius loquebatur. Postquam autem domina Maria filium suum dominum Christum gestans oppidum intravit, eam conspicata muta illa sponsa manus suas versus dominum Christum extendit, eumque ad se pertractum uluis excepit, et arcte inhaerens osculata est, eiusque corpus huc illuc motum sibi applicans super eum se inclinavit. Extemplo solutus est nodus linguae eius, et apertae sunt aures eius, deoque, quod sanitatem ipsi restituisset, laudes et grates egit. Incolae autem eius oppidi illa nocte gaudio exsultarunt, ac deum angelosque eius ad sese descendisse putarunt.

Caput XVI.

Triduum ibi substiterunt, in honore habiti et laute viventes. Viatico deinde instructi ab illis discesserunt et in aliam urbem pervenerunt, in qua, quod hominibus frequens erat, pernoctare cogitarunt. Erat vero in ea urbe mulier

---

XV. *Incolae autem -- putarunt:* ita Fl. Apud Sik. et Thil. est *Magna itaque hac nocte laetitia inter cives eius oppidi oriebatur, adeo ut putarent deum et angelos eius ad sese descendisse.*

XVI. *mulier proba:* ita Fl.; Sik. et Thil. *mulier nobilis*

Digitized by Google

proba, quae cum aliquando lavatum ad flumen ivisset, ecce satanas maledictus in forma serpentis insiluerat in eam et ventrem eius circumplicaverat; quoties autem nox ingruebat, tyrannice eam vexabat. Haec mulier conspicata heram dominam Mariam et dominum Christum infantem in sinu eius, huius desiderio affecta herae dominae Mariae dixit O hera, da mihi hunc infantem ut eum gestem et deosculer. Dedit igitur eum mulieri: ad quam cum admotus esset, misit eam ille satanas et fugiens eam reliquit, neque unquam post hunc diem mulier illum vidit. Quare omnes qui aderant summum deum laudarunt, et mulier ista liberaliter iis benefecit.

Caput XVII.

Postero die eadem mulier aquam odoratam sumsit ut dominum Iesum lavaret; quo loto aquam illam qua id fecerat recepit eiusque partem in puellam ibi habitantem, cuius corpus lepra album erat, effudit illamque ea lavit: quo facto puella statim a lepra purgata est. Oppidani autem isti dixerunt Nullum est dubium quin Iosephus et Maria et puer iste dii sint, non homines. Cum vero discessum ab illis pararent, puella ista quae lepra laboraverat ad eos accessit eosque rogavit ut se comitem adsumerent.

Caput XVIII.

Hoc cum puellae annuissent, cum iis abiit. Postea in urbem pervenerunt in qua arx erat clarissimi principis, qui aedes excipiendis hospitibus habebat. Huc deverterunt; puella

quoties autem – – vexabat: ita Fl.; Sik. et Thil. *singulisque noctibus super illa se extendebat*

huius desiderio affecta herae dominae – – deosculer: ita Fl. Apud Sik. et Thil. est *rogabat heram dominam Mariam ut sibi infantem hunc gestandum et deosculandum traderet*

XVII. *quo loto – – purgata est:* ita Fl. Haec apud Sik. et Thil. sic habent: *eoque loto aquam illam penes se reservavit. Eratque ibi puella, cuius corpus lepra album erat; quae cum aqua hac perfunderetur et lavaretur, mundata fuit ex tempore a lepra sua*

XVIII. *qui aedes excipiendis – – habebat:* ita Fl. Apud Sik. et Thil. est *cuius haud procul a diversorio aedes erant*

Digitized by Google

autem abiit et ad uxorem principis intravit: quam cum fletum et tristem reperisset, causam fletus sciscitata est. Ne mirare, inquit illa, fletum meum: magna enim aegritudine premor, quam adhuc nulli hominum eloqui sustinui. Fortasse, ait puella, si mihi illam manifestaveris et detexeris, eius remedium habebo. Cela igitur, respondit uxor principis, hoc secretum nec cuiquam eloquere. Ego nupta huic principi, qui rex est cuiusque in ditione multae urbes sunt, diu cum eo vixi, sed nullum ex me filium suscepit. Cum tandem filium ex eo peperissem, leprosus fuit: quem ille conspectum aversatus est, mihique Aut, ait, hunc interfice, aut nutrici trade, quae eum aliquo in loco educet unde nulla omnino de eo notitia emergat. Mihi vero iam nihil tecum est neque umquam posthac te videbo. Hinc consilii expers sum et moerore opprimor. Heu filium meum, heu coniugem. Dixine tibi? inquit puella, morbo tuo medicinam reperi, quam tibi indicabo. Nam ego quoque leprosa fui, sed mundavit me deus qui est Iesus, filius dominae Mariae. Rogante autem muliere ubinam hic esset deus quem illa dixisset Hic tecum, inquit puella, in eadem domo versatur. At qua ratione hoc fieri potest, ait illa, ubinam est? Ecce, respondit puella, Iosephum et Mariam: infans vero qui cum illis est, Iesus vocatur, atque is est qui me a morbo meo et cruciatu sanavit. At qua ratione, ait illa, sanata es a lepra tua? nonne id mihi indicabis? Quidni? inquit puella; aquam qua lotum fuerat corpus eius accepi a matre eius et in me effudi, ita purgata sum a lepra mea. Tum uxor principis surrexit illosque invitavit ut hospitio suo uterentur, et splendidum Iosepho convivium in magno virorum coetu paravit. Postera vero luce aquam odoratam sumsit qua dominum Iesum ablueret, et filium suum, quem secum assumserat, eadem deinde aqua perfudit; et extemplo filius eius mundatus est a lepra sua. Grates ergo et laudes deo canens Beata,

Hinc consilii expers -- opprimor: ita Fl.; Slk. et Thil. *Itaque moerorem meum et conditionem miseram deplorans contabui*

Digitized by Google

inquit, mater quae te peperit, o Iesu: itane homines eiusdem tecum naturae participes aqua qua corpus tuum perfusum fuit mundas? Larga porro munera dominae herae Mariae obtulit, eamque eximio cum honore dimisit.

Caput XIX.

Ad aliam deinde urbem pervenientes in illa pernoctare voluerunt. Diverterunt igitur ad virum recenti matrimonio devinctum, sed qui veneficio tactus uxore frui non poterat: cumque ea nocte apud ipsum pernoctassent, solutum est vinculum eius. At orta luce cum ad iter sese accingerent, prohibuit eos sponsus, magnumque illis convivium apparavit.

Caput XX.

Postero ergo die profecti et alii urbi appropinquantes tres viderunt mulieres a sepulcreto cum fletu procedentes. Quas conspicata domina Maria dixit puellae quae ipsos comitabatur Quaere ex illis quae sit ipsarum conditio, et quid ipsis calamitatis acciderit. Cumque a puella rogatae essent, nihil respondentes vicissim interrogarunt Unde vos, et quo tenditis? iam enim praeteriit dies et nox ingruit. Nos viatores sumus, inquit puella, et deversorium in quo pernoctemus quaerimus. Dixerunt illae Ite nobiscum et apud nos pernoctate. Secuti ergo illas in domum novam ornatam et multa supellectile instructam introducti sunt. Erat vero tempus hiemale, et puella conclave mulierum istarum ingressa rursus eas flentes et lamentantes invenit. Adstabat eis mulus tegumento attalico instratus, cui sesama erant obiecta, cuique oscula dabant et pabulum subministrabant. Dicente autem puella ista Quid rei est, o dominae meae, de hoc mulo? Responderunt illae flentes et dixerunt Mulus hic, quem cernis, noster erat frater, eadem hac matre nostra natus. Cum enim fato functus parens noster magnas nobis opes reliquisset,

XX. *Quid rei est - - de hoc mulo:* ita correxit Fl. Apud Sik. et Thil. per errorem manifestum est *Quam pulcher, o dominae meae, hic mulus est*

Digitized by Google

atque hunc unicum fratrem haberemus, id egimus ut eum matrimonio iungeremus et nuptias ei more hominum pararemus. Sed mulieres mutua zelotypia percitae illum nobis insciis fascinarunt, et nos quadam nocte paullo ante lucem, foribus aedium nostrarum occlusis, fratrem hunc nostrum mulum factum esse vidimus, qualem eum cernis. Nos vero tristes, sicuti vides, non habentes patrem quo nos solemur, nullum in mundo doctum aut magum aut incantatorem omisimus quin illum accerseremus; sed nihil nobis profuit. Quoties autem pectora nostra moerore opprimuntur, surgimus et cum matre hac nostra abimus, ac postquam ad sepulcrum patris nostri flevimus redimus.

CAPUT XXI.

Haec cum audivisset puella ista Bonis este animis, inquit, et nolite flere; etenim medicina mali vestri propinqua est, imo vobiscum est et in medio aedium vestrarum: nam ego quoque leprosa fui, sed ut illam vidi mulierem cum eaque parvulum hunc infantem cuius nomen est Iesus, aqua qua illum abluerat mater corpus meum perfudi, et sanata sum. Novi autem illum vestro quoque malo posse mederi. Verum surgite, dominam meam Mariam adite atque ei in domum vestram deductae secretum vestrum detegite, suppliciter illam rogantes ut vestrum misereatur. Postquam mulieres sermonem puellae audiverant, propere dominam heram Mariam adierunt et ad sese introduxerunt, et coram ea consederunt flentes et dicentes O domina nostra, hera Maria, miserere ancillarum tuarum; neque enim senior nobis superest aut familiae princeps, neque pater aut frater qui nobiscum consuescat; sed mulus hic, quem vides, frater noster erat, quem mulieres fascino talem quem cernis effecerunt. Te igitur ro-

---

non habentes patrem: ita Fl. pro Sikii interpretatione *quia pater non erat nobis*

Quoties autem – – redimus: ita Fl ; Sik. et Thil. *Itaque quoties pectora – – cum matre hac nostra sepulchrum patris nostri adimus, et postquam ibi flevimus revertimur*

Digitized by Google

gamus ut nostrum miserearis. Tunc sortem illarum dolens domina Maria sublatum dominum Iesum dorso muli imposuit, et flevit ipsa pariter atque mulieres illae, et Iesu Christo Deus, inquit, mi fili, sana hunc mulum eximia tua potentia, et fac eum hominem ratione praeditum qualis antea erat. Ut haec vox ex ore dominae herae Mariae prodiit, mutata forma iste mulus homo factus est adolescens ab omni labe integer. Tunc ipse ac mater eius et sorores dominam heram Mariam adorarunt ac puerum super capita sua elatum osculari coeperunt, dicentes Beata est genitrix tua, o Iesu, o servator mundi; beati sunt oculi qui felicitate aspectus tui fruuntur.

Caput XXII.

Dixerunt porro ambae sorores matri suae Equidem frater noster auxilio domini Iesu Christi et salutari interventu puellae istius, quae Mariae et filii eius indicium nobis fecit, in humanam formam erectus est. Nunc vero cum frater noster sit caelebs, convenit ut puellam hanc, famulam illorum, nuptum ipsi demus. Hoc cum heram Mariam rogassent, ipsaque annuisset illis, splendidas huic puellae nuptias paraverunt, et moerore in laetitiam planctuque in tripudium commutato gaudere laetari exsultare et canere coeperunt, ob magnam laetitiam splendidissimo vestitu et mundo ornatae. Deinde carmina et laudes recitare ac dicere coeperunt O Iesu fili Davidis, qui moerorem in gaudium et lamenta in laetitiam convertis. Manseruntque ibi Iosephus et Maria decem dies. Deinde profecti sunt, magnis honoribus ab hisce hominibus affecti, qui illis valedixerunt, et a valedicendo reverterunt flentes, maxime ista puella.

Caput XXIII.

Hinc digressi cum in terram desertam pervenissent eamque latrociniis infestam esse audissent, Iosephus et hera

XXII. *salutari interventu:* ita Fl. pro *benedictione*, quod erat apud Sik. *tripudium:* ita Fl.; Sik. verterat *risum*.

Digitized by Google

Maria regionem hanc noctu traiicere cogitarunt. At inter eundum ecce duos in via latrones conspiciunt cubantes, et cum illis multitudinem latronum qui illorum socii erant itidem dormientium. Erant autem duo isti latrones, in quos inciderant, Titus et Dumachus. Dixit igitur Titus Dumacho Rogo te ut istos sinas abire libere, atque ita ut socii nostri eos non animadvertant. Recusante autem Dumacho rursus Titus Cape tibi, inquit, a me quadraginta drachmas, et pignus habe hocce. Simul zonam qua cinctus erat ei porrexit, ut ne hisceret neve loqueretur. Vidensque domina hera Maria hunc latronem ipsis benefecisse, ait illi Dominus deus te dextra sua sustentabit et remissionem peccatorum tibi largietur. Dominus autem Iesus respondit et dixit matri suae Post triginta annos, o mater, crucifigent me Iudaei Hierosolymae, et duo isti latrones mecum una in crucem tollentur, Titus ad dextram meam et Dumachus ad sinistram, et post illum diem praecedet me Titus in paradisum. Cumque dixisset illa Avertat hoc a te deus, mi fili, abierunt illinc ad urbem idolorum, quae, cum illi appropinquassent, in colles arenaceos fuit mutata.

Caput XXIV.

Hinc ad sycomorum illam digressi sunt quae hodie Matarea vocatur, et produxit dominus Iesus fontem in Matarea, in quo hera Maria subuculam eius lavit. Ex sudore autem domini Iesu, quem illa ibi sparsit, balsamum in illa regione provenit.

Caput XXV.

Inde Memphin descenderunt, visoque Pharaone triennium in Egypto substiterunt; fecitque dominus Iesus plurima in Egypto miracula, quae neque in evangelio infantiae neque in evangelio perfecto scripta reperiuntur.

XXIV. *subuculam*: ita Fl. pro *tunicam*.

Digitized by Google

Caput XXVI.

Exacto vero triennio rediit ex Egypto, et reversus est; cumque Iudaeam attigissent, timuit Iosephus illam intrare; audiens vero decessisse Herodem et Archelaum filium in locum eius successisse, timuit quidem, sed in Iudaeam abiit. Apparuitque illi angelus dei et dixit O Iosephe, abi in urbem Nazareth atque ibi subsiste.

Mirum sane gestari sic et circumferri per regiones dominum regionum.

Caput XXVII.

Ingressi deinde urbem Bethlehemum viderunt ibi morbos multos et graves, oculos infantum infestantes, qui inde moriebantur. Aderat ibi mulier aegrotum habens filium, quem morti iam propinquum ad dominam heram Mariam adduxit, quae illam conspexit Iesum Christum lavans. Tum dixit mulier illa O domina mea Maria, adspice filium hunc meum qui gravi dolore laborat. Et exaudiens illam hera Maria Cape, inquit, aliquantum istius aquae qua filium meum ablui, eaque illum consperge. Accipiens ergo illa paullulum de ista aqua, prout dixerat hera Maria, filium suum ea perfudit: quo facto huius agitatio remisit, et cum paullulum dormiisset, salvus postea et sanus ex somno experrectus est. Mater de hoc gaudens rursus eum ad heram Mariam adduxit. Haec vero ei dixit Gratias age deo, quod filium hunc tuum sanavit.

Caput XXVIII.

Erat ibidem alia mulier, vicina eius cuius filius modo convaluerat. Huius filius cum eodem morbo laboraret, iam-

---

XXVI. *timuit quidem, sed in Iudaeam abiit:* ita Fl. pro Sikiana interpretatione *metuit et in Iudaeam abiit.*

XXVII. *quo facto -- remisit:* ita Fl. Apud Sik. et Thil. legitur *qui vehementi agitatione lassatus in soporem lapsus est.*

Digitized by Google

que fere excaecati essent eius oculi, noctes et dies eiulabat. Huic sanati infantis genitrix Quare, inquit, non defers filium tuum ad heram Mariam, sicuti ego filium meum ad illam detuli, cum morti propinquus esset? qui convaluit aqua illa qua corpus Iesu filii eius ablutum fuerat. Quae cum ex ea audivisset mulier ista, ipsa quoque abiit, acceptaque eadem aqua filium suum abluit, cuius extemplo corpus et oculi convaluerunt. Hanc quoque hera Maria, cum filium suum ad ipsam detulisset eique omnia quae evenerant aperuisset, gratias deo pro filio in valitudinem restituto agere neque cuiquam hanc rem narrare iussit.

Caput XXIX.

Erant in eadem urbe duae feminae, unius viri uxores, quarum utrique erat filius febricitans. Harum altera Maria vocabatur, et filio eius Cleopae erat nomen. Surrexit ista et assumto filio suo dominam heram Mariam matrem Iesu adiit, oblatoque ei pulcro mantili O domina mea Maria, inquit, accipe a me hoc mantile et pro illo da mihi unam fasciolam. Fecit hoc Maria, abiitque mater Cleopae et confectam ex illa subnculam filio suo induit. Sic sanatus est morbus eius; at filius rivalis diem obiit. Hinc orta inter illas inimicitia cum alternis hebdomadibus munia domestica obirent, instarentque quondam vices Mariae matris Cleopae, haec panem coctura furnum calefecit, et massam subactam allatura filio suo Cleopa ad furnum relicto abiit. Hunc aemula eius solum conspicata — furnus autem succenso igne aestuabat — prehendit et in furnum coniecit, ac sese inde subduxit. Rediens Maria vidensque filium suum Cleopam in medio furno iacentem ridere furnumque refrixisse, ac si nihil in eum ignis coniectum foret, cognovit aemulam suam illum in ignem immisisse. Extractum ergo eum ad heram dominam Mariam detulit eidem-

XXIX. *Cleopae* per totum caput: ita Fl.; Sik. et Thil. *Kaljufo.*

massam subactam -- abiit: ita Fl. Apud Sik. et Thil. est *farinam petitura, filio suo Kaljufo ad furnum relicto, foras prodibat*

Digitized by Google

que casum eius narravit. Cui illa Tace, inquit, neve cuiquam hanc rem narra; nam metuo tibi si eam divulgaveris. Postea aemula eius aquam haustura ad puteum processit, et conspicata Cleopam iuxta puteum ludentem neque quemquam adesse, prehensum illum in puteum deturbavit, ipsa autem domum abiit. Cum homines aquam ex puteo petituri accessissent, viderunt puerum illum in superficie aquae sedentem: itaque descenderunt eumque extraxerunt. Cepit autem eos magna admiratio istius pueri, et deum laudarunt. Tum venit mater eius sublatumque illum flens ad dominam heram Mariam detulit et dixit O domina mea, vide quid aemula mea filio meo fecerit, et quomodo in puteum illum deturbaverit; fieri non potest quin eum aliquando perdat. Dixit illi hera Maria Deus te ab ista vindicabit. Deinde cum aquam haustura ad puteum aemula processisset, pedibus fune implicatis in puteum decidit. Venerunt quidem homines ut eam extraherent, sed caput eius contusum et ossa fracta invenerunt. Sic mala morte periit, et eventum in ea habuit dictum illud Alte puteum foderunt, sed ceciderunt in foveam quam paraverant.

Caput XXX.

Alia illic mulier geminos habebat filios qui in morbum inciderant, defunctoque altero alter animam agebat: quem sublatum mater flens ad dominam heram Mariam detulit et O domina mea, inquit, opem mihi fer et succurre. Nam duos habui filios, quorum alterum modo sepelivi, alter vero morti propinquus est. Vide quomodo deum rogatura et oratura sim. Coepitque dicere O domine, tu es clemens et misericors et pius: duos mihi dedisti filios, quorum alterum cum abstuleris, hunc saltem mihi relinque. Itaque hera Maria

neve cuiquam -- narra: haec apud Sik. et Thil. omissa erant.

ipsa -- abiit: haec omissa erant apud Sik. et Thil.

itaque descenderunt -- extraxerunt: ita Fl. Verterat Sik. *quem demissis [funibus] extrahebant*

Alte puteum foderunt: ita Fl. pro *Puteum foderunt et alte humum egesserunt*

Digitized by Google

fervorem fletus eius conspiciens miserta est eius et Pone, inquit, filium tuum in lecto filii mei eiusque vestibus ipsum contege. Cumque posuisset eum in lecto in quo Christus iacebat, iam vero vita defunctus oculos clauserat, simul atque odor vestium domini Iesu Christi illum puerum contigit, oculos aperuit magnaque voce matrem inclamans panem poposcit et acceptum suxit. Tunc mater eius O domina Maria, inquit, nunc cognovi virtutem dei in te habitare, adeo ut filius tuus sanet homines eiusdem cum ipso naturae participes, postquam vestes eius attigerint. Hic puer sanatus is est qui in evangelio Bartholomaeus vocatur.

CAPUT XXXI.

Erat porro ibi mulier leprosa, quae adiens dominam heram Mariam matrem Iesu dixit Domina mea, opem mihi fer. Respondit vero hera Maria Ecquodnam auxilium petis? aurumne an argentum? an ut corpus tuum a lepra mundetur? At rogavit mulier ista Quis hoc mihi dare potest? Cui hera Maria Paullulum, inquit, exspecta, donec filium meum Iesum laverim et in lecto reposuerim. Exspectavit mulier, ut Maria ei dixerat: haec autem cum Iesum in lecto posuisset, aquam qua corpus eius abluerat mulieri porrigens Cape, inquit, aliquantum istius aquae et in corpus tuum effunde. Quod cum fecisset, extemplo mundata deum laudavit et grates ipsi egit.

CAPUT XXXII.

Abiit ergo postquam triduum apud illam mansit, et in urbem perveniens vidit ibi virum principem qui alius principis filiam duxerat uxorem: sed cum vidisset mulierem, conspexerat inter oculos eius signum leprae instar stellae; adeoque matrimonium dissolutum et irritum factum fuerat. Hos

XXX. *iam autem vita defunctus oculos clauserat:* ita Fl. pro *modo autem oculi eius in aeternam noctem claudebantur.* Quo loco etiam arabicum textum emendavit Fl.

Digitized by Google

illa mulier in eo statu conspicata moestitia oppressos et flentes caussam ex illis fletus quaesivit. At illi Ne, inquiunt, in statum nostrum inquirito; dolorem enim nostrum nulli mortalium narrare aut alii cuiquam aperire possumus. Institit tamen illa, atque ut illud sibi committerent rogavit: sese enim fortasse remedium eius indicaturam. Cum ergo monstrassent ipsi puellam et signum leprae quod inter eius oculos apparebat, hoc conspecto Ego quoque, inquit mulier, quam hic videtis, eodem morbo laboraveram, cum alicuius negotii caussa, quod forte mihi obvenerat, Bethlehemum sum profecta. Ibi speluncam ingressa mulierem nomine Mariam vidi, cuius filius erat qui Iesus vocabatur: haec cum me leprosam vidisset, mei miserta aquam qua filii sui corpus laverat mihi porrexit. Ea corpus meum perfudi, et munda evasi. Dixerunt ergo feminae illi Numquid, o domina, surges et nobiscum proficiscens dominam heram Mariam nobis commonstrabis? Annuente illa surrexerunt et ad dominam heram Mariam iverunt, splendida secum munera ferentes. Cumque intrassent et munera illa ipsi obtulissent, puellam istam leprosam quam adduxerant ipsi monstrarunt. Dixit ergo hera Maria Misericordia domini Iesu Christi descendat super vos: et paullulum aquae eius qua corpus Iesu Christi abluerat illis quoque porrigens hac miseram lavari iussit. Quod cum fecissent, extemplo sanata est, ipsique et omnes adstantes deum laudaverunt. Laeti ergo in urbem suam reverterunt, dominum propterea laudantes. Cum vero princeps audisset sanatam esse uxorem suam, ea in domum suam recepta secundas nuptias fecit, et pro recuperata uxoris sanitate grates deo egit.

CAPUT XXXIII.

Erat quoque ibi adolescentula, quae a satana affligeba-

XXXII. *Cum ergo monstrassent ipsi puellam -- sum profecta:* ita Fl. Verterat Sik. ita: *Cum ergo monstrarent -- et signa leprae quae -- apparebant, Ego quoque, inquit mulier, -- laboravi, et Bethlehemum negotiorum causa profecta sum*

Digitized by Google

tur: maledictus enim ille forma ingentis draconis subinde illi apparebat eamque deglutire parabat; omnem quoque eius sanguinem exsugebat, ita ut cadaveri similis remaneret. Haec, quotiescumque ad eam accedebat, manibus super caput iunctis vociferabatur et dicebat Vae, vae mihi, quod nemo adest qui a pessimo isto dracone me liberet. Pater autem et mater eius et omnes qui circa ipsam erant aut ipsam videbant eius sortem dolebant; et homines promiscue eam circumsistebant omnesque flebant et lamentabantur, praesertim cum ipsa fleret et diceret O fratres mei et amici, nemone est qui ab homicida isto me liberet? Filia vero principis quae a lepra sua sanata fuerat, audiens vocem puellae istius adscendit in castelli sui tectum viditque illam manibus super caput iunctis flentem omnesque circumstantium globos pariter flentes. Rogavit igitur maritum istius daemoniacae an viveret mater uxoris ipsius. Qui cum utrumque eius parentem vivere dixisset, Matrem eius, inquit illa, ad me arcesse. Quam ut ab eo arcessitam vidit, Lymphata haec adolescentula, inquit, num filia tua est? Ita, o domina, inquit mulier illa tristis et flens, haec filia mea est. Respondit filia principis Cela secretum meum; nam fateor tibi me fuisse leprosam, sed nunc sanavit me domina Maria, mater Iesu Christi. Quod si filiam tuam sanari vis, ea Bethlehemum abducta Mariam matrem Iesu require, et filiam tuam sanatum iri confide: ego vero confido, te filia recte valente laetam huc reversuram. Illa mulier simul atque orationem filiae principis audiit, confestim filiam suam secum abduxit, et ad locum designatum profecta dominam heram Mariam adiit eique filiae suae statum aperuit. Audita oratione eius hera Maria praebuit illi paullulum aquae eius qua corpus filii sui Iesu abluerat, idque eam in corpus filiae effundere iussit. Data quoque ipsi fascia ex panniculis domini Iesu Cape, inquit, hanc fasciam eamque hosti tuo,

XXXIII. *ego vero confido te – – ad locum designatum:* ita Fl. Legitur ex Sikii interpretatione *credo enim te sanata filia laetam reversuram. Statim ab extrema parte verbi surrexit illa, et cum filia sua ad locum designatum*

Digitized by Google

quotiescumque illum videris, ostende. Et cum salutatione illas dimisit.

Caput XXXIV.

Cum ergo digressae ab illa in regionem suam rediissent, adessetque tempus quo satanas ille invadere eam solebat, hoc ipso tempore apparuit illi hic maledictus sub forma ingentis draconis, a quo conspecto puella timuit. Cui mater Ne time, o filia; sine illum ad te accedere, tum fasciam quam dedit nobis domina Maria ostende ipsi, et quid futurum sit videamus. Cum igitur satanas ille draconem terribilem referens appropinquasset, corpus puellae prae timore eius inhorruit; sed simulatque fasciam istam promsit et capiti suo imposuit oculosque ea obtexit, ex ea fascia flammae et prunae emicare atque in draconem proiici coeperunt. O magnum illud miraculum, quod factum est simulatque draco fasciam domini Iesu adspexit, ex qua ignis emicabat et in caput eius atque oculos proiiciebatur. Magna ille voce exclamavit Quid mihi tecum est, o Iesu fili Mariae? quo a te fugiam? Magno cum timore tergum vertens a puella discessit, neque unquam postea ei apparuit. Puella autem iam ab eo otium habuit et deo laudes gratiasque egit, et cum ipsa omnes qui miraculo illi interfuerant.

Caput XXXV.

Alia ibidem mulier degebat, cuius filius a satana vexabatur. Hic, Iudas nomine, quotiescumque satanas ille eum corripiebat, omnes qui ad eum appropinquabant mordebat, ac si neminem iuxta se inveniebat suas ipse manus et caetera membra mordebat. Audiens ergo mater huius miseri famam herae Mariae et filii eius Iesu surrexit ac filium suum Iudam secum ad dominam Mariam deduxit. Interim Iacobus et Ioses dominum Iesum infantem abduxerant, ut cum cae-

XXXIV. *Puella autem -- habuit:* ita Fl. pro *Sic puellae huic negotium facessere desiit*

Digitized by Google

teris infantibus luderent; ac domo egressi consederant, et cum eis dominus Iesus. Accessit Iudas daemoniacus et ad dextram Iesu consedit; tum a satana, ut fieri solebat, infestatus dominum Iesum mordere voluit, sed non potuit, tamen latus Iesu dextrum percussit, unde hic flere coepit. Extemplo exivit ex puero illo satanas fugiens, cani rabido similis. Hic autem puer, qui Iesum percussit et ex quo satanas sub forma canis exivit, erat Iudas Ischariotes, qui illum Iudaeis prodidit; et idem eius latus, in quo percusserat eum Iudas, Iudaei lancea confixerunt.

Caput XXXVI.

Cum vero dominus Iesus septem a nativitate sua annos complevisset, die quodam cum pueris aequalibus, i. e. qui ei aetate compares erant, versabatur. Ludebant autem in luto, unde simulacra asinorum boum avium aliorumque animalium fingebant, et sua quisque arte glorians suum opus probabat. Tunc dominus Iesus dixit pueris Ego illa quae feci simulacra incedere iubebo. Rogatus a pueris num igitur creatoris esset filius, dominus Iesus illa incedere iussit: quae extemplo subsilire coeperunt; deinde, cum iis veniam dedisset, rursus substiterunt. Fecerat autem avium passerumque figuras, quae, cum volare ipsas iuberet, volabant, et cum stare iuberentur, consistebant; cum autem cibum et potum iis porrigeret, edebant et bibebant. Postquam abierunt pueri et parentibus ista suis retulerunt, dixerunt illis patres ipsorum Cavete, o filii, iterum cum eo consuescatis: est enim veneficus; fugite igitur eum et vitate, neve dehinc iterum cum eo ludite.

Caput XXXVII.

Quodam die dominus Iesus cum pueris discurrens et

XXXVI. *ludebant autem in luto - - probabat:* ita Fl. pro Sikii interpretatione, quae sic habet: *qui ludentes varias ex luto formas fingebant, asinos, boves, volucres, et alia his similia, et unusquisque suum iactans opus super caeterorum plasmata efferre conabatur*

Digitized by Google

ludens officinam tinctoris praeteriit, cuius nomen erat Salem; habebant autem in officina eius multos pannos, quos tincturus erat. Ingressus igitur dominus Iesus officinam tinctoris pannos hosce universos sumsit et in cupam caeruleo indico plenam coniecit. Salem cum venisset pannosque perditos vidisset, voce maxima clamare coepit et dominum Iesum obiurgare dicens Quid fecisti mihi, o fili Mariae? Me apud omnes oppidanos infamem reddidisti: quilibet enim commodum sibi colorem voluit, tu vero cum venisses omnia perdidisti. Respondit dominus Iesus Cuiuscumque panni colorem mutari volueris, hunc ego tibi mutabo; statimque pannos ex cupa extrahere coepit, singulos eo imbutos colore quem tinctor volebat, donec omnes eduxit. Hoc miraculum atque prodigium videntes Iudaei deum laudarunt.

Caput XXXVIII.

Iosephus autem per totam urbem circumiens dominum Iesum secum ducebat, cum propter opificium eius homines illum accerserent ut portas ipsis et mulctralia et spondas et arcas conficeret; eratque cum ipso dominus Iesus quocumque ibat. Quoties ergo Iosepho aliquid operis sui sive cubito sive spithama longius aut brevius, latius vel angustius faciendum erat, dominus Iesus manum suam versus illud extendebat, quo facto tale quale volebat Iosephus fiebat, neque ipsi opus erat quicquam manu sua facere: non erat enim Iosephus artis fabrilis admodum peritus.

Caput XXXIX.

Quodam vero die accersivit illum rex Hierosolymae et Volo, inquit, Iosephe, ut solium mihi conficias ad mensuram loci illius in quo sedere consuevi. Paruit Iosephus, et

---

XXXVII. *me apud omnes -- reddidisti:* ita Fl. pro *et me et cives meos iniuria affecisti*

XXXVIII. *sive cubito sive spithama:* haec apud Sik. et Thil. omissa erant. *non erat enim* etc: ita Fl. pro *quia nec admodum peritus erat artis fabrilis*

Digitized by Google

postquam statim operi manum admovit, biennium in regia mansit, donec fabricam illius solii absolvit. Cum autem illud in locum suum transferendum curasset, ab unoquoque latere duas ei spithamas a praefinita mensura deesse animadvertit. Quo viso rex Iosepho iratus est; Iosephus autem a rege vehementer timens noctem incoenatus peregit nec quicquam omnino gustavit. Tunc a domino Iesu rogatus quare timeret, Quia, inquit Iosephus, omne illud quod per biennium feci perdidi. Cui dominus Iesus Ne time, inquit, neve animum abiice; sed prehende tu unum solii latus, ego alterum prehendam, ut illud corrigamus. Cumque fecisset Iosephus quemadmodum dixerat dominus Iesus, et uterque a latere suo traxisset, correctum est solium et ad iustam loci illius mensuram redactum. Quo prodigio conspecto qui aderant obstupuerunt et deum laudarunt. Ligna vero eius solii ex illis erant quae tempore Salomonis filii Davidis celebrabantur, i. e. ligna varia et multiplicia.

Caput XL.

Alio quodam die dominus Iesus in viam egressus et pueros qui ad ludendum convenerant conspicatus eos insecutus est, pueri autem se ab illo absconderunt. Dominus Iesus igitur cum ad portam domus cuiusdam venisset et stantes ibi mulieres conspexisset, eas rogavit quonam pueri illi abissent. Cumque neminem ibi adesse respondissent, iterum dominus Iesus Hi, inquit, quos in fornace videtis, quinam sunt? Respondentibus illis haedos esse triennes, clamavit dominus Iesus dixitque Huc exite, o haedi, ad pastorem vestrum. Tum pueri haedorum speciem habentes exierunt et

---

XXXIX. *Iosephus autem a rege - - gustavit:* ita Fl. pro *et Iosephus iram regis metuens incoenatus dormiebat, cum nihil omnino gustasset*

Ligna autem illius solii etc: ita Fl. Apud Sik. et Thil. est *Fabricatum vero erat solium hoc ex ligno illo quod exstiterat tempore Salomonis, Davidis filii, ligno scilicet variis formis et figuris insignito.*

XL. *Tum pueri - - exierunt:* ita Fl.; Sik. et Thil. *Et confestim egrediebantur pueri haedis similes*

Digitized by Google

circa ipsum exsultare coeperunt: quo conspecto mulieres illae admodum miratae et tremore correptae propere dominum Iesum supplices adorarunt, dicentes O domine noster Iesu, fili Mariae, tu revera es pastor ille bonus Israelis, miserere ancillarum tuarum quae coram te stant quaeque nunquam dubitarunt: ad sanandum enim, o domine noster, venisti, non ad perdendum. Cum autem respondisset dominus Iesus, filios Israelis Aethiopum instar esse inter populos, dixerunt mulieres Tu, domine, omnia nosti neque te quicquam latet; nunc vero te rogamus et a pietate tua petimus ut pueros istos servos tuos in pristinum ipsorum statum restituas. Dixit ergo dominus Iesus Adeste o pueri, ut abeamus et ludamus; et extemplo adstantibus hisce feminis haedi in pueros mutati sunt.

Caput XLI.

Mense autem Adar Iesus in modum regis pueros congregavit: illi vestes suas humi straverunt, ipse super eas consedit. Tum coronam ex floribus consertam capiti eius imposuerunt et cubiculariorum instar regi adstantium a dextra et sinistra coram ipso constiterunt. Quicumque autem per viam illam transibat, illum vi abstrahebant pueri dicentes Huc ades et regem adora, deinde in via tua perge.

Caput XLII.

Interea, dum haec gerebantur, accedebant viri qui puerum gestabant. Hic enim puer ligna petiturus cum aequalibus suis in montem discesserat; ibi vero cum perdicis nidum invenisset, et manum suam ut ova exinde tolleret extendisset, serpens eum malignus ex medio nido pupugit, ita ut auxilium advocaret. Sodales cum propere accessissent, invenerunt illum in terra iacentem mortui instar; tum venerunt propinqui

---

2. *Pil.* (C add *iterum*) *voc. Ies. et dix. ei* cum AC .. B *Pil. ait ad Iesum* .. Dabe edpr *Pil. vero* (De edpr om) *advocans Iesum dixit* | *Quid est* -- *ad eos* (B *eis*) *loqueris* cum ABC .. Dabe edpr *Non audis* (Da *Num audisti*) *quod* (Db *quid*, edpr *quanta*) *isti adversum te* (Db om *te*) *testantur? et nihil dicis?* (edpr *testificantur* omissis reliquis) | *Ies. autem* (B om) *resp.* cum ABC .. Dabe *Ies. resp. ei* | *potestatem* cum ABC .. Dab add *loquendi* .. De *linguas* | *non loquerentur:* De add *adversum me* | *unusquisque* cum B .. AB add *autem;* De praem *sed*, Dab *sed quoniam* | Dabe *habet potestatem* | *oris sui loqui* cum Dabe .. ABC *in* (C *de*) *ore suo loquendi* | B *bona vel mala* | *ipsi* (De add *autem*) *videb.* cum Dabe .. ABC *ipsi* (C *tamen ipsi*) *videant quid loquantur* (B *locuntur*)

3. Ab hoc inde loco usque ad initium capitis V. Vaticani codices nostri (i. e. AB) ad constituendam textum adhiberi nequeunt. Breviter enim quicquid interpositum est sic absolvunt: *Quid multa? Iam omnia nota sunt vobis a sancto evangelio. Post multas altercationes inter Pilatum et Iudaeos surgens Nicodemus quidam vir* (B om) *Iudaeus stetit ante praesidem* etc.

Respondentes -- *ad Iesum* cum Dabe .. C *Responderunt seniores Iudaeorum ad Iesum et dixerunt ei* | *Quid nos videbimus* (Db *videmus*) cum Dab .. De *Nos videmus, et testamur quod videmus* .. C *Quid loqueris ut videamus nos?* | *primum* cum Dbe C, item edpr *primo* .. Da *nos primum de te videmus* | *ex:* C *de* | *natus es* cum Dae C, item edpr omisso *natus* .. Db *nascoris* | *quia in nativitatem tuam in Bethl. inf. cons. facta est* cum C .. Da *quod pro nativitate tua in Bethl. infantes*

Digitized by Google

fantum consummatio facta est: tertio quod pater tuus Ioseph et mater tua Maria fugerunt in Egyptum, eo quod non haberent fiduciam in populo.

4 Dicunt quidam de adstantibus benigni ex Iudaeis Nos non dicimus eum esse ex fornicatione, sed scimus quoniam desponsata est Maria Ioseph, et non est natus de fornicatione. Dicit Pilatus ad Iudaeos qui dixerunt eum esse ex fornicatione Hic sermo vester non est verus, quoniam desponsatio facta est, sicut ipsi dicunt ex gente vestra. Dicunt Pilato Annas et Caiphas Nos cum omni multitudine dicimus quoniam ex fornicatione natus est et maleficus est: isti autem proselyti sunt et discipuli eius. Advocans vero Pilatus Annam et Caipham dicit eis Quid sunt proselyti? Dicunt ei Gentilium filii nati sunt et modo facti sunt Iudaei. Respon-

---

interfecti sunt .. Dbc *quod generatio tua est in Bethl. et infantum interfectio propter te facta est* (Dc om *et infantum* -- *f. est*) .. edpr *quia in Bethl. progenies tua est, ubi propter te facta est interfectio puerorum* | *Ioseph* cum CDc .. Dab om | *et mater tua* -- *Egyptum* cum Dabc edpr .. C *disponsavit Mariam matrem tuam et in Egyptum fuit* (fugit?) | *eo* (Dc *propterea*) *quod* -- *in populo* (Dc add *nostro*) cum Dabc, item edpr .. C *quia non habebat fiduciam ambulare in plebem suam*

4. *Dicunt quid. de* (Dc add *his*) *adst. benigni* (ita Flor et testante Thilone alii; Dabc *benigne*) *ex Iud.* (Dc *ex Iud. ben. de Iesu*) cum Dabc Flor aliisque .. C *tunc responderunt aliqui de adst. viri Iudaei;* edpr *dicunt quidam ex astantibus Iud.* | *Nos non* -- *esse* (Flor add *natum*, item Dc) -- *quoniam* (Db *quod*) -- *et non est natus de forn.* (Flor edpr om *et non est n. de f.*) cum Dbc Flor, similiter edpr .. Da *Nos n. d. e. esse nat. de fornic.* omissis reliquis usque dum sequitur *hic sermo* (transiluit a *fornicatione* ad *fornicatione*) .. C *Nos non dic. eum de fornic. natum, quia novimus quod Ioseph disponsavit Mariam matrem suam: non ergo de fornic. natus est* | *Dicit* (Dc *dix.*) *Pil. ad Iud.* (Flor *ad eos*) -- *eum esse ex forn.* (Flor *ex forn. eum nasci*) -- *sicut* (Dc *sic* teste Birchio) *ipsi* (Flor om; Dc post *dic.*) *dic. ex* (Da *qui sunt de*) *gente* (Flor *generatione*) *vestr.* cum Dbc Flor, item inde ab *hic sermo* (vide ante) Da. Item edpr *Dic. Pyl. ad eos* -- *Sermo vester mendax est, sicut ex gente vestr. testantur.* .. C *Dicit Pil. Ergo sermo vester non concordat veritati, nec est verum quod mihi attestatis, quoniam et desponsalia facta sunt secundum quod loquitur cognatio vestra* | *Dicunt Pil. Ann. et Caiph.* cum Dabc Flor .. C *responderunt Ann. et Caiph. et dixerunt ad Pilatum* | *Nos cum o. m. dic.* cum C .. Dbc *Omnis multitudo clamat* .. Da *Omnis mult. audienda est, quae clamat* .. edpr *Multitudo hominum proclamat* | *natus est* cum Dac C .. Db *nascitur* | *et malefic. est* (edpr *sit*): ita Dabc C edpr | *isti autem* cum Dbc edpr .. Da add *qui negant eum esse natum ex fornicatione*, item C *qui testificantur et dicunt quia de forn. non est natus* | *Advocans* -- *dic. eis* cum Dbc .. Da *Pil. autem dixit ad Ann. et Caipham* .. C *Respondit Pil.* | *Quid* cum Dbc C .. Da *Qui* | *Dicunt ei* (C add *Iudaei*) cum Dc C .. Dab *dic. illi* | *Gentilium* (ita C; Dabc

Digitized by Google

derunt hi qui testificati sunt Iesum non esse natum de fornicatione, Lazarus et Asterius, Antonius et Iacobus, Annes et Azaras, Samuel et Isaac, Finees et Crispus, Agrippa et Iudas, Nos proselyti non sumus nati sed filii Iudaeorum sumus, et veritatem loquimur: etenim in desponsalia Mariae interfuimus.

5 Convocans autem ad se Pilatus duodecim viros hos qui probaverunt quia Iesus non fuerat natus de fornicatione, dixitque ad eos Adiuro vos per salutem Caesaris, si verum est, dicite mihi, quoniam Iesus non est natus de fornicatione. Dicunt illi Pilato Legem habemus non iurare, quia peccatum est; sed ipsi iurent per salutem Caesaris quoniam non est sicut diximus, et rei sumus mortis. Tunc dixit Pilatus Annae et Caiphae Nihil respondetis ad ea quae isti te-

---

paganorum) *fil. nati* (ita C; Dabc om) *sunt et modo* (ita C; Dba *nunc;* Dc *non*) | *Respond. hi* -- *de fornic.* cum C .. Dabc Flor nil nisi *dicunt* | *Lazarus* (ita CDb Flor, *Lazarius* edpr; Dac *Eliezer*) .. C praem *quorum nomina haec sunt* | *Asterius* cum Dabc Flor edpr (*Austerius*) .. C *Histerius* | *Annes et Azaras* cum C .. Flor *et Ares;* edpr *Piras;* Dabc *Caras.* Alterum nomen vide ante *et Iudas.* | *Samuel et Isaac* .. C *Sam. et Damael* .. Dabc Flor edpr *et Samuel, Isaac* | *Finees* (*F* est in C Flor; Fabric. Birch. Thil. ediderunt *Phinees;* edpr om) *et Crispus* (ita Flor edpr; C *Crispes;* Dabc *Crippus*) | *Agr. et Iud.* cum C .. Dabc Flor *et* (edpr om) *Agr. Amnes* (ita Db, edpr *Anmes;* Flor *Acmes;* Dac *Annas*) *et Iud.* Praeterea variant codices modo addentes *et* modo omittentes. Secuti in ea re sumus prae ceteris codicem C. | *Nos pr. non sum. nati* (Dac om) -- *loquimur* cum Dbac edpr .. C *Pro certo est nos proselitos non esse sed filios Iudaeorum, et veritatem loquimur* | *etenim* (ita Db edpr; Dac *et;* C *nam et*) *in desponsalia* (ita Db, edpr *in desponsalibus*, C *in sponsalia;* Dac *in desponsalitio*) *Mar.* (C add *et gaudia*) *interf.* (edpr *fuimus;* Dc add *testificamur*)

5. *Convocans autem* -- *dixitque eis* cum C .. Dabc *alloquens vero Pil. duodec. viros qui haec dixerunt, dix. eis,* item edpr *quos alloquens Pyl. dixit* | *si verum est* -- *de fornic.* cum C .. Dc edpr *si vere* (edpr *verum*) *dixistis quoniam non est* (edpr *sit*) *natus ex forn.* .. Dba *quod* (Da *si*) *non est natus ex forn., si vera* (Da *aut si vera sunt quae*) *dixistis.* Praeterea C add *sicut hi testificantur* | *Dicunt* -- *peccatum est* cum Dab .. Dc *dicunt* -- *habemus, neque iurare licet, quia p. e.,* edpr *dic. ei quia non licet nobis iurare ex lege* .. C *responderunt viri illi ad Pilatum et dixerunt ei In lege nos iurare ex toto peccatum est* | *sed* cum C .. Dc *denique* .. Dab edpr om | *per sal. Caesaris:* edpr haec om usque *diximus.* (In graeco textu nostro per incuriam excidit κατὰ τ. σ. Καίσαρος, ut ex commentario vides.) | *quoniam* (Dc *si*) *non* -- *diximus* cum Dabc .. C *quia non est vera ista nostra testificatio* | *et* (edpr add *nos*) *rei s. mort.* (edpr om *mort.*) cum Dabc edpr .. C *et nos morti subiacemus* | *Tunc dixit Pil.* -- *testificantur* cum C .. Dabc

Digitized by Google

stificantur? Dicunt Annas et Caiphas ad Pilatum Duodecim isti creduntur quoniam non est natus ex fornicatione: omnis plebs clamamus quoniam ex fornicatione natus est et maleficus est et dicit se ipsum esse filium dei et regem, et non credimur.

6 Et iussit Pilatus omnem multitudinem foris exire, absque duodecim viris qui dixerunt quoniam non est ex fornicatione natus; et Iesum iussit sequestrare ab eis. Et dicit eis Pilatus Qua ratione volunt Iudaei Iesum occidere? Dicunt ei illi Zelum habent, quoniam sabbato curat. Dixit Pilatus De bono opere volunt eum occidere? Dicunt illi Etiam, domine.

Caput III.

1 Pilatus furore repletus exiit foras praetorium et dicit

---

edpr om | *Dicunt -- ad Pilatum* cum Dabc Flor .. C *dixerunt autem A. et C. Pilato* | *Duod. isti creduntur* (ita correxi quod in cod. est *credunt*) *quoniam -- natus est* (ita ex plerisque scripsi; Flor *nascitur*) -- *et nos non credimur* (ita rursus scribendum videbatur pro *credimus* quod cod. habet) cum Flor .. nec male C *Duodec. his credis, nobis autem cum omni multitudine clamantibus quia de forn. natus est non credis* .. Dbc *duod. isti credunt* (Dc *credi debent*) *quod* (Dc *quoniam*) *non est natus de forn. et* (Dc *sed*) *maleficus* (Dc add *est*) *et dicit se -- et nos non credimus.* Item Da *isti duod. non credent quia scimus eum natum de stupro et maleficum esse, et dicit se -- regem, quod nos credimus et audire pertimescimus* .. edpr *istis credi debet quia non sit natus ex forn.; sed tamen maleficus est et dicit se esse f. d. et reg., et non credimus*

6. *Et iussit -- exire* cum C .. Dabc *iubens ergo Pil. omnem populum exire foras;* item ut videtur Flor | *absque -- ex forn. natus* cum Dabc .. C *excepto XII viros qui veritatem dicebant* | *et Iesum iuss. sequestrare ab eis* cum C .. Dabc *sed et Iesum iussit segregare* (Dc *-gari?*) *remote* (Dc *semote*) .. edpr initium sectionis sic habet *Semotis ergo omnibus nisi illis duobus* (corrige *duodecim*), *deinde dixit Pyl.* | *Et dic. eis Pil.* (Dab om *Pil.*) cum Dcab .. C *et dix. Pil. ad illos XII viros iustos* | *Qua ratione -- occidere* (C *interficere*) cum Dabc C .. edpr *Qua causa volunt eum occid.* | *Dicunt -- curat* cum Dabc; item edpr *Responderunt Zelum* etc .. C *Responderunt viri illi Domine, zelum habent in eum, quia in sabbato curat, et talia signa facit et mirabilia qualia nullus homo sub celo facere potuit.* | *Dixit Pil. -- domine* cum Dabc .. C *tunc dix. Pil. Ergo propter opus bonum volunt ipsum occidere* omissis reliquis, item edpr *dicit Pil. Ergo de bono opere volunt eum occid.*

III, 1. *Pilatus fur. repl.* cum Dbc .. Da *Pil. vero repl. ira* .. C *tunc furore plenus Pilatus* (edpr *et exiens de praetorio valde indignatus erat*) | Da om *foras* |

Digitized by Google

eis Testem habeo solem quia nec unam culpam invenio in homine isto. Responderunt Iudaei et dixerunt praesidi Si non esset hic malefactor, numquam tibi tradidissemus eum. Dicit illis Pilatus Tollite eum vos et secundum legem vestram iudicate eum. Responderunt Iudaei Nobis non licet interficere quemquam. Dicit illis Pilatus Vobis dixit deus non interficere quemquam; ergo mihi dixit ut occidam?

2. Ingressus iterum praetorium Pilatus vocavit ad se secreto Iesum et dixit ei Tu es rex Iudaeorum? Respondit Iesus Pilato A temetipso hoc loqueris, an alii tibi dixerunt de me? Respondit Pilatus Numquid ego Iudaeus sum? gens tua et pontifices tradiderunt te mihi: quid fecisti? Respondens Iesus dixit Regnum meum non est de hoc mundo. Si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei utique repugnarent ne traderer Iudaeis: nunc autem regnum meum non est hinc. Dixit ei Pilatus Ergo rex es tu? Ait illi Iesus Tu dicis, quia rex sum ego. Ego enim in hoc natus sum et ad hoc veni,

Da C *dixit eis* (Da *Iudaeis*) | *solem* cum Db edpr, item ut videtur C (nisi scriptum est *talem*) .. Dac *solum* | *nec unam* cum Db .. Dac *nec ullam* .. C edpr *nullam* | *culpam* .. C *causam* | *invenio* cum DacC edpr .. Db *inveni* | *respond. Iud. et dix.* (C om *et dix.*) *praes.* cum Db C, item omissis *et dix. pr.* De edpr .. Da *dicunt Iud. Pilato* | *hic* cum C edpr, item De *iste* .. Dab om | *malefactor* cum CDe .. Dab edpr *maleficus* | *nunq. tibi trad. eum* cum C .. Dabc *non tibi eum trad.*, edpr *non tr. eum tibi* | *illis* cum C .. Dabc *eis* | *Resp. Iudaei -- quemquam* cum C edpr .. Dabc *Dicunt Iudaei Pilato Nobis licet occidere neminem* (De *non lic. occ. quemquam*) | *Dicit -- occidam* cum C .. Dabc *Dic. Pil. Iudaeis Vobis dixit dominus* (Dac *Vobis ergo dicit*) *Non occideris* (Dac *-das*) *sed* (Dac add *non*) *mihi* .. edpr plane om

2. *Ingressus iterum* (edpr add *in*) *praet. Pil.* cum C edpr, item *ingr. it. Pil. in pr.* Db .. Dac *et ingressus est iterum praetorium et* | *vocavit -- dix. ei* cum C .. edpr *cum Iesu solo dix. ad eum* .. Dabc *voo. Iesum solum* (*sol. Ies.*) *et dix. ad eum* | *Tu es* cum Dabc edpr .. C *Dic mihi verum, si tu es* | *Resp. Ies. Pil.* cum C .. Dabc *Et respondens Iesus dixit Pil.* | *A temetipso hoc loq.* cum C .. Db *Ex te hoc dicis*, item Dab *A te hoc solum dicis* | *Resp. Pil.* cum C .. Dabc *respondens Pil. dicit ad Iesum* | *gens tua et pontifices* (De edpr add *tui*) cum CDe edpr .. Dea *gens tua* (Da om) *et principes sacerdotum* | *respondens* (C add *autem*) *I. dixit* .. edpr *respondit Iesus* | Db edpr *non est de hoc seculo.* Pergit edpr (item Db?) *Si de hoc seculo* | *utique repugnarent* cum C .. De *utiq. decertarent* .. Dab edpr *resisterent* | *ne* cum C .. De edpr *ut non*, Dab *et non* | *traderer* cum CDe edpr .. Dab *traditus essem* | *autem* cum C .. Dab *vero* .. De *ergo* | *ei* cum C (sed praem *autem*) edpr .. reliqui om | *ait illi Iesus* cum C .. reliqui *respondit Iesus* | *dicis* .. C *dixisti* | *Ego enim in hoc* cum C .. Dabc edpr *Iterum dicit*

Digitized by Google

ut testimonium perhibeam veritati, et omnis qui est ex veritate audit meam vocem. Dicit ei Pilatus Quid est veritas? Dicit Iesus Veritas de caelo est. Dicit Pilatus In terris veritas non est? Dicit Iesus Pilato Intende, veritatem dicentes quomodo iudicantur ab his qui potestatem habent in terris.

Caput IV.

[1] Relinquens ergo Pilatus Iesum intus praetorium, exivit ad Iudaeos et dicit eis Ego nec unam culpam invenio in eo. Dicunt ei Iudaei Iste dixit Possum templum istud dissolvere et in triduo resuscitare illud. Dixit eis Pilatus Quale templum? Dicunt ei Iudaei Quod aedificavit Salomon in XL et VI annis: et iste dicit dissolvere et aedificare illud in tribus diebus. Dicit illis Pilatus Ego innocens sum a sanguine

(edpr *dix.*) *Iesus Pilato Ego in hoc* (edpr add *seculo*) | *veni* cum Dab edpr .. CDc add *in mundum* | *et omnis* (edpr om *omn.*) .. C om *et* | *meam vocem* cum Dabc .. C Flor edpr *voc. me.* | C *Dixit autem Pil. Quid e. v. Respondit Iesus* | *Veritas de caelo* (Dc add *orta*) *est* cum Dabc .. C *Veritas de terra orta est, et iterum veritas de caelo est* | *In terris* (Dc *-rra;* Dab add *ergo*) *verit. non est* (Flor *n. e. ver.*) cum Dabc Flor edpr .. C male om *Dic. Pil. In -- non est.* | *Intende* cum Dabc Flor edpr .. C *Agnosce* | *veritatem dicentes* (Flor Db *dicentis* [vide germanicum]; Db Flor edpr add *in terra*, non item C) *quomodo* (C *quia* ante *veritatem*) *iudicantur* (Db Flor *-catur*) *-- in terris* (edpr om *in terr.*) cum CDb Flor edpr .. editio germanica eaque ut videtur princeps *merck auff die wahrhait des sagenden auff der erd, wie er geurtaylt wirdt von den, die da wonung haben auff der erd* .. Dc *veritatem descendisse in terram, et nunc iudicatur ab his qui habent potestatem* [*in terris*, ut videtur] .. Da *veritatem esse in terra inter illos qui dum potestatem habent iudicandi veritate utuntur et iudicia recte faciunt.*

IV, 1. *Relinquens ergo* cum CDac edpr .. Db om *ergo* | *intus* (C *in*) *praetorium* cum DbcC .. Da edpr *in praetorio* | *exivit* (ita CDc edpr; Dab *exiit*) .. CDa add *foras* | *et dicit* (C *dix.*) *eis* cum Db C .. edpr *et dixit*, Da *et dix. ad eos*, Dc *dicens* | *nec unam* cum Dab .. Dc C edpr *nullam* | *culpam* .. edpr *causam* | *invenio* (Db *inveni*) *in eo* cum CDb edpr .. Dac *invenio in eum* (Da *in Iesum*) | *Dic. ei* (Dac *illi;* edpr om) *Iud.* cum Dbac edpr .. C *responderunt Iud. Pilato et dixerunt ei* | *Iste dixit* cum Dbc edpr .. C *Hic dix.*, Da *Ergo ipse dix.* | *templ. ist. dissolv.* cum Db, item Da *diss. templ. dei* .. CDc edpr *destruere templ. istud* (C *hoc*, edpr *dei*) | *in triduo* cum Dabc edpr .. C *in tribus diebus* | *resuscitare* cum Db .. C *restituere* .. Dac edpr *reaedificare* | *Dixit eis Pil. Quale templ.* (Dac add *est hoc de quo dicit*) cum Dbac .. C transiluit ad *Dicit illis Pil. Ego innocens* etc | *Quod* (Dc add *primum*) *aedific.* (edpr om) *Sal. in XL et VI* (ita Db edpr; Da *in quadraginta sex*, Dc *et demum in quadr. sex*) *annis* (edpr Dc add *fabricavit*, Db *fabricatum est*) | *et iste -- diebus* cum Dbc .. Da *ipse dixit destruere et in triduo reaedificare* .. edpr om | *dicit illis Pil.* cum C .. Dabc edpr *et* (edpr om) *iterum dic. eis Pil.* | *Ego* h. l. cum C .. Dabc post *sum*, edpr post *innoc.* |

Digitized by Google

hominis istius; vos videritis. Dicunt ei Iudaei Sanguis eius super nos et super filios nostros.

[2] Advocans autem Pilatus seniores et sacerdotes et Levitas dicit eis secrete Nolite facere sic: nihil enim accusantibus vobis eum dignum mortis inveni, nec de curatione et violatione sabbati. Dicunt sacerdotes et Levitae et seniores Dic nobis, si quis Caesarem blasphemaverit, dignus est morte anne? Dicit eis Pilatus Dignus mori. Responderunt ei Iudaei Quanto magis hic qui deum blasphemavit dignus est mori.

[3] Iussit vero praeses Iudaeos foras exire de praetorio, et advocans Iesum dixit ei Quid faciam tibi? Dicit Iesus Pilato Sicut datum est. Dicit Pilatus Quomodo datum est? Dicit Iesus Moyses et prophetae praeconizaverunt de morte et resurrectione mea. Audientes autem haec Iudaei dicunt

---

homin. ist. (edpr *huius hom.*) cum Dabc edpr . . C *iusti huius* | *Dic. ei* (edpr om) *Iudaei* . . C *responderunt Iud. et dixerunt.*

2. C *Convocans* | Db om *autem* | *et* (C om) *sacerdotes* . . Da *et scribas, sacerdotes* | C *dixit ad eos secreto* | *Nolite fac. sic* (Da edpr *s. f.*) . . C *Nolite malum agere hoc* | *nihil enim accus. vobis* (Db om) *eum* (Dc *accus. eum* [enim?] *vob. cum* [eum?] *nihil*) *dign. mortis* (ita Db, Dc edpr *morte*) *inveni* (Dc *invenio in eo*), *nec* (Db om) *de cur. et* (edpr *nec de*) *viol. sabb.* cum Dbc edpr . . Da *nihil in vestra accusatione dignum morte inveni de curatione infirmorum et viol. sabb.* . . C *nihil enim invenio in eo causam unde mori debeat; sed video quia per invidiam bonorum operum quae agit, quia* (qualia?) *nullus alius super terram facere potest, et curat omnem infirmitatem, et quia solvit sabbatum, eum accusatis et vultis perdere* | *Dic.* (Dc *et dic.*) *sac. et* (Dc om) *Lev. et sen.* (Dc *sen. et Lev.*) cum Dbc (item Da omissis *et sen.*) . . C *responderunt sen. et Lev. Pilato dicentes* . . edpr *respond. Iudaei* | *Dic nobis* - - *anne* (sic) - - *mori* (sic) cum C . . Dabc edpr *Super* (Dc edpr om) *Caes.* (Da *Per salutem Caesaris*) *si quis blasphemaverit* (Dc -*mavit*), *dignus est morte* | *Responderunt* - - *mori* (codex *morti*) cum C . . Dabc edpr *iste* (Da *hic*) *autem* (Db om) *adversus* (edpr *in*) *deum* (Dab *dominum*) *blasphemavit* (Dc add *dicens se deum et regem esse*).

3. *Iussit* - - *Iud. foras* (Da om, sed add *iterum*) *ex. de praetorio* (Da *praetorium*) *et adv.* (Db add *Pilatus*) - - *ei* cum Dabc . . C *tunc iussit praeses foras praetorium exire Iudaeos, et vocavit ad se Iesum et dixit ei* . . edpr *et ingressis* (sic) *Iudaeis dix. Pyl. Iesu* | C *Quid vis ut faciam tibi* | *dicit* (C *respondit*) *I. Pil.* cum CDb . . Dac edpr *respondit ei* (edpr om) *Iesus* | *datum* cum CDb edpr . . Dac *dictum* | *Dicit* (C add *ei*) *Pil.* cum Db edpr C . . Dac *dix. ei Pil.* | *Quomodo* (C add *sicut*) *dat. est* cum Db edpr C . . Dac *Quom. est dictum* | *praeconizaverunt* cum De, item *praeconizati sunt* Da edpr . . Db *praecinerunt* (sic) . . C *annunciaverunt* | *morte* cum C . . reliqui *passione.* Praeterea Db edpr add *ista,* Da *mea;* nihil add De C . . *et* (Dbc add *de*) *resurr. mea* . . Da om *mea* | *Aud. autem* (Db

Digitized by Google

Pilato Quid amplius desideras audire blasphemiam? Dixit autem Pilatus Si hic sermo blasphemus est, tollite eum vos et perducite ad synagogam vestram et secundum legem vestram iudicate eum. Dicunt Iudaei Pilato Lex nostra continet Si homo in hominem peccaverit, dignus est accipere quadragenas una minus; qui vero in deum blasphemaverit, lapidari.

[4] Dicit eis Pilatus Ergo secundum legem vestram iudicate eum. Dicunt Iudaei Pilato Nos volumus ut crucifigatur. Dicit eis Pilatus Non est dignus crucifigi.

[5] Intuitus vero praeses in populum circumstantem Iudaeorum vidit plurimos lacrimantes Iudaeorum et dixit Non omnis multitudo vult eum mori. Dicunt seniores ad Pilatum Ideoque venimus universa multitudo ut moriatur. Dixit Pi-

---

edpr om) *haec* (edpr *hoc*, D^b om) *Iud.* cum CD^b edpr .. D^{ac} *aud. haec Iud. exacerbati sunt et* | *dic. Pil.* cum D^{abc} edpr .. C *clamaverunt* | *Quid ampl.* -- *blasph.* cum C .. D^{abc} *Quid ampl.* (D^b add *ab hoc*) *vis blasph. istius audire* .. edpr *Quid amplius haec* (hac?) *blasphemia? et maius vis audire?* | *Dix. autem Pil.* cum C; edpr *respondit Pil.*.. D^{abc} *dicit Pil. eis* | *Si hic* cum C.. D^{abc} edpr *si iste* | *blasphemus est* cum C .. D^{abc} edpr *blasphemia est* (D^{abc} *vobis videtur*) | *et perduc.* (D^{ac} *produc.*) *ad syn. vestram et* .. edpr *et in synagoga* .. D^b nil nisi *et* | *Dicunt Iud. Pilato* etc .. CD^b om usque dum sequitur *Dic. Iud. Pil. Nos volumus ut crucifigatur* | *Si homo in hominem pecc.* cum edpr et codice Thilonis .. D^a (et D^c?) *ut si homo homini peccaverit* | *quadragenas* (D^c -*gena*?) *una minus* cum edpr D^c, item cod. Thil. *quadraginta minus unam* .. D^a *unam minus quadraginta* | *qui vero* cum cod. Thil. .. D^{ac} *si vero*, edpr *quare si* | *in* (cod. Thil. om) *deum* cum D^c edpr cod. Thil. .. D^a *in dominum* | *lapidari* (D^a praem *huiusmodi*) .. edpr praem *dignus est*

4. *Ergo sec. leg. vestr. iud. eum* cum edpr .. D^{ac} *si iste sermo blasphemia est, vos iudicate eum sec. leg. vestr.* | *Nos vol. ut crucifig.* cum CD^{bc} edpr .. D^a praem *Lex nostra mandat nobis non occidere quemquam,* itemque add *quia dignus est morte crucis* | *Dicit eis Pil. Non est d. cruc.* cum C .. edpr om .. D^b (item D^c?) *Dic. eis Pil. Non est bonum*, item D^a additis his: *ut crucifigatur, sed tantum corripite eum et dimittite.*

5. *in* (edpr om) *populum circ. Iud.* (D^c edpr om *Iud.*) cum D^{bc} edpr .. C *in populo* (sic) *circumstantes* (sic) *Iud.* .. D^a *in populo et circumstante populo Iud.* | *vidit* .. D^b *et vidit* | *Iudaeorum* cum D^{bc} .. CD^a *Iudaeos* | *dixit* cum C, item *dix. eis* D^c; D^b *dicit* .. D^a *dix. ad principes sacerdotum Iudaeorum* | C *Certe non omnis* | *vult* (C praem *ut video*) .. D^a *desiderat* | *seniores* cum D^b .. $D^{ac}C$ add *Iudaeorum* | *Ideoque venimus un. mult.* cum D^b .. D^a *ideo venimus nos et tota mult. hic* .. CD^c edpr *ideo* (D^c edpr add *potius*) *convenit* (D^c edpr *venit*) *universa haec* (D^c *diversa*; edpr om) *mult.* | *Dix. Pil. ad Iud. Quid fecit ut mor.* cum D^{bc},

Digitized by Google

latus ad Iudaeos Quid fecit ut moriatur? Dicunt illi Quia dixit se filium dei esse et regem.

CAPUT V.

[1] Nicodemus autem quidam vir Iudaeus stetit ante praesidem et dixit Rogo, misericors, iube me dicere paucos sermones. Dicit ei Pilatus Dic. Nicodemus dicit Ego dixi senioribus et sacerdotibus et Levitis et omni multitudini Iudaeorum in synagoga Quid habetis cum homine isto? Homo iste multa mirabilia facit et signa quae nullus hominum fecit nec facere potest. Dimittite eum et nolite adversus eum aliquid malignari: si ex deo sunt signa quae facit, stabunt; si autem ex hominibus, dissolventur. Quia et Moyses missus a deo in Egyptum fecit signa multa, quae dixit illi deus facere ante Pharaonem regem Egypti. Et erant ibi curantes malefici Iamnes et Mambres, et fecerunt et ipsi signa quae

---

item edpr . . Da *Dix. Pil. ad eos Quare morietur* .. C male om | *Dic. illi* cum Dabc . . C edpr *responderunt iterum* (edpr om) *Iudaei* | Dac *dicit se ipsum*

V, 1. *vir* cum ACDabc edpr .. B om | *Rogo* cum Dbc .. ABCDa add *te* | *misericors* (B -*cordissime*) cum Dbc . . ABCDa add *iudex* | *iube* - - *sermones* cum ABCDbc . . Da *ut digneris paucos meos audire sermones* | *Dicit ei Pil.* cum ABC . . Dabc *dix. Pil. ei* | *dicit* cum A .. reliqui *dixit* | *senioribus. et sacerd.* cum ABC . . Dabc *sen. Iudaeorum et scribis et sac.* | *habetis* cum ABC edpr . . Db *queriminl*, Dac *quaeritis* | *multa mirab. facit* (C *fecit*) *et signa* cum AC, item *mult. sign. et mirab. fecit* B, item edpr *multa* (om antea *homo iste*) *fecit enim mirabilia* .. Dabc *mult. sign. faciebat* (Dac *facit bona*) *et gloriosa* | *quae* - - *potest* cum ABC, item edpr *quae nemo alius fecit nec potest facere* .. Db *qualia nullus fecit nec facit* .. Dac *qualia nullus fecit in terra homo nec faciet* | *dimittite* (ita ADabc edpr; BC *permitt*) *eum* (ita ABC edpr; Dabc *illum*) | *adv. eum aliquid* (B *quid*, edpr om) *malignari* cum ABC edpr . . Dbc *ei aliquid facere mali;* Da *ei malum facere* | *si* (A *quia si*) - - *quae facit* (A *qu. fac.* post *stab.*) *stabunt* cum BCA edpr .. Dabc *si ex deo sunt* (Dac *est*), *stab. signa ista* (Dac *eius*) | Dabc *si vero* | *missus* (Dab post *Eg.*) *a deo in Eg. fecit sign.* cum ADab .. BCDc edpr *missus est* (C *fuit*) *a deo in Egyptum* (C *in Egypto*, item Dc post *fecit signa*) *et fecit signa* | *dixit:* A *dixerat*, Dc *praecepit* | *illi* (A *ei*) .. BC om | *facere* (varie ponitur) .. A om | AB *coram Faraone* (B *Phar.*) *rege* (B *regem*) *Eg.* (edpr om *reg. Eg.*) | *et* (Da om) *erant* (Dc om) *ibi* (A om) | *curantes malefici* cum Dc, item Db Flor *cur. medici* .. ABC *malefici et* (B om) *incantatores*, item edpr *incantatores* .. Da *magi* | *Iamnes* cum ADb; item *Anmes* edpr .. CDa *Iannes;* item B *Ioanes*, Dc Flor *Ianes* | edpr *Mambres* | *et fec.* (Da *fecerunique;* ADc om *et*) *et* (Db Flor om) *ipsi* cum C; item ADabc Flor .. B *et fec.* Praeterea Da add *per incantationes suas* | *quae fecit* cum

Digitized by Google

fecit Moyses, sed non omnia, et habuerunt eos Egyptii sicut deos, Iamnem et Mambrem: et quoniam signa quae fecerunt non erant ex deo, perierunt et ipsi et qui crediderunt eis. Et nunc dimittite hominem istum: non enim est dignus morte.

[2] Dicunt Iudaei Nicodemo Tu discipulus eius factus es et verbum pro ipso facis. Dicit ad eos Nicodemus Numquid et praeses discipulus eius factus est et verbum pro ipso facit? numquid non constituit eum Caesar super dignitatem istam? Erant vero Iudaei frementes et stridentes dentibus adversus Nicodemum. Dicit ad eos Pilatus Quid stridetis dentibus adversus eum veritatem audientes? Dicunt Iudaei Nicodemo Veritatem ipsius accipias et portionem cum ipso. Dicit Nicodemus Amen amen amen, accipiam sicut dixistis.

BD^{bc} .. ACD^{a} *qu. fecerat* | *sed* (C *quamvis*) *non* (AB add *potuerunt*) *omnia* (D^{a} *per omnia*) cum D^{b}, item ABCD^{a} .. D^{c} *sed non habuerunt eos* etc omissis pluribus .. edp^{r} *et non poterant facere omnia signa quae fecerat Moyses* | *et* (A add *tunc*) *habuerunt* (C *habebant*) -- *deos:* haec cum ABCD^{b} (et D^{c}) edp^{r}; *Iamnem et Mambrem* vero ex solo A addidi | *et quoniam* -- *et* (ita C, plerique om; A *ea et ipsi qui*) *ipsi et qui credid. eis* .. edp^{r} corrupte *quoniam sign. quae fecerant quia non erant ex deo perierunt, et ideo non credebant eis* .. D^{a} post *sed non* [*per*] *omnia* sic pergit: *et signa quae fecerunt magi non erant ex deo, sicut nostis vos scribae et Pharisaei: perierunt ipsi qui fecerunt et omnes qui crediderunt eis* | *Et nunc dim.* cum AD^{abc}, item C *nunc autem dim.* .. B *dim. ergo*, edp^{r} *igitur dim.* | *istum* .. D^{a} *hunc* | *non enim* -- *morte* (C *morti*) .. D^{a} *quia signa de quibus eum accusatis ex deo sunt, et non est dignus morte.*

2. *Dic.* (C edp^{r} *responderunt*) *Iud. Nic.* cum D^{abc}, item C edp^{r} .. AB *dixerunt Nicodemo* (B om) *Iud.* | *Tu* .. AC edp^{r} add *ut videmus*, B *videmus* | *et verb. pro ipso facis* cum D^{abc} .. AB *qui* (A *quod*) *verb. pro ipso* (A *illo*) *loqueris*, item C edp^{r} *qui pro eo sermonem facis* | *Numquid* (C** om) *et* (B om) *praeses* | *et verb. pro ipso facit* cum D^{ab} .. AB *qui* (A *quod*) *pro eo sermonem* (A *serm. pr. eo*) *facit* .. C** *qui pro eo loquitur* .. D^{c} C* om *Dic.* (D^{ab} *dix.*) *ad eos* (ABC *eis*) *Nic. Numquid* -- *facit*, item edp^{r} una cum seqq. *super dign. istam* | *sup. dign. istam* cum D^{abc} .. ABC *in hac dignitate* | *Erant vero* (ita ACD^{b}; D^{ac} *autem*; B edp^{r} om) *Iudaei* (C om) | *frem. et strid. dent.* (C om *et str. dent.*) *adv. Nic.* cum ABC edp^{r} .. D^{bc} *frem. et str. dentibus suis* (D^{b} om *d. s.*) *super Nicodemum* .. D^{a} *trementes, cum haec audierunt, et stridebant super Nicod.* Praeterea C edp^{r} add *propter haec verba*, A *pro his verbis*, B *pro his* | *Dicit ad eos* (A edp^{r} *eis*) *Pil.* (C *Tunc dix. Pil. Iudaeis*) *Quid str. dent.* (AB om) *adv. eum* (C *Nicodemum*) *ver. audientes* (C *dicentem*) cum ABC edp^{r} .. D^{abc} om | *dic. Iud. Nicodemo* (ita edp^{r}; AB *Pilato*) cum AB edp^{r}, item *interea dixerunt Iud. Nic.* C .. D^{abc} (cum superioribus coniungentes) *et* (D^{b} om) *dicentes* (D^{a} *dicebant*) *ei* | *Veritatem* -- *cum ipso* (D^{c} *eo*) cum D^{bc} .. edp^{r} *veritatis ipsius partem accipias cum ipso* .. D^{a} *Ver. ips. acc. et possessionem cum Christo habeas* .. C *Verba ipsius credis: accipias par-*

Digitized by Google

CAPUT VI.

[1] Ex Iudaeis quidam alius autem exsiliens rogat praesidem ut verbum diceret. Dicit praeses Quid vis dicere, dic. Qui dixit Ego triginta octo annis iacebam in infirmitate in lectulo in dolore pessimo. Et veniente Iesu multi daemoniaci et diversis infirmitatibus detenti curati sunt ab eo. Et quidam iuvenes miserti sunt mei et portantes me in lectulo posuerunt me ante eum. Et videns Iesus misertus est mei et verbum dixit mihi Tolle grabatum tuum et ambula. Et sta-

---

tem et portionem cum eo .. AB *Veritas ipsius accipiat partem et portionem* (B om *et port.*) *cum eo* (B *ipso*) | *Dicit* (ita AB edpr; Dabc *dix.*, C *dix. autem*) Nic. | *Amen* ter cum ABC .. Dabc edpr semel | *accipiam* .. B *fiat*

VI, 1. *Ex Iudaeis* (pro his Dc *Exiens* ex errore ortum habet) *quid. al. autem* (Dc post *Exiens*, edpr ante *alius* ponit) *exsiliens* (edpr *prosil.*) *rogat* (ita Db; Dac *rogabat:* edpr *dixit Triginta* etc omissis reliquis) *praes.* cum Dabc, item edpr .. A *alius autem Iudaeus rogavit festinanter praes.*, item BC *alius quidam Iud. fest. rogavit pr.* | *ut verb. dic.* cum Dbc .. Da *ut vellet audire verbum* .. ABC *dicens Permitte me* (A *mihi;* C add *domine*) *loqui* (A post *verbum*) *unum verbum ad te* (A *tibi;* C *loqui coram iustitia tua verbum*) | *Dic. praes. Quid* (Da *Quicquid*) *vis dic. dic* (Dc ante *Quid*) cum Dbca .. ABC *praeses dixit Loquere* (B add *quae vis*, C *quid vis*) | *Qui dixit* cum Db .. DcB *et* (B add *ille*) *dix.*, A *et respondens dixit*, A *at ille* | *Ego* cum Dabc .. ABC om | *triginta* (C *quadraginta et;* edpr add *et*) *octo annis* cum BC edpr .. ADabc *trig.* (Da *per trig.*, Dbc *in trig.*) *oct. annos* | *iacebam* (B *iacui*) *in infirm.* (B add *mea;* C *infirmus* pro *in inf.*) *in lectulo* (BC om) *in dol. pess.* cum ABC .. Dbc *iacebam in lecto et cecidi in periculum et parturitionem dolorum* (Db *et cotidie in periculo et in parturitione dolorum iacui*) .. edpr *iacens incidi pericula plurima in parturitione dolorum* | *et veniente* (Db *venienti enim*) *I. multi daem. et* (Db a) *diversis* -- *ab eo* cum Dbc .. AB *et veniente Iesu sanavit me; multi enim* (A *et multi*) *a daemonibus vexati et variis languoribus iacentes ab eo* (B om) *curati sunt* .. C *et veniente Iesu*, tum statim pergit *clamavi, et ipse locutus est ad me dicens Tolle* etc; sed vide post *sanus factus sum.* Similiter edpr *et ven. Iesu delatus sum ante eum in lecto. Qui videns me* etc | *Et* (B *nam*) *quid. iuvenes mis. sunt mei et portantes* (Dbc *portaverunt*, omissis *mis. s. mei et*) *me* (Dc *inde*) *in lectulo* (Dbc *lecto*) *posuerunt* (Dbc *et duxerunt*) *me* (A om) *ante* (Dbc *ad*) *eum* | *Et videns* -- *dixit mihi* (Dc om) cum Dbc, nec fere differunt AB; C vide ante .. Da totum locum sic habet -- *iacui Ierosolymis iuxta probaticam piscinam patiens magnam infirmitatem, exspectans sanitatem, quae fiebat in adventu angeli qui turbabat aquam secundum tempus: et qui prior descendisset in aquam post commotionem aquae, sanus fiebat ab omni infirmitate. Et inveniens ibi me Iesus languidum dixit ad me Vis sanus fieri? Et respondi ego Domine, non habeo hominem ut, cum turbata fuerit aqua, mittat me in piscinam. Et dixit mihi Surge et tolle* etc | *Tolle* -- *ambula* cum ABC, item praemisso *Surge* (Da add *et*) Dbca edpr | *Et statim sanus factus sum* (B om) cum ACB .. Da *et sospes factus*

Digitized by Google

tim sanus factus sum, tuli grabatum meum et ambulavi. Dicunt Iudaei Pilato Interroga eum qualis fuit dies quando curatus est. Dixit Sabbatum. Dicunt Iudaei Nonne sic docuimus quia in sabbato curat et daemones expellit?

[2] Et alius quidam Iudaeus exsiliens dixit Caecus natus sum, vocem audiebam et neminem videbam. Et transeunte Iesu clamavi voce magna Miserere mei, fili David. Et misertus est mei et posuit manus suas super oculos meos, et vidi statim. Et alius Iudaeus exsiliens dixit Gibberosus eram,

---

statim .. D^{bc} *et sine mora sanatus sum* .. ed^{pr} om | *tuli* (D^{b} praem *et*) *grabatum* (A *lectulum*) *meum et ambul.* (A add *in domum meam*) cum D^{ab}A .. D^{c} ed^{pr} *et* (ed^{pr} om) *surrexi* (ed^{pr} add *statim*) *et ambulavi* .. B *tuli et abii in domum meam* .. C pro his sic: *multi enim vexati et variis languoribus iacentes verbo solo curavit* | *Dicunt* -- *Interroga* (D^{a} praem *Domine praeses*) -- *fuit* (D^{a} *fuerit*; D^{b} *fuisse*?) *dies quando* (D^{a} *in qua languidus*) *curatus est* (D^{c} *cur. fuit et sanatus est*) cum D^{bca} .. ABC *Audientes* (C add *autem*) *Iud. dix. Pilato* (B om) *Interroga eum in qua* (C *quo*) *die sanus factus est* (A *fuit sanatus*) .. ed^{pr} *interrogantibus Iudaeis qualis dies tunc erat* | *Dixit* (D^{a} add *languidus sanatus*) *Sabbatum* cum D^{bca}; item ed^{pr} *resp. Sabbatum* .. B *respondet ille*, C *dix. autem homo ille*, A *respondet is qui curatus fuerat dicens*; tum pergunt ABC *Sabbato* (C -*tum*; BC add *fuit quando*) *me* (C add *Iesus*) *sanum fecit* (C *fec. sa.*) | *Dic.* (ABC *dixerunt*) *Iudaei* .. ABCD^{a} ed^{pr} add *Pilato* | *Nonne sic docuimus* cum D^{ab} .. D^{c} *non est sicut dicimus*, ed^{pr} *nonne ita diximus* .. AC *Numquid non probamus*, B *Ecce probamus* | *et daemones expellit* cum ABC .. D^{b} *et daemonia eiecit*, D^{c} *et eiicit daemonia*, D^{a} *et in principe daemoniorum daemonia eiicit* .. ed^{pr} om

2. *Et alius quid. Iudaeus* (D^{c} *ex Iudaeis*) *exsiliens* (D^{ac} *exiens*) *dix.* cum D^{abc} .. ABC *Item alius Iud. dix.* .. ed^{pr} *Alius quid. prosiliens dix.* | *natus sum* (D^{c} *fui*) cum D^{b} ed^{pr} D^{c} .. ABCD^{a} *eram* | *vocem* (D^{a} *voces*) *audieb.* cum CD^{abc} ed^{pr} .. AB *et vocem hominum* (B *omnium voces*) *audieb.* | *et* (D^{c} *sed*) *neminem videbam* (D^{a} *videre poteram*) cum D^{bca} ed^{pr} .. AC *faciem autem* (C *hominum autem facies*) *non videbam* .. B om | *Et* (B om) *transeunte* (A *Trans. autem*) *I. cl. voce magn.* (C om *voc. ma.*, AB *cl. et dixi*) -- *David* cum D^{bc} ed^{pr} ABC .. D^{a} *et cum transisset Iesus, audivi turbam praetereuntem et interrogavi Quid esset; et dixerunt mihi quia Iesus transiret: et clamavi dicens Iesu fili David, mis. mei* | *et misertus est* (A om) *mei et* (D^{c}BC om) *posuit* (BC add *enim*) *manus* (A *manum*) *suas* (ABC om) -- *vid. statim* (D^{c} *stat. vid.*; AC *stat. sanus factus sum et vidi*, B *stat. sanavit me et vidi*) cum D^{bc}ABC; item ed^{pr} *qui mei misertus posuit* -- *et statim vidi* .. D^{a} *et stans iussit me adduci ad se et dixit mihi Quid vis? et dixi Domine, ut videam. Et dixit mihi Respice: et confestim vidi, et secutus sum eum, gaudens et gratias agens* | *Et al. Iud.* (D^{b} *quidam*, ed^{pr} om) *exsil.* (D^{a} *exiens*, ed^{pr} *prosiliens*) *dixit* cum D^{bca} ed^{pr} .. ABC *Item al. Iud.* (C om) *currens coram Pilato et populo ait* | *Gibberosus* (C *gimberosus*, A *gibbosus*) cum ABC .. D^{abc}

Digitized by Google

et erexit me verbo. Et alius dixit Leprosus eram, et sanavit me verbo.

CAPUT VII.

Item et mulier quaedam Veronica nomine a longe clamavit praesidi Fluens sanguine eram ab annis duodecim, et tetigi fimbriam vestimenti eius, et statim fluxus sanguinis mei stetit. Dicunt Iudaei Legem habemus mulierem ad testimonium non venire.

CAPUT VIII.

Et alii quidam, multitudo virorum ac mulierum, clama-

---

edpr *curvus* | *erexit* cum BCD^{ac} edpr .. A *direxit*, D^{b} *correxit* | *verbo* .. C *tantum verbo*, A *per verbum* | *Et* (D^{c} om; D^{b} *item*) *al.* (D^{b} add *exsiliens*, D^{a} *Iudaeus exiens*) *dix. Leprosus* – – *sanavit* (D^{abc} *mundavit*) *me* (D^{a} C add *solo*) *verbo* (A *per verbum.* D^{a} add *dicens Volo, mundare: et illico mundatus sum a lepra*) .. D^{a} haec ante *Et alius* – – *Gibberosus* etc ponit, edpr post testimonium mulieris cap. seq. addit.

VII. *Item et* (B om) cum ABC .. D^{abc} om *item.* Edpr sic: *Mulier similiter nomine Veron. dixit* | *a longe clamavit praesidi* (A add *dicens*) cum ABC .. D^{abc} edpr *dixit* | *Sanguine fl. eram* cum D^{abc} edpr .. C *profluvio sanguinis vexabar*, A *fluxum sanguinis patiebar*, B *fluxum sang. patiens* | *ab* (BC edpr om) *annis duod.* (B edpr *duod. ann.*) cum D^{abc} BC edpr .. A om | *et statim* – – *stetit* cum D^{abc}, item edpr *et stetit sanguis* .. AC *et stat. sana facta sum* .. B post *patiens* pergit *et tangens fimbr. ve. eius sanata sum* | *Legem habemus* cum D^{abc} edpr .. ABC *In lege* (A add *autem*, C *enim*) *habemus* | A *mulieres* | *venire:* C add *nisi solum virum*, A *sed tantummodo viros.*

Praeterea solus D^{a} in fine add *Et quidam Iudaeus post alia dixit Vidi Iesum vocari ad nuptias cum discipulis suis et vinum deficere in Cana Galilaeae. Et cum defecisset vinum, praecepit ministris ut implerent sex hydrias quae ibi erant aqua: et implerunt usque ad summum. Et benedixit eas et convertit aquam in vinum, et biberunt omnes gentes admirantes super hoc signum. Et alius Iudaeus stetit in medio et dixit Ego vidi Iesum in Capharnaum docentem in synagoga. Et in synagoga erat quidam homo habens daemonium et clamavit dicens Sine me: quid nobis et tibi, Iesu Nazarene? venisti perdere nos? scio quia tu es sanctus dei. Et increpavit illum Iesus et dixit illi Obmutesce spiritus immunde et exi de homine. Et statim exivit de isto nihilque illi nocuit. Et haec quidam Pharisaeus dixit Ego vidi quod multa turba venit ad Iesum a Galilaea et Iudaea et maritima et multis regionibus circa Iordanem, et multi infirmi veniebant ad eum, et sanabat omnes. Et audivi spiritus immundos clamantes et dicentes Tu es filius dei. Et vehementer comminabatur eis Iesus ne illum manifestarent.*

VIII. Rursus D^{a} solus ab initio addit *Post haec quidam centurio dixit Ego in Capharnaum vidi Iesum et rogavi eum dicens Domine, puer meus iacet paraly-*

Digitized by Google

verunt dicentes Iste homo propheta est, et daemonia illi subiecta sunt. Dicit Pilatus ad illos qui dixerunt Daemonia illi subiecta sunt, Et magistri vestri quare ei subiecti non sunt? Dicunt Pilato Nescimus. Alii autem dixerunt Pilato quia Lazarum mortuum suscitavit post quatriduum de monumento. Audiens haec praeses tremefactus dixit ad omnem multitudinem Iudaeorum Quid vultis effundere sanguinem innocentem?

Caput IX.

[1] Et convocans Pilatus Nicodemum et duodecim viros qui dixerunt quoniam non est natus ex fornicatione, dicit ad eos Quid faciam, quoniam seditio fit in populo? Dicunt ei

---

ticus in domo. Et dixit mihi Iesus Vade, et sicut credidisti fiat tibi. Et sanatus est puer ex illa hora. Deinde quidam regulus dixit Habebam filium in Capharnaum qui moriebatur, et cum audissem Iesum adventre in Galilaeam, abii et rogavi eum ut descenderet in domum meam et sanaret filium meum: incipiebat enim mori. Et dixit mihi Vade, filius tuus vivit. Et sanatus est filius meus ex illa hora.

Et alii quidam multitudo vir. ac mul. cum C .. D^{bc} *et al. qu. ex multitudine Iudaeorum viri* (D^{b} Flor om) *et mulieres.* Similiter reliqui | *clamaverunt* cum ABD^{abc} Flor ed^{pr} .. C *clamabant* | *Iste* (ABC *hic*) -- *et* (D^{b} Flor ed^{pr} om) *daem. illi subi. sunt* .. D^{a} *vere filius dei iste qui solo verbo omnia sanat, et daemonia ei per omnia subiiciuntur. Dicunt quidam ex ipsis Non est haec potestas nisi a deo.* | *Dicit Pil. ad illos* (D^{c} *ad eos* omissis seqq.) *qui dix.* -- *subiecti. sunt* cum D^{bc}; item *dicit Pyl.* ed^{pr}, *dix. Pil. Iudaeis* D^{a} .. ABC Flor om | *Et* (AB om) *mag. vestri* (sed ABC *nostri*) *qu. ei subi. non sunt* (C *non subiiciuntur ei*) cum ABC, adhibitis reliquis qui sic habent: D^{bc} Flor ed^{pr} *Quare et* (D^{c} om) *doctoribus vestris* (Flor *nostris*) *non sunt subiecta;* D^{a} *Quare vobis docentibus daemonia non subiiciuntur* | *Dic.* (ed^{pr} *responderunt*) *Pil. Nescimus* cum D^{bc} Flor ed^{pr} .. D^{a} *Dicunt quidam ex ipsis Non est haec potestas nisi a deo ut daemonia subiiciantur* .. ABC om (Illa enim *Et magistri nostri* cum prioribus *et daem. illi subi. sunt* coniungunt) | *Alii autem* (B om) *dix. Pil.* (ed^{pr} om *Pil.*) cum BD^{abc} Flor ed^{pr} .. A *at et alii dix. Pil.*, C *et quidam clamantes dicebant Pil.* | *quia* (cum D^{ab}, Flor *quoniam;* reliqui om) *Laz. mort. susc.* (C *resusc.;* varie ponitur) *post quatrid.* (ita D^{ab}; ACD^{c} *post quartum diem,* B *post IIII dies;* ed^{pr} *quadriduanum*) *de mon.* (ed^{pr} om) | *Aud. haec* (ed^{pr} *Quod aud.*) *praes.* cum D^{abc} (ed^{pr}) .. C *praes. autem haec omnibus testificantibus audiens,* similiterque AB | *tremefactus* cum D^{abc} ed^{pr} .. ABC *timore perterritus* | *omnem* cum ABC ed^{pr} .. D^{abc} om | *Quid* (AC add *est quod*) *vultis effund.* (C *fund.*) *sang. inn.* cum ABCD^{c} ed^{pr} .. D^{ab} *Quid vobis proderit quod effundatis* (D^{b} *prodest effundere*) *sa. inn.*

IX, 1. *Et convoc. Pil.* (ed^{pr} om) *Nic.* -- *quoniam* (D^{c} ed^{pr} om) -- *dicit* (D^{ac} ed^{pr} *dix.*) *ad eos* (ed^{pr} om) cum D^{abc} ed^{pr} .. C *Iterato Pil. iussit vocare Nic. et alios XII viros qui approbaverunt quod Ies. non erat nat. de forn. et dix. ad illos* .. AB omnia om usque dum sequitur *Et petens aquam* etc. Item C statim pergit *Testes mihi sitis quia ego innocens sum* etc. Cf. infra ad 4. | *Dicunt ei*

Digitized by Google

Nos nescimus; ipsi videant. Iterum Pilatus convocans omnem multitudinem Iudaeorum dixit Scitis quia vobis consuetudo est per diem azymorum ut dimittam vobis unum vinctum. Habeo unum insignem vinctum in carcere homicidam qui dicitur Barabbas, et Iesum qui dicitur Christus, in quo nullam caussam mortis invenio. Quem vultis ut dimittam vobis? Clamaverunt autem omnes dicentes Barabbam dimitte nobis. Dicit eis Pilatus Quid ergo faciam de Iesu qui dicitur Christus? Dicunt omnes Crucifigatur. Iterum dixerunt Iudaei Non es amicus Caesaris si hunc dimittis, quia dixit se filium dei esse et regem: ni forte vis hunc esse regem et non Caesarem.

[2] Tunc repletus furore Pilatus dixit ad eos Semper gens vestra seditiosa fuit, et qui pro vobis fuerunt, contrarii eis fuistis. Responderunt Iudaei Qui sunt pro nobis? Dicit eis Pilatus Deus vester qui eripuit vos de dura servitute Egyptiorum, et eduxit vos ex Egypto per mare sicut per aridam terram, et in eremo cibavit vos manna et coturnice, et eduxit vobis de petra aquam et potavit vos, et legem dedit vobis: et in his omnibus irritastis deum vestrum, et quaesivistis vo-

---

(edpr *illi*) .. Da add *illi* | *Nos* cum Db .. Da edprom .. Dc *Illud* | *videant* .. Da add. *qui seditionem commovent* | *omnem mult. Iud. dix.* cum edpr .. Dabc *multitudinem dix. eis* | edpr *quia cons. est in pascha ut* | *in carcere* cum Db, item omisso *vinctum* edpr .. Dac om | *Barabbas* cum Db .. Dac edpr *Barrabas.* Item post. | *et Iesum* - - *invenio* cum Da .. Dbc edpr *in Iesu vero* (Db om) *nullam culpam invenio mortis* | *Quem* cum Db .. Dac edpr add *ergo* | *ut* (edpr om) *dimitt. vob.* (*vo dim.* edpr) cum Dc edpr .. Db *dimitti vobis*, Da *ex his duobus dimitti* | Edpr *clamaverunt Iudaei Barrabam. Dicit Pyl. Quid faciemus de Iesu? Responderunt Iud. omnes Crucif.* | *Iterum dix. Iud.* cum Db .. Dac *iterum clamant dicentes Pilato* .. edpr om | *ni* (edpr *ne*) *f. vis* (edpr *velis*, Dc *velles*) - - *et* (edpr om) *non Caes.* cum Dbc edpr .. Da *an forte vis hunc esse et non Caes.*

2. *qui pro vobis fuer.* cum Db edpr .. Dac *qui vobis profuer.* | *Qui sunt pro nob.* cum Db edpr .. Dac *Qui sunt qui fuerunt pro nob.* | *eripuit:* ita edpr; Dabc *eruit* | *edux. vos ex* (edpr *de*) - - *terram* (edpr om) cum Dc edpr .. Dba *per mare dux. vos* (Da *transdux. per mare rubrum*) *sic. per arid. terr.* (Da om) | *et coturnice* cum Db, item *et coturnicibus* Dc, *et carne coturnicum* Da .. edpr om | *et eduxit* (Da *produx.*) *vobis* (Da om) - - *et pot. vos* (Dc om; Da om *et pot. vos*) | *legem* .. Da add *de coelo* | *et in his* (Da om) *omnibus* .. edpr *et in aliis omnib.* | *irritastis d. ve.* cum Dab .. Dc edpr *a vobis* (edpr om) *irritus* (edpr *irritatus*) *est* | *et quaesivistis* - - *vit. fus. deum* (Da *vit. facere conflatilem*) *et exacerb. d. ve.* (pro

Digitized by Google

bis vitulum fusilem deum. Et exacerbastis deum vestrum, et voluit vos occidere: et deprecatus est Moyses pro vobis ut non moreremini. Et nunc dicitis quia regem odio.

[3] Et exsurgens de tribunali voluit exire foras. Clamaverunt autem Iudaei et dixerunt ei Regem scimus Caesarem et non Iesum. Nam et magi munera ei obtulerunt sicut regi; et audiens Herodes a magis quia rex natus est, voluit occidere eum. Hoc autem cognito pater eius Ioseph tulit eum et matrem eius, et fugierunt in Egyptum; audiensque Herodes perdidit infantes Iudaeorum qui nati sunt in Bethleem.

[4] Audiens Pilatus verba haec timuit. Et facto silentio in populo, qui clamabant, dixit Pilatus Ergo hic est quem quaerebat Herodes? Dicunt ei Hic est. Et accipiens aquam Pilatus lavit manus suas coram populo dicens Innocens ego

---

his Da *et adorastis et immolastis et dixistis Isti sunt dii tui, Israel, qui te eduxerunt de terra Egypti*) cum Dc, item Da .. Db edpr om | *vos occid.* cum Dcb edpr .. Da *deus vester disperdere vos* | *ut non moreremini* (edpr haec om) .. Da add *et audivit deus vester eum et transtulit peccatum vestrum. Deinde exacerbati voluistis occidere prophetas vestros Moysen et Aaron, quando fugerunt in tabernaculum: et semper contra deum et eius prophetas murmurastis.* Item Dc edpr *quem postmodum lapidare voluistis* | *et nunc* (Dc *nunc vero*) *dic. qu. r. odio* cum Dbc .. edpr *nunc dic. quia regem non habemus* .. Da om

3. *autem Iud. et dix. ei* cum Dc .. Dab *autem omnes Iud.*, edpr *Iudaei* | *scimus* .. edpr *habemus* | *et non Iesum* cum Dc .. Dab edpr om *et* | *nam* (edpr praem inepte *respondit Pyl.*) *et* -- *sicut* (Dc *quasi*) *regi* .. Da *num quando hic natus est, tunc magi venerunt et ei munera obt.* | *et* (Db om?) *audiens* ((Dc *Aud. autem*) *Her. a magis quia* -- *occid. eum* cum edpr Dbc .. Da *Quod cum audisset Her. turbatus est valde et vol. e. occid.* | *Hoc autem* (edpr *Quo*) *cognito* -- *fugierunt* (ita Dbc; edpr *fuger.*) *in Eg.* cum Db edpr, item Dc .. Da *Quod cum cognovisset pater eius, fugit in Eg. cum matre sua Maria* | *audiensque* (ita edpr Dc; Db *aud. autem*) -- *in Bethl.* cum Dbc edpr .. Da *Herodes cum audisset eum esse natum voluit eum occidere, et mittens occidit omnes pueros qui erant in Bethl. et in omnibus finibus eius a bimatu et infra.*

4. *qui* (quia?) *clamabant* cum Db, item *qui clamabat* Dac .. edpr om | *dixit Pil.* (cum Db; Dc *dix. eis*, edpr *dix.*) *Ergo* (Dc om) -- *Dic. ei Hic est* .. Da *dixit ad Iesum Ergo rex es tu? Dicunt ad Pilatum omnes Iudaei Iste est quem Herod. quaerebat occid.* | *et accipiens* (AB *petens*) *aqu. Pil.* (Dab *accip. autem Pil. aqu.*) -- *coram pop.* (C *ante populum*) -- *vos videritis* (AB om *v. vid.*) cum ABCDab .. edpr *accipiens eum misit ad Herodem dicens Innocens* etc .. Dc *accipiens autem eum misit ad Herodem, et accepta aqua lavit manus suas cor. pop. dicens Sanguis eius super vos et super filios vestros. Et gavisus est Herodes. Tunc Herodes secum reputans* (seqq. non recte videntur e cod. petita esse: *quid scisciari vellet, Pilatus autem sibi familiaris providus*) *cautus non vult dare vitam* (iustum?)

Digitized by Google

sum a sanguine iusti huius: vos videritis. Iterum clamaverunt Iudaei dicentes Sanguis eius super nos et super filios nostros.

5 Tunc iussit Pilatus velum solvi, et dixit ad Iesum Gens tua increpavit te tanquam regem: ideoque decrevi primum flagellari te propter statuta imperatorum, et tunc crucifigi in cruce.

CAPUT X.

1 Et flagellatum tradidit Iudaeis Iesum ad crucifigendum, et duos latrones cum ipso: unus nomine Dismas et alius nomine Gestas. Et quando venerunt ad locum, exspoliaverunt eum vestimentis suis et praecinxerunt eum linteo et

---

3. *heremicola* cum Dbc Lipsed, item *heremicula* edpr .. Da *eremitula*, Hal *heremita* | Edpr edpr germ *interrogatus - - respondit* | *Iohannes, vox et* cum Db edpr germ .. Da (item Dc?) *vox clamantis in deserto, Ioh. baptista et* .. edpr *Ioh baptista* | *praevius* (Dac *praeiens*) .. edpr *praeveni enim* | *ante faciem - - pecc.*

Digitized by Google

ciem adventus eius praeparare vias eius, ad dandam scientiam salutis plebi eius in remissionem peccatorum illorum. Et videns eum venientem ad me compulsus spiritu sancto dixi Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. Et baptizavi eum in flumine Iordanis, et vidi spiritum sanctum descendentem super eum in specie columbae, et audivi vocem de coelis dicentem Hic est filius meus dilectus, in quo bene complacui. Et nunc praeivi ante faciem eius et descendi annuntiare vobis quia in proximo est visitare nos ipse oriens filius dei ex alto veniens, sedentibus nobis in tenebris et umbra mortis.

Caput III. (XIX.)

Et cum haec audisset protoplastus Adam pater, quia in Iordane baptizatus est Iesus, exclamavit ad filium suum Seth Enarra filiis tuis patriarchis et prophetis omnia quae a Michaele archangelo audisti, quando te transmisi ad portas paradisi, ut deprecareris deum quatenus transmitteret tibi angelum suum ut daret tibi oleum de arbore misericordiae, ut perungeres corpus meum, cum essem infirmus. Tunc Seth appropinquans sanctis patriarchis et prophetis dixit Ego Seth cum essem orans dominum ad portas paradisi, ecce angelus

---

illorum (D^{b} om *illor.*): ita etiam edpr^{r} germ omisso *illor.* („*und zu geben das versteen des hails seynem volck in vergebung der sünd*“) .. edpr^{r} *ante fac. domini parare vias eius* | *Et videns eum* cum D^{b} edpr^{r} edpr^{r} germ .. D^{ac} *et ego Iohannes videns Iesum* | *ven. ad me* .. D^{c} add *baptizari* | *compulsus* (D^{c} *et comp.*) *sp.* (D^{a} *sum a sp.*) *sa.* (D^{b} add *confessus*) *dixi* (D^{a} *et di.*) cum edpr^{r} edpr^{r} germ (*zwang mich der hailig gayst zu sprechen*), item D^{c} D^{a} D^{b} | *ecce qui* .. edpr^{r} om *ecce* | *de coelis* cum D^{b} edpr^{r} .. D^{ac} *de coelo* | *bene* cum D^{b} .. reliqui *mihi bene* | *complacui* cum D^{bc} edpr^{r} germ .. D^{a} edpr^{r} add *ipsum audite* | *praeivi* cum D^{bc} edpr^{r}, item *et descendi* .. D^{a} *praeviante me*, tum *descendi* | *in pr. est vis. nos* (D^{c} *vos*, item edpr^{r} germ) cum D^{bc} edpr^{r} .. D^{a} *in pr. visitavit* (corrige -*bit*) *nos* | *ipse oriens fil. dei* (D^{c} *et ipse fil. de. est*) *ex* (D^{b} *ab ex?*) -- *sed. nobis* (ita etiam D^{c}) -- *et umbr. mort.* (haec D^{c} om) cum D^{bc} .. D^{a} *ipse filius eius dei oriens ex alto veniens ad nos sedentes in te. et in u. m.* .. edpr^{r} om

III. *Et cum haec* .. D^{ac} *Cum autem haec* | *pater* .. edpr^{r} edpr^{r} germ add *noster* | *Iesus* (edpr^{r} om) .. D^{c} *ipse filius dei* | *audisti* .. edpr^{r} *didicisti* | *ut deprecar. de. quatenus* (D^{c} *ut*) -- *ut* (D^{c} *et*) -- *de arb. miseric.* (D^{c} *vitae.* D^{a} om *quatenus* usq. *miseric.*) *ut* (D^{a} *et*) -- *infirmus* .. edpr^{r} *pro oleo arboris misericor-*

Digitized by Google

domini Michael apparuit mihi dicens Ego missus sum ad te a domino: ego sum constitutus super corpus humanum. Tibi dico enim, Seth, noli laborare lacrimis orando et deprecando propter oleum ligni misericordiae, ut perungas patrem tuum Adam pro dolore corporis sui, quia nullo modo poteris ex eo accipere nisi in novissimis diebus et temporibus, nisi quando completi fuerint quinque millia et quingenti anni: tunc veniet super terram amantissimus dei filius ad resuscitandum corpus Adae et corpora mortuorum, et ipse veniens in Iordane baptizabitur. Cum autem egressus fuerit de aqua Iordanis, tunc de oleo misericordiae suae unget omnes credentes in se, et erit oleum illud misericordiae in generationem eorum qui nascendi sunt ex aqua et spiritu sancto in vitam aeternam. Tunc descendens in terras amantissimus dei filius Christus Iesus introducet patrem nostrum Adam in paradisum ad arborem misericordiae.

Haec autem omnia audientes a Seth patriarchae omnes et prophetae exultaverunt magna exultatione.

Caput IV. (XX.)

[1] Et cum exultarent sancti omnes, ecce Satan princeps

---

diae propt. infirmitatem meam | *ego sum constit. super corp.* (Havn *genus*) *hum.* cum Dab edpr, item edpr germ .. De *quia constitutus sum princeps ab eo super omne genus humanum* | *Tibi* (De *Et tibi*; edpr add *autem*) *dico enim* (De edpr om) *Seth* (edpr ante *dic.*) | Da edpr *noli in* (edpr om) *lacrymis deum orare et* (edpr *orando*) *deprecari pr. ol.* (edpr *pro oleo*) *miser. ligni* (edpr om) | *corporis* .. Da *capitis* | *ex eo* (Dac om) *accipere* .. edpr *impetrare* | *diebus et temp., nisi quando* .. edpr *diebus, quando* | edpr *V milia nongenti quinquaginta duo anni* | *dei filius* cum Dac edpr germ .. Db add *Christus*, edpr *Iesus* | *ad resusc.* cum edpr .. Dac *resuscitare* .. Db *qui facit resurgere* | *corp. Adae* cum Db edpr edpr germ .. Dac *corp. humanum Adae* | *et corp. mort.* cum edpr, item edpr germ .. Dabc (si collationibus fides est) *et conresuscitare co. mo.* (De add *cum eo*) | Dac *in Iordanis aqua*, edpr *in Iordanis fluvio* | *Cum autem* (Dac *Et cum*) *egr. fuerit* .. edpr *et egressus*, et om *de aqua Iordanis* | *unget* cum De (item edpr) .. Dab add *ex eo* | *illud* (ita Dbc edpr; Da om) *misericordiae* (edpr om; Da add *suae*) | *in generationem eorum* (Db om) *qui nascendi* (Da *nasciturі*) *sunt* cum Dba .. edpr *in generatione et generationem eis qui renascendi sunt* .. De *in generationes quae nascendae sunt* | *in vit. aeternam* .. Db add *amen*, non item Dac edpr edpr germ | edpr om *amantiss.*, et *Chr. Ies.* .. De om *descend. in terr. am. de fil.*

magna exult. cum Db; edpr *cum magno gaudio*, item edpr germ .. Dac *magis*

Digitized by Google

et dux mortis dixit ad inferum Praepara temetipsum suscipere Iesum qui se gloriatur filium dei esse, et est homo timens mortem et dicens Tristis est anima mea usque ad mortem. Et permulta adversatus est mihi male faciens, et multos quos ego coecos claudos surdos leprosos et vexatos feci, ipse verbo sanavit; et quos ad te mortuos perduxi, hos ipse a te abstraxit.

[2] Respondens inferus dixit ad Satan principem Quis tam est iste potens, cum sit homo timens mortem? omnes enim potentes terrae mea potestate subiecti tenentur, quos tu subiectos perduxisti tua potentia. Si ergo potens es tu, qualis est homo ille Iesus, qui timens mortem potentiae tuae adversatur? Si ita potens est in humanitate, vere dico tibi, omnipotens est in divinitate et potentiae eius nemo potest resistere. Et cum dicit se timere mortem, capere te vult, et vae tibi erit in sempiterna secula. Respondens autem Satan princeps tartari dixit Quid dubitasti et timuisti suscipere illum Iesum, adversarium tuum et meum? Ego enim tentavi illum, et populum meum antiquum Iudaicum excitavi zelo et ira adversus eum: lanceam exacui ad percussionem eius, fel et acetum miscui dare ei potum, et lignum praeparavi ad crucifigendum eum et aculeos ad

IV, 1. *dixit* (De praem *adveniens*) *ad inferum* (Dc *infernum*) .. Da *dix. ad principem inferorum* | *Praepara* -- *Iesum* cum Dbc .. Da *Apparo suscipere ipsum Iesum.* Praeterea Dac add *Nazarenum* .. edpr *Praepara te ad deglutiendum Christum* | *filium dei* .. Db praem *Christum* (edpr germ add *et Chr.*) | *Et permulta* (Dc *Multoque*, nisi forte scriptum est *Multaque*) *adv. est mihi male faciens* (Dc *maleficiis suis*) cum Dbc, similiter edpr (*ipse est qui multum* etc) .. Da *et multa mihi mala inferens* | *et multos* (Dc om) -- *ipse verbo* (Db *vero*?) *sanav.* cum Dbc edpr .. Da *et pluribus aliis quos ego coecos feci et claudos, insuper et quos ego variis daemoniis vexavi, ipse verbo sanavit* | *a te abstraxit* (ita Da edpr; Db *adtraxit*?) .. Dc *a te vivos extraxit*

2. Da *Respondens autem princeps inferorum ad Satan dixit* .. edpr *respondit infernus* | *iste* .. Da add *princeps* | *Si ergo potens es tu* -- *adversatur* cum Dbc edpr edpr germ .. Da om | *Si ita* (edpr *tam*, alii *tantum*) *potens* cum Dc edpr .. Db *Si talis potens* .. Da *Si ergo pot.* | *omnipot. est* (Da add *et*, item Db? non edpr) *in* .. Dc *potens esse debet in* | *princeps tart.* (haec edpr om) *dix.* cum Dbc .. Da *dix. ad principem tartari* | *Iesum* cum Db edpr edpr germ .. Dac add *Nazarenum* | *zelo et ira* cum Dab edpr .. Dc *in zelum et iram* | *percussionem* cum Dc edpr .. Db *persecutionem*, Da *passionem* | *dare* (edpr om) *ei* (Da *et iussi ei dare*) *potum* (ita Da, edpr *in potum*, Db *poculum*, Dc *in poculum*) | *et aculeos ad config.* cum Db .. Dac *et clavos ad perforandum manus eius et pedes* .. edpr

Digitized by Google

configendum, et in proximo est eius mors, ut perducam eum ad te subiectum tibi et mihi.

[3] Respondens inferus ait Tu mihi dixisti quia ipse est qui mortuos a me abstraxit. Multi enim sunt qui a me hic detenti sunt, qui dum vixerunt in terris a me mortuos tulerunt, non suis potentiis sed divinis precibus, et omnipotens deus eorum abstraxit eos a me. Quis est iste Iesus, qui per verbum suum mortuos a me traxit sine precibus? Forsitan ipse est qui Lazarum quatriduanum foetentem et dissolutum, quem ego tenebam mortuum, reddidit vivum per verbum imperii eius. Respondens Satan princeps mortis dixit Ipse est ille Iesus. Haec autem audiens inferus dixit ad eum Coniuro te per virtutes tuas et meas, ne perducas eum ad me. Ego enim tunc quando audivi imperium verbi eius, contremui perterritus pavore, et omnia officia mea simul mecum conturbata sunt. Nec ipsum Lazarum tenere potuimus, sed excutiens se ut aquila per omnem agilitatem et celeritatem salivit exiens a nobis, et ipsa terra quae tenebat Lazari corpus mortuum statim reddidit vivum. Ita nunc ego scio quia ille homo,

---

edpr germ om | *ut perducam* cum Db edpr edpr germ .. Dac *et perducam* | *tibi et mihi* (Dac *m. et t.*) .. edpr *mihi*

3. *inferus* cum Db (edpr *infernus*) .. Dac *princeps tartari* | *Multi* (Db *Tui*) *enim* (Dc om) *sunt* -- *abstrax.* (Db *adtraxit*) *eos a me* cum Dbc (accedit Hal *Multi enim sunt hic qui* etc) .. Havn *Multi sunt hic detenti qui de eo in terris locuti sunt, qui etiam a me mortuos tulerunt non sua potentia sed divinis precibus* .. Da *Qui hic detenti sunt, dum viverent in terris, non suis potentiis sed divinis precib. ablati sunt, et omnipotens* etc .. Lipsed edpr germ om, item edpr sed post habet consimilia quaedam. Legitur enim ibi sic: *Tu dicis quia ipse est qui mortuos tulit a me solo iussu sine precibus. Forsitan ipse est qui Lazarum fetentem et dissolutum vitae restituit. Multi enim sunt hic detenti qui non sua potentia sed div. prec. mortuos tulerunt a me. Resp. Sathan Iste est Iesus.* | Dac *Quis ergo est iste Ies. Nazarenus qui suo verbo* etc | *quatriduanum* cum Db .. Dac *quatuor diebus mortuum* .. edpr om | *tenebam mort.* cum Db .. Dac *mort. detineb.* | *reddidit* -- *imperii* (Dc *ipsum*) *eius* cum Dbc .. Da *redivivum suo imperio a me traxit* .. edpr *vitae restituit* | *princ. mort. dix.* cum Dbc .. Da *ad principem inferorum dix.* | *Iesus* cum Db edpr .. Dac add *Nazarenus* | *inferus* (Dc edpr *infernus*) .. Da *princeps inferorum* | *Coniuro* cum Db edpr .. Dac *adiuro* | *officia mea* cum Dc edpr germ .. Dab edpr add *impia* | Da edpr om *ut aquila* | *agilitatem* .. Da *malignitatem* | *salivit exiens* cum Dbc .. Da *salvus exivit* .. edpr *exiliit* | *mortuum* cum Dac edpr edpr germ .. Db *mortale* | *Ita nunc ego* -- *haec* (Dc edpr *hoc*) -- *in* (Dc *et*)

Digitized by Google

qui haec potuit facere, deus fortis est in imperio, potens in humanitate, et salvator est generis humani. Et si perduxeris illum ad me, omnes qui sunt hic in crudelitate carceris clausi et in insolutis vinculis peccatorum constricti, solvet et ad vitam divinitatis suae perducet in aeternum.

Caput V. (XXI.)

[1] Et cum haec ad invicem loquerentur Satan princeps et inferus, subito facta est vox ut tonitruum et spiritualis clamor Tollite portas principes vestras, et elevamini portae aeternales, et introibit rex gloriae. Haec audiens inferus dixit ad Satan principem Recede a me et exi de meis sedibus foras: si potens es praeliator, pugna adversum regem gloriae. Sed quid tibi cum illo? Et eiecit inferus Satan foras de sedibus suis. Et dixit inferus ad sua impia officia Claudite portas crudeles aereas et vectes ferreos supponite et fortiter resistite, ne captivemus tenentes captivitatem.

[2] Haec autem audiens omnis multitudo sanctorum cum voce increpationis dixerunt ad inferum Aperi portas tuas ut intret rex gloriae. Et exclamavit David dicens Nonne cum essem vivus in terris, praedixi vobis Confiteantur domino mi-

humanitate – – salv. est g. h. cum D^{b}, item D^{c}. item (– – *d. f. est et imperio potens et salvaturus genus hum.*) edp^{r} .. D^{a} *Ego autem nunc scio quod haec ita potuit facere deus omnipotens, qui potens est imperio suo et potens in humanitate, qui et salv. est g. h.* | *Et si perduxeris – – crudelitate* (D^{b} *credulitate*) – – *clausi* (edp^{r} *hic detenti sunt*, omissis *et in* usq. *constricti*) – – *peccatorum* (D^{c} om) – – *divinitatis suae* (ita D^{c} edp^{r}, item D^{a}; D^{b} - *tate sua*) *perd. in aet.* cum D^{bc} edp^{r} .. D^{a} *hunc ergo ne perduxeris ad me: omnes enim illos quos hinc detineo sub incredulitate carceris clausos et vinculis pecc. constrictos, solvet et ad aeternam vitam suae div. perd.*

V, 1. *Sat. princ. et inferus* (D^{c} *infern.*) .. D^{a} *Sat. et princeps inferni* | *aeternales:* infra est *infernales*. Videtur alterum ad alterum corrigendum esse. | *infer.* (D^{c} edp^{r} *infern.*) *dix. ad Sa. pr.* cum D^{bc} edp^{r} .. D^{a} *princeps tartari dix. ad Sat.* | D^{c} *pugna cum rege glor.* | *inferus* (edp^{r} *infern.*) *Satan* (D^{a} om *infer.*) .. D^{c} *eum* | *foras de* .. D^{b} *foris* | *inferus* (D^{c} *infern.*) *ad – – officia* .. D^{a} *princeps ad suos impios ministros* | *captivemur* (edp^{r} *capiamur*) *ten. capt.* cum D^{bc} edp^{r} .. D^{a} *captivi ducamur in capt.*

2. *voce* cum D^{b} edp^{r} .. D^{ac} praem *magna* | *dixerunt* cum D^{ac} .. D^{b} edp^{r} *dixit* | *ad infer.* (D^{c} edp^{r} *infern.*) .. D^{a} *ad princip. inferor.* | *David dicens* cum edp^{r} edp^{r} germ .. D^{b} om *David* .. D^{ac} praem *divinus ille propheta* | D^{ac} *bene vob.*

Digitized by Google

sericordiae eius, et mirabilia eius filiis hominum, quia contrivit portas aereas et vectes ferreos confregit: suscepit eos de via iniquitatis eorum. Et post haec similiter Esaias dixit Nonne cum essem in terris vivus praedixi vobis Exsurgent mortui, et resurgent qui in monumentis sunt, et exultabunt qui in terris sunt, quoniam ros qui est a domino sanitas est illis. Et iterum dixi Ubi est, mors, aculeus tuus? Ubi est, infere, victoria tua?

3 Haec autem audientes omnes sancti ab Esaia dixerunt ad inferum Aperi portas tuas: nunc victus, infirmus et impotens eris. Et facta est vox magna ut tonitruum dicens Tollite portas principes vestras, et elevamini portae infernales, et introibit rex gloriae. Videns inferus quia duabus vicibus haec clamaverunt, quasi ignorans dicit Quis est rex gloriae? Respondens David ad inferum ait Ista verba clamoris cognosco, quoniam ego eadem per spiritum eius vaticinatus sum. Et nunc quae supra dixi dico tibi Dominus fortis et potens, dominus potens in praelio, ipse est rex gloriae. Et ipse dominus de coelo in terris prospexit ut audiret gemitus compeditorum et ut solveret filios interemptorum. Et nunc, spurcissime et foetidissime infere, aperi portas tuas ut intret rex gloriae. Haec dicente David ad inferum supervenit in forma

praedixi. Item infra. | *de via iniq. eorum* cum Dbc edpr edpr germ .. Da add *propter iniustitias enim suas humiliati sunt* | *similiter dix. Esaias* cum Db edpr .. Dac *alius propheta, videlicet sanctus Esaias, similiter dix.* | Dc edpr om *et exultab. – – sunt.* Item edpr edpr germ om *quoniam – – sanit. est illis* (Dc *sanabit eos*) | *Et iterum* .. Db *Et sicut iter.* | *mors acul. tuus* et *inf. vict. tua* cum Dbc edpr germ .. Da edpr *mors vict. tua*, et *mors stimulus* (edpr *acul.*) *tuus*

3. Da *dixer. ad princip. inferor.* | *Aperi* (Dac add *nunc*) *po. tuas* cum Db edpr germ .. Dac add *et vectes ferreos submove* | *nunc victus inf. et imp. eris* .. Dac *quoniam vinctus eris et nullius potentiae* (pro *null. pot.* Dc *et infimus et infirm. eris*) | Edpr om *Haec autem aud.* usque *impotens eris* | *ut* (Dc *et*) *tonitruum* .. Da *tanquam sonus tonitrui* | *Tollite* (Dac *Attoll.*) – – *rex gloriae* .. edpr nil nisi *Tollite portas* | *Videns* (Dac add *autem*, non item Db edpr) *inf.* (Da *princeps inferor.*) *quia* (Dac *quod*) *duab. vic.* (edpr *secundo*) *haec* (Dac edpr om) *clamaverunt* (Dac edpr -*verat*) | Da *David vero respondens ad princip. inferor. dixit* .. edpr *Respondit David* | *in praelio* cum Dac edpr .. Db *in bello* | *de coelo in terris* (edpr *in terram*) .. Dac *in c. et in terra* | *gemitus compedit.* cum Da edpr edpr germ (*die seufftzen der gefangen*) .. Dbc *gemitum vinculorum* | *infere* .. Da *princ. inferi* | *rex gloriae* .. Da add *quia ipse dominus est coeli et terrae* | Da *David ad*

Digitized by Google

hominis dominus maiestatis, et aeternas tenebras illustravit et indissolubilia vincula disrupit: et invictae virtutis auxilium visitavit nos sedentes in profundis tenebris delictorum et in umbra mortis peccatorum.

CAPUT VI. (XXII.)

[1] Haec videns inferus et mors et impia officia eorum, cum crudelibus ministris expaverunt in propriis regnis agnitam tanti luminis claritatem, dum Christum repente in suis sedibus viderunt, et exclamaverunt dicentes Victi sumus a te. Quis es tu qui ad dominum dirigis confusionem nostram? Quis es tu qui sine exitio corruptionis, incorrupto argumento maiestatis, furore condemnas potestatem nostram? Quis es tu, tam magnus et parvus, humilis et excelsus, miles et imperator, in forma servi admirabilis praeliator, et rex gloriae mortuus et vivus, quem crux portavit occisum? Qui mortuus iacuisti in sepulcro, vivus ad nos descendisti: et in tua morte omnis contremuit creatura et universa sidera commota sunt: et nunc

princip. inferor. | *dom. maiestatis* . . D^{c} *rex gloriae*, edp^{r} *rex glor. deus maiestatis* | *indissolubilia* (edp^{r} *insolubilia*) . . D^{b} *insoluta* | *inv. virt. auxilium* (D^{c} *-lio*) *vis. nos* cum D^{bc} . . D^{a} *invincibili virtute visitavit* . . edp^{r} *visitavit nos*

VI, 1. *videns* . . D^{a} *audiens* | *inferus* – – *officia eorum cum crud. min.* (D^{e} *off. crudelis ministri*) – – *agnitam* (D^{e} *et agnita*) *tanti* (D^{e} *tanta*) *lum. claritatem* (D^{e} *-tate*) cum D^{bc} . . D^{a} *mors impia cum crud. ministr. suis exp. in pr. regnis agnita luminis clar.*, item edp^{r} *infernus et mors agnita claritate luminis* | *dum* (D^{e} om) *Chr.* (D^{e} *Iesum*) *rep. in* (D^{e} *de*) – – *vider.* (D^{a} add *constitutum*) *et* (ita D^{e}; reliqui om?) . . edp^{r} *et viso Christo rep. in s. sed.* | *Victi sumus* cum D^{bc} edp^{r} Hal Havn Lips^{ed} edp^{r} germ . . D^{a} *vincti iam sumus.* Praeterea Hal Lips^{ed} edp^{r} germ add *o Iesu* | *Quis es tu qui* (haec omnia D^{a} om) *ad* (edp^{r} *usque ad*) *domin. dir.* (D^{b} *a domino dirigis* [*-geris*?] *ad*) *conf. nostram* . . Hal Lips^{ed} edp^{r} germ *Quisnam es tu, o homo* (edp^{r} germ om), *qui ad deum petitionem tuam dirigis in confus. nostr.* . . Havn *Quis est enim qui domino nostro Satan adversatur* | *Quis* – – *exitio corruptionis* (D^{e} *et corruptione*) *incorrupto argumento* (D^{ac} *-ptum -tum*) *mai.* (edp^{r} om *inc. arg. mai.*) *furore* (edp^{r} add *tuo*) *cond. pot. nostr.* (D^{e} *meam*) cum D^{bc} edp^{r}; item D^{a}, sed pro *furore* etc corruptissime habet *fulgores habes contemnens* . . Hal Lips^{ed} edp^{r} germ *Quis es tu qui sine virtutis damno et absque maiestatis tuae corruptione potentiam nostr. cond.* . . Havn *Quis* – – *sine potestate condemnas pot. nostr.* | *tam* (D^{a} add *potens aut* [corrige *et*] *impotens*) *magnus et* (D^{e} om) *parv., hum. et* (D^{e} om) *exc., miles et* (D^{e} om *mil. et*) *imper.* (D^{a} *mil. qui imperare potest*), *in f. servi* (D^{e} add *adparens*) *admir.* (edp^{r} *tam adm.*, D^{a} *ut humilis*) *prael.* | *Qui mortuus* . . edp^{r} om *Qui* | *contremuit* . . edp^{r} *tremuit*, D^{b} *terruit* | *creatura* . . edp^{r} *terra*, tum pergit *et universa creatura commota est et sy-*

Digitized by Google

factus es inter mortuos liber et legiones nostras perturbas. Quis es tu qui illos qui originali peccato adstricti tenentur absolvis captivos et in libertatem pristinam revocas? Quis es tu qui peccatorum tenebris excaecatos divina et splendida luciferaque luce perfundis? Similiter et omnes legiones daemonum, simili perterritae pavore, ex pavida subvertatione una voce clamaverunt dicentes Unde es tu, Iesu, tam fortis homo et splendidus in maiestate, tam praeclarus sine macula et mundus a crimine? Ille enim mundus terrenus, qui nobis subiectus fuit semper usque nunc, qui nostris usibus tributa persolvebat, nunquam nobis talem mortuum hominem transmisit, nunquam talia munera inferis destinavit. Quis ergo es tu qui sic intrepidus nostros fines ingressus es, et non solum nostra supplicia non vereris, sed insuper de nostris vinculis omnes auferre conaris? Forsitan tu es ille Iesus, de quo princeps noster Satan dicebat quod per mortem tuam crucis totius mundi potestatem accepturus esses.

[2] Tunc rex gloriae maiestate sua conculcans mortem et comprehendens Satan principem tradidit inferi potestati, et attraxit Adam ad suam claritatem.

Caput VII. (XXIII.)

Tunc inferus suscipiens Satan principem cum nimia increpatione dixit ad eum O princeps perditionis et dux exter-

---

dera | Edpr *Quis es qui orig. peccato astrictos absolvis et in* | Edpr om *et splend. luciferaq.* | *ex pav. subvertatione* cum Db .. Dac *pavida subiectione* | Edpr *Similiter et omnis legio demonum una voce clamabat* | *Unde es tu Iesu* cum Db edpr .. Dac *Quomodo et unde tu Iesu Christe* | *et* (edpr *tam*) *splendidus* (Dc - *dida*) *in* (Dc edpr om) *mai.* | Edpr om *qui nostris* (Da *in tetris*) *usib. tr. pers.* | Edpr *tal. mort. destinavit, nunq. inferis* (Da *principib. inferor.*) *tal. mun. transmisit* | *nostra suppl. non vereris* .. Da *nobis supplicia magna inferre non ver.* | Da *de quo nunc Satan ad princip. nostr. dicebat* | Dac *totius mortis potestatem* | *esses* .. edpr cum aliis habet *esset*

2. Dac *gloriae dominus* | *mai. sua* cum Db edpr germ .. reliqui om | *Satan princ.* (edpr om) .. Da *princip. inferor.* | *tradidit* (Dc praem *catenis igneis constrictum*) *inf. pot.* .. Da *privavit omni sua potestate* | *Adam* cum Db edpr edpr germ .. Dac *patrem nostrum terrenum*

VII. *inf. susc. Satan princ.* (edpr om *princ.*) .. Da *principes tartari susci-*

Digitized by Google

minationis Beelzebub, derisio angelorum, sputio iustorum, quid haec facere voluisti? regem gloriae crucifigere voluisti, in cuius exitu mortis tanta spolia nobis promisisti? Ignorasti ut insipiens quod egisti. Ecce iam iste Iesus suae divinitatis fulgore fugat omnes tenebras mortis, et firma ima carcerum confregit, et eiecit captivos et solvit vinctos. Et omnes qui sub nostris solebant suspirare tormentis insultant nobis, et deprecationibus eorum expugnantur imperia nostra et regna nostra vincuntur, et nullum iam nos reveretur genus hominum. Insuper et fortiter nobis comminantur qui nunquam nobis superbi fuerunt mortui nec aliquando potuerunt laeti esse captivi. O princeps Satan, omnium malorum impiorum et refugarum pater, quid haec facere voluisti? Qui a principio usque nunc fuerunt desperati salutem et vitam, modo nullus eorum hic iam solito mugitus auditur nec ullus eorum personat gemitus, nec in alicuius eorum facie lacrimarum vestigium invenitur. O princeps Satan, possessor clavium in-

---

pientes Satan, item *dixerunt* | *Beelzebub* .. Hal add *tricaput*, Havn *tricapita* | *sputio* cum D^{b}, item (*ain spaychel der hayligen*) edp^{r} germ, Hal *sputum*, Havn *sputa* .. edp^{r} *despectio*, D^{ac} *spurcitia* | *haec* cum D^{b} Lips^{ed} edp^{r} germ (*dise Ding*) .. Havn Hal *hoc* .. D^{ac} edp^{r} *hic* | *exitu mortis* cum D^{b} Hal, item omisso *mortis* edp^{r} .. D^{ac} *exitio* | *Ignorasti* (D^{ac} Hal *-rans*. Lips^{ed} add *canis immunde et*, item Hal *canis*) *ut* (Hal Lips^{ed} om) *insip. quod* (D^{ac} Hal *quid*) *egisti* (D^{ac} *egeris*, Lips^{ed} *elegisti*) .. edp^{r} om | D^{a} *iste Ies. Nazarenus gloriosae suae* -- *omn. horribiles tenebr. mo.* | *et firma* (D^{c} haec om?) *ima* (D^{c} *infima*, edp^{r} om) *carcerum* (edp^{r} *carceris*) .. D^{a} *ima carc. et summa* .. Havn *ima claustra carceris* | *et* (D^{ac} add *cunctos*) *eiecit capt. et* (D^{b} om) *solv. vi.* (D^{ac} *universos vi. so.*) .. Havn *et capt. vi. solv.* | *sub nostris* -- *torm.* cum D^{b} edp^{r} .. D^{ac} *prae tormentis gravibus susp. et gemere soleb.* | *et deprec. eor.* (Lips^{ed} *suis ad Iesum*) *expugnantur* (D^{a} *-namur*) *imperia nostra et* (D^{a} *impia*, om *no. et*) -- *vinc.* .. edp^{r} om | *et nullum* (D^{c} *nullus*, Havn *non*) *iam nos rev.* (D^{a} *nobis relinquitur*, Hal *ad nos revertetur*) *ge. ho.* (Havn *humanum*; D^{c} om *ge. ho.*) .. edp^{r} *iam non verebitur nos gen. humanum* .. Lips^{ed} *et amplius iam non est gen. hum. apud nos* | *insuper* .. D^{a} *imo potius* | *qui* (D^{a} *quod*) *nunq.* -- *fuerunt* (D^{a} *fuerint*, D^{c} *fuerant*) *mortui* -- *captivi* (D^{c} om *mort.* usq. *capt.*) .. Lips^{ed} *qui nunquam poterant erga nos superbire; et qui nunquam laeti fuerunt, modo admirabili exultatione pervenerunt in laudem Iesu* .. edp^{r} om | D^{c} om *impior. et refug.* | *haec* .. D^{ac} *hic* | *Qui* (ita D^{c} Havn; D^{b} *quia qui*, Lips^{ed} *ecce qui*, D^{a} *quod*) *a princ.* -- *salutem et vitam* (D^{a} *salute et vita*; D^{c} *salutem, invenerunt vitam*) *modo nullus* (D^{c} *Nullus ergo*) *eorum* (ab hoc D^{a} transilit ad sequens *eorum*) -- *mugitus* (D^{c} *mugitu*) -- *gemitus* .. edp^{r} om *O princ. Satan* usque dum sequitur alterum *O princ. Satân* | *possessor* (D^{a} *pos-*

Digitized by Google

ferorum, illas tuas divitias quas acquisieras per lignum praevaricationis et paradisi amissionem, nunc per lignum crucis perdidisti, et periit omnis laetitia tua. Dum istum Christum Iesum regem gloriae suspendisti, adversum te et adversum me egisti. A modo cognosces quanta tormenta aeterna et supplicia infinita passurus eris in mea custodia sempiterna. O princeps Satan, auctor mortis et origo omnis superbiae, debueras primum istius Iesu causam malam requirere: in quem nullam culpam cognovisti, quare sine ratione iniuste eum crucifigere ausus fuisti, et ad nostram regionem innocentem et iustum perduxisti, et totius mundi noxios impios et iniustos perdidisti?

Et cum haec loqueretur inferus ad Satan principem, tunc rex gloriae dixit ad inferum Erit Satan princeps sub potestate tua in perpetua secula in loco Adae et filiorum eius, iustorum meorum.

CAPUT VIII. (XXIV.)

[1] Et extendens dominus manum suam dixit Venite ad me, sancti mei omnes, qui habetis imaginem et similitudinem meam. Qui per lignum et diabolum et mortem damnati fuistis, modo videte per lignum damnatum diabolum et mortem.

---

sessio) *clavium* (Dc *olim*, Da om) *inferor.* (Dac *infernor.*) .. Havn *poss. cloacarum atque putredinum* .. edpr om | *nunc per* cum Dc edpr .. Dab praem *et* | Edpr om *Chr. Ies.*, item *adv. te* usque *egisti* | *cognosces* cum Da, item *non cognosces* Dc .. Db edpr *cognosce* | Dc om *aeterna*, edpr om *aet. et supp. inf.* | *pass. eris* cum Dbc .. Da edpr *pass. es* | Da om *in mea cust. semp.* (Dc *in meam -am -nam*) | *O princ.* (Da add *malorum omnium*) *Sat.* -- *superbiae* (edpr huc usque om) -- *Iesu* (Dac add *Nazareni*) *ca. mal.* (edpr *mortis*) *requirere* (Dac edpr *inquir.*) .. Hal (similiter Lipsed edpr germ) *O auctor mortis, pessime Satan, et origo superbiae, debueras primum causam illius requirere.* Praeterea add *et si dignus esset* (Lipsed edpr germ add *morte*), *occideres, si non, dimitteres eum.* | *in* (Hal praem *sed*, Db *et*) *quem* (ita Dac Hal; Db *in quo*) *null. culp.* (Dac add *mortis*) *cogn.*

Da *Et cum loqu. princeps inferor. ad Satan, tunc r. gl. dix. ad ipsum princip. inferor. Beelzebub* | *in loco* cum Db edpr .. Dac *substitutus in locum* | *iustor.* (edpr *et iust.*) *meorum* .. Dc *iustorumque omnium* .. Hal *et sanctorum*

VIII, 1. *dom.* cum Db edpr germ .. Dac *Iesus* .. edpr om | *habetis imag. et sim. meam* cum Dbc edpr edpr germ .. Da *creati estis ad imag. meam* | *fuistis* .. Da *estis* | *modo videte* (Dc *videtis*) *p. lign.* (edpr germ add *crucis*) -- *mortem* cum

Digitized by Google

Statim omnes sancti sub manu domini adunati sunt. Tenens autem dominus manum dexteram Adae dixit ad eum Pax tibi cum omnibus filiis tuis, iustis meis. Adam vero genibus domini advolutus lacrimabili cum obsecratione deprecatus magna voce dixit Exaltabo te, domine, quoniam suscepisti me, nec delectasti inimicos meos super me. Domine deus clamavi ad te, et sanasti me domine: eduxisti ab inferis animam meam, salvasti me a descendentibus in lacum. Psallite domino omnes sancti eius, et confitemini memoriae sanctitatis eius: quoniam ira in indignatione eius, et vita in voluntate eius. Similiter et omnes sancti dei genibus advoluti ad pedes domini una voce dixerunt Advenisti redemptor mundi: sicut per legem et prophetas tuos praedixisti, factis adimplesti. Redemisti vivos per crucem tuam, et per mortem crucis ad nos descendisti, ut eriperes nos ab inferis et morte per maiestatem tuam. Domine, sicut posuisti titulum gloriae tuae in coelo et erexisti titulum redemptionis crucem tuam in terris, ita pone domine signum in inferno victoriae crucis tuae, ne mors dominetur amplius.

2 Et extendens dominus manum suam fecit signum crucis super Adam et super omnes sanctos suos, et tenens dexteram Adae ascendit ab inferis; et omnes sancti secuti sunt eum. Tunc sanctus David fortiter clamavit dicens Cantate domino canticum novum, quia mirabilia fecit. Salvavit sibi

---

Dbc edpr germ .. edpr *modo vincite per lign. crucis damnatum dyabolum et mortem* .. Da *modo vivite per lign. crucis meae, diabolo mundi principe damnato et morte prostrata* | *Statim* (Da *Tunc sta.*) -- *domini* (Da *altissimi dei*) -- *dominus* (Da add *Iesus*) *ma. dext.* (Da om) -- *domini* (Da add *Iesu Christi*) *advolat.* (edpr *provol.*) *lacrimabili* -- *magna voce* (edpr om *lacr.* usque *voce.* Passim differt Da) *dixit* .. Dc nil nisi *Tunc magn. voce Christus dix.* | *genibus adv. ad pe.* (Dac om *ad pe.*) *dom.* (Dac add *Iesu*) .. edpr om | *proph. tuos* .. Dac add *sanctos* | Edpr om *factis* (Dac *iam fa.*) *adimpl.* | *ab inf. et morte* .. Dc add *perpetua* | *Domine* (edpr *Et*) *sicut pos. titul.* -- *erex.* (edpr om *tit.* usque *erex.*) -- *sign. in inf.* (edpr post *tuae*) *vict. cruc.* (edpr om) .. Lipsed *Sicut pos. in coelo, domine, tit. tuum, et sicut erex. crucem in terris, ita tit. redemtionis pone, domine, in inferno in signum redemtionis et victoriae tuae*

2. *extend. dominus* .. Dac add *Iesus* | *tenens* (Da *apprehendens*) -- *ascendit* (Da *descend.*) *ab infer.* | *omn. sancti* cum Db edpr germ .. Dac add *dei* | Dc *secuti su. dominum* | *sanct. David* .. Dac praem *propheta ille regius*

Digitized by Google

dextera eius et brachium sanctum eius. Notum fecit dominus salutare suum, ante conspectum gentium revelavit iustitiam suam. Et omnis multitudo sanctorum responderunt dicentes Haec est gloria omnibus sanctis eius. Amen, Alleluia.

3 Et post haec exclamavit Habacuc propheta dicens Existi in salutem populi tui, ad liberandum electos tuos. Et responderunt omnes sancti dicentes Benedictus qui venit in nomine domini, deus dominus et illuxit nobis. Amen, Alleluia. Similiter post haec et propheta Michaeas exclamavit dicens Quis deus sicut tu, domine, auferens iniquitates et transgrediens peccata? Et nunc contines in testimonium iram tuam, quoniam voluntarius misericordiae es: et ipse averteris et misereris nostri, et absolvis omnes iniquitates nostras, et omnia peccata nostra demersisti multitudine mortis, sicut iurasti patribus nostris in diebus pristinis. Et omnes sancti responderunt dicentes Hic est deus noster in aeternum et in seculum seculi, et ipse reget nos in secula. Amen, Alleluia. Sic et omnes prophetae de suis laudibus sacra referentes et omnes sancti Amen Alleluia clamantes sequebantur dominum.

CAPUT IX. (XXV.)

Dominus autem tenens manum Adae tradidit Michaeli archangelo: et omnes sancti sequebantur Michaelem archangelum, et introduxit omnes in paradisi gratiam gloriosam. Et occurrerunt eis obviam duo viri vetusti dierum. Interrogati

---

Dac *in conspectu gentium* | Dac *omnis gloria omnib. sa. dei*

3. *electos* cum Db, Hal *dilectos* .. Dac *populos* | *Amen, Allel.* cum Db .. Dae om | *Simil. post haec et proph.* (De *Post haec proph.*) *Michaeas* -- *Quis deus sic. tu do.* (ita Db edpr edpr germ; De *Quis est dominus sicut tu*) -- *contines* (De *continens*) *in test.* (De om) *iram tuam* (De om) -- *absolvis* (Db -*lves*) -- *demersisti* (De add *in*) -- *in dieb.* (haec om De) *prist.* cum Dbe edpr germ, item (sed permultis omissis) edpr .. Da om | *Et omnes sancti resp. dic.* (haec omnia om Da) *Hic est deus* (ita Db edpr edpr germ; De *dominus*) -- *Am. Allel.* (haec De om) | *de suis* (Db add *praedictis*) *laudibus* | Da om *et omn. sa. Amen Allel. elam.* | Edpr *et sequeb. dom.* omissis *Sic et* usque *clamantes.*

IX. *omnes* (Da om) *in paradisi* (Dae -*diso*) *gratiam glor.* (Da -*tia* -*esa*; De *gratiae et gloriae*) .. edpr *in paradisum* | Edpr *eis duo viri venusti.* | Edpr

Digitized by Google

autem a sanctis Qui estis vos qui nobiscum in inferis mortui nondum fuistis et in paradiso corpore collocati estis? respondens unus ex eis dixit Ego sum Enoch, qui verbo domini translatus sum huc; iste autem qui mecum est Elias Thesbites est, qui curru igneo assumptus est. Hic et usque nunc non gustavimus mortem, sed in adventum Antichristi reservati sumus, divinis signis et prodigiis praeliaturi cum eo, et ab eo occisi in Ierusalem, post triduum et dimidium diei iterum vivi in nubibus assumendi.

Caput X. (XXVI.)

Et cum haec loquerentur sanctis Enoch et Elias, ecce supervenit alius vir miserrimus, portans humeris suis signum crucis. Quem videntes omnes sancti dixerunt ad eum Quis es tu? quia visio tua latronis est. Et quid est quod portas signum in humeris? Quibus respondens ait Vere dixistis quia latro fui, omnia mala faciens super terram. Et Iudaei crucifixerunt me cum Iesu, et vidi creaturarum mirabilia quae facta sunt per crucem Iesu crucifixi, et credidi eum esse creatorem omnium creaturarum et regem omnipotentem, et deprecatus sum eum dicens Memor esto mei, domine, dum veneris in regnum tuum. Statim suscipiens deprecationem meam dixit mihi Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. Et dedit mihi signum istud crucis dicens Hoc portans

---

Interrogati a sa. qui essent, respondit | *in inferis mortui* cum Db .. Dac *apud inferos* | *verbo domini* cum Db edpr .. Dac om *dom.* | *huc* ex edpr est; reliqui *hic*, quod Da cum *iste* coniungit. Dac om *autem* | *Hic et usque* .. edpr om *Hic* | *in adv. Antichr. reserv.* cum Dbc edpr edpr germ .. Da *in adv. Christi reversuri* | *praeliaturi* (edpr *pugnaturi*) .. Da *praecincti ad praeliandum* | *occisi* (edpr *occisuri*) cum Dbc .. Da *occidi* | *post* cum edpr .. reliqui *et post* | *dimid. diei* (Dac *dierum*) .. edpr *semissem* | *iterum vivi* (Dc om; edpr add *et*) *in nub.* (Dc add *sumus*, sed reliqui om) *assumendi* (ita Dac edpr; Db *assumpturi*).

X. *sanctis* .. Dac *sanctus* | *Quem vid.* (Db *Vid. eum*) cum edpr Db .. Dac *Et cum viderunt* | *Et* (Dc om) *quid est quod port. sign.* (Dc edpr post *est*) *in* (Dc om) *humer.* (edpr om) | *Iesu crucif.* cum Db edpr germ .. Dac praem *domini* | *dum veneris* cum Dac edpr .. Db *quando ven.* | *Statim* (edpr *Qui stat.*) *susc. deprec.* (Dc edpr *orationem*) *meam dix.* (edpr *ait*) *mihi* (Dac *ad me*; edpr om) | *sign. istud* .. Db edpr *hoc sign.*, et edpr om *cruc.* | *Hoc* (Db *haec*) *por-*

Digitized by Google

ambula in paradiso: et si non dimiserit te ingredi angelus custos paradisi, ostende illi signum crucis, et dices ad eum quia Iesus Christus filius dei qui nunc crucifixus est transmisit me. Cum hoc fecissem, dixi ad angelum custodem paradisi haec omnia. Qui cum haec a me audivit, statim aperiens introduxit me et collocavit me ad dexteram paradisi dicens Ecce modicum sustine, et ingredietur omnis generis humani pater Adam cum omnibus filiis suis sanctis et iustis post triumphum et gloriam ascensionis Christi domini crucifixi. Haec omnia verba latronis audientes, omnes sancti patriarchae et prophetae una voce dixerunt Benedictus dominus omnipotens, pater aeternorum bonorum et pater misericordiarum, qui talem gratiam peccatoribus tuis dedisti et in gratiam paradisi reduxisti et in tua pinguia pascua: quia haec est spiritualis vita certissima. Amen, Amen.

CAPUT XI. (XXVII.)

Haec sunt divina et sacra mysteria quae vidimus et audivimus, ego Karinus et Leucius. Amplius non sumus per-

---

tans cum D^{eb} .. D^{a} *Hoc porta et* | *transmisit me* cum D^{b} .. D^{ac} *misit me huc ad te.* Edp^{r} sic: *Et dedit mihi hoc sign. mittens ad paradisum, ut viso hoc signo angelus cust. par. intromitteret me. Et collocans me angelus in dexteram parad.* etc | D^{b} om *haec omnia* – – *audivit* | *ad dexteram* .. D^{c} add *partem* | *sustine* .. D^{a} add *te hic* | *et ingredietur* cum D^{b} edp^{r} .. D^{a} *ut ingrediatur* .. D^{c} *et videbis ingredi*, pergens – – *patrem Adamum* | *post triumphum et gloriam ascensionis Christi do. cruc.* cum D^{e} .. D^{ab} *Christi do. cr.* omissis prioribus .. edp^{r} om una cum *et iustis* | *Haec* (D^{c} add *autem*) – – *audientes* cum D^{bc} edp^{r} .. D^{a} *Cum audissent omn. ve. latr.* | *sancti* (edp^{r} om) *pa. et proph.* cum D^{c} edp^{r} edp^{r} germ .. D^{ab} *patriarchae* | *Benedict.* (edp^{r} om) .. D^{a} add *es* | *domin.* cum D^{b} edp^{r} edp^{r} germ .. D^{ac} *deus* | *pecc. tuis* (D^{ac} *eius*) *dedisti* .. edp^{r} *dedit*, pergens *ut in gaudia parad. introduceret eos ad pascua pi. et amena, et spiritali vita reficeret, Am.* | D^{a} *spiritualia et pinguia pasc.* | *quia* etc cum D^{b} .. D^{c} *spirituali vita quam certissima* .. D^{a} *spirituali vita sanctissima collocasti. Amen.* Edp^{r} germ sic: *Gesegnet sey der almechtig herr ain vater der ewigen gaist, ain vater der barmhertzigkait, der sölliche gnad hat geben seynen sündern, und uns eingefürt in das Paradeyss, und auff die wayd des wollust, und in das ewig leben Amen.* Ex Amb extrema haec notavi: *Benedictus qui venit in nomine domini, deus dominus et illuxit nobis. Amen et Alleluia.*

XI. *Haec sunt* – – *ego Karinus* (edp^{r} *Car.*, D^{ac} *Char.*) *et Leuc.* (D^{ac} *Lenthius*, edp^{r} *Leuntius*; praeterea edp^{r} Hal Havn add *fratres germani* [Havn *genuini*], $Lips^{cd}$ *frater meus*). *Amplius* (edp^{r} add *que*) cum D^{abc} edp^{r} .. Amb *Et postquam*

Digitized by Google

missi enarrare cetera mysteria dei, sicut contestans Michael archangelus dixit nobis Euntes cum fratribus vestris in Ierusalem eritis in orationibus clamantes et glorificantes resurrectionem domini Iesu Christi, qui vos a mortuis resuscitavit secum. Et cum nemine hominum eritis loquentes et sedebitis ut muti, usque dum veniet hora ut permittat vobis ipse dominus referre suae divinitatis mysteria. Nobis autem iussit Michael archangelus ambulare trans Iordanem in locum opimum et pinguem, ubi sunt multi qui nobiscum resurrexerunt in testimonium resurrectionis Christi domini: quia tantum tres dies permissi sumus, qui surreximus a mortuis, celebrare in Ierusalem pascha domini cum viventibus parentibus nostris in testimonium resurrectionis Christi domini: et baptizati sumus in sancto Iordanis flumine, accipientes singulas stolas albas. Et post tres dies celebrato pascha domini rapti sunt in nubibus omnes qui nobiscum resurrexerunt et perducti sunt trans Iordanem, et amplius a nemine visi sunt.

---

scripserunt Leutius et Carinus singulos tomos cartae, dixerunt ad omnes Amplius | *enarr. cel. myst. dei* cum Dabc edpr .. Amb *dicere secreta divina et sacra myst. Christi domini* | *contestans* (edpr *testans*) .. Amb *astans* | *vestris* cum Dbc Amb edpr .. Da *meis* | *eritis* (Db *et er.*) *in or. clam. et* (edpr om *cl. et*) *glor.* cum Dabc edpr .. Amb *adorate loca passionis domini nostri Iesu Christi, glorificantes* | *dom. I. Chr.* .. Amb *dom. eius* | *qui vos* cum Amb edpr Lipsed .. Da (item Dbc?) *quos* (ex errore compendii natum) | *et sedeb.* (edpr *sed eritis*) *ut muti* .. Amb om | *usque dum veniet* (Amb *veniat*) .. Dac *donec veniat* | *vob. ipse* (edpr om) *dom.* .. Amb *vos deus* | *suae div.* .. Amb *maiestatis suae* .. Lipsed *sua* | *Nob. autem* (Amb *Et nob.*) cum Dbc Amb .. Da edpr *Nos autem* (edpr *que*) | *opimum:* ita de coniectura edidi pro *optimum* | *Chr. dom.* (Dac om *do.*) .. Amb *dom. nostri Ies. Chr.*, edpr *Iesu Chr.* | *quia tantum tres* -- *qui surr. a mo.* (Dac *a mo. qui surr.*) -- *cum viventib.* (ita Db edpr germ, item addito *adhuc* Hal Lipsed; Dac om) -- *resurr.* (Dac om; edpr germ om *in test.* usq. *domini*) *Chr. dom.* cum Dbac edpr germ .. Amb (sed vide post) edpr om | Amb edpr om *sancto* | *accipientes singulas* (ita ex Amb Lipsed; reliqui *singuli*) -- *celebrato pa. do.* (haec edpr; Db *celebrantes pa. do.*, Dc *celebrationis pascae do.*) *rapti* (cum Dc edpr; Db *reperti*) *sunt* (edpr *sumus*, sed postea *sunt*) *in* (Db *a*) *nubibus* -- *et* (Db om) *perducti* (edpr om *et perd.* usq. *Iordan.*) -- *amplius* (Db *iam*) *a ne. visi sunt* cum Dcb edpr .. Da *et iam a ne. vi. sunt*, omissis prioribus .. Amb *accipientes singulas stolas albas* (etiam Lipsed habet *accip. singulas stolas candidas*) *non manu factas inconsutiles. Deinde tres dies permissi sumus omnes in Ierusalem pasca domini celebrare, et quibus voluit dominus revelare ex ipsis in testimonium resurrectionis eius. Et post trium peracta pasca iacti sumus a nubibus trans Iordanem ut a nemine videamur*

Digitized by Google

Nobis autem dictum est in Arimathia civitate in orationibus persistere.

Haec sunt quanta nobis iussit dominus referre vobis: date illi laudem et confessionem, et poenitentiam agite, ut misereatur vestri. Pax vobis ab ipso domino Iesu Christo et salvatore omnium nostrorum. Amen.

Et postquam compleverunt omnia scribentes in singulos tomos chartae, surrexerunt. Karinus autem quod scripsit, dedit in manus Annae et Caiphae et Gamalielis; similiter et Leucius quod scripsit, dedit in manus Nicodemi et Ioseph. Et subito transfigurati sunt candidati nimis, et non sunt visi amplius. Scripta autem eorum inventa sunt aequalia, nihil maius aut minus littera una.

Ista omnia admiranda Karini et Leucii dicta audiens omnis synagoga Iudaeorum, ad invicem dixerunt Vere ista omnia a domino sunt facta, et benedictus dominus in secula

---

usque in diem secundam (sic; *secundi*?) *adventus domini cum sanctis omnibus exultantes.* | *Nobis autem dictum est* (Lips^{ed} add *a Michaele archangelo quatenus*) *in Arimathia civitate in orationibus persistere* (Lips^{ed} *perseveraremus*) cum Amb Lips^{ed} . . reliqui om

quanta . . D^{e} *mysteria quae* | *dominus* (D^{ac} *deus*) *ref. vob.* (Amb om) | *date* (D^{abc} praem *et*) *illi laud.* (Amb add *et gloriam et honorem*) – – *ut* (ita Amb, D^{b} *et*) *misereatur* (D^{ac} *et miserebitur*) *vestri* . . edp^{r} om | *ab ipso dom.* cum D^{b} edp^{r} . . D^{ac} *a dom. deo* | *et salv. omnium nostrorum* . . edp^{r} *salv. nostro* | *Amen* . . D^{ac} ter habent . . edp^{r} om. Amb om *Pax* usque *Amen.*

Et postquam – – *in* (D^{a} om) *sing. tom. cha. surrex.* (D^{a} *scripserunt*) . . Amb om | *Karinus* (ut supra) – – *scrips.* (D^{e} add *in tomo chartae*) . . Amb *Et tomum cartae quem scripsit Car.* | *in manus* cum D^{b} . . Amb *in manu*, D^{ac} *in manibus* | *sim. et Leucius* (ut supra) *quod scripsit* (D^{b} add *in tummum cartae*) . . Amb *et quem scr. Leucius* | *in manus:* ut ante. Edp^{r} sic: *Et completis omnibus Carinus reddidit Nicodemo et Ioseph thomas cartae* | *Et subito* – – *visi amplius* . . Amb *Et statim non apparuerunt* | *Scripta* – – *inv. su. aequalia* cum D^{ac} edp^{r} . . D^{b} *Scriptae* (*scripturae*?) – – *inventae su. aequales* . . Amb om | *nihil mai. aut* (D^{b} *vel*) *min.* (D^{ac} add *habentia*, item edp^{r} post *una;* D^{b} add *vel in*) *litt. una* (Hal add *in uno quam in alio*, similiterque alii habent) . . Amb om

Ista omnia adm. Kar. et Leuc. (de his nominib. vide supra) – – *omnis syn. Iud.* (edp^{r} om *omn.* et *Iud.*) *ad inv. dix.* (Amb *Omnes autem cum audissent verba scripturarum, dix.*) – – *dominus* (cum D^{b} edp^{r}; D^{ac} add *Iesus*, Amb *deus Israel*) – – *Amen* . . Lips^{ed} *Iudaei ergo postquam haec scripta viderunt legerunt et intellexerunt, turbati commoti et confusi in se dixerunt Vere, vere, vere, quia ista infallabiliter a deo facta sunt: et benedictus sit deus in secula seculorum, Amen. Haec enim omnia Iesum dei filium esse testantur; quod tamen ut fateremur, absit a nobis.*

Digitized by Google

seculorum, Amen. Et exierunt omnes cum magna sollicitudine, cum timore et tremore percutientes pectora sua, et abierunt unusquisque in propria sua.

Haec omnia quae dicta sunt a Iudaeis in synagoga eorum, statim Ioseph et Nicodemus annuntiaverunt praesidi. Et ipse Pilatus scripsit omnia quae gesta et dicta sunt de Iesu a Iudaeis, et posuit omnia verba in codicibus praetorii sui publicis.

Caput XII. (XXVIII.)

Posthaec ingressus Pilatus templum Iudaeorum congregavit omnes principes sacerdotum et grammaticos et scribas et legis doctores, et ingressus est cum eis in sacrarium templi, et iussit ut omnes ianuae clauderentur, et dixit eis Auditum habemus quod quandam magnam bibliothecam habetis in templo isto: propter hoc rogo vos ut ante nos praesentetur. Et cum apportaretur ipsa bibliotheca a quattuor ministris auro et gemmis pretiosis ornata, dixit Pilatus ad omnes Con-

---

Similiter edpr germ. | *Et* (Amb om) *exier. omnes* .. edpr add *de synagoga*, Amb *de synagoga templi* | *cum tim. et tremore* .. Lipsed *tremore timore et pavore* .. edpr *et timore* .. Amb om | *percutientes* cum Amb edpr Lipsed aliisque codd .. Dabc *et percutierunt* (-*cusserunt*) | *et abierunt* (Havn *redierunt*, edpr *abiitque*) -- *sua* .. Amb om

Haec omnia -- *ipse* (Dac om) -- *publicis* .. Amb *Ioseph autem et Nicod. annunciaver. omnia supra dicta Pontio Pilato. Haec audiens Pil. tulit exempla dicti Leucii et Carini a Nic. et Ios. tradita et posuit ea in publicis codd. praet. sui* .. edpr *Ios. vero et Nic. statim annunciav. praesidi omnia, quae ipse posuit in codd. publ. praetorii* .. Havn om.

XII. Omittunt hoc caput Dbc Havn edpr; habent Da Amb Hal Lipsed edpr germ.

Posth. -- *omnes* .. Amb *Et posthaec ingressus Pil. in templ. Iud. invenit in synagoga magna et* (dele?) *congregatos omnes* .. Hal *Posth. ingressus Pil. templum convocavit omnes* | *princ. sac. et gramm.* (*et gr.* ex Amb Lipsed; Da om) -- *doctores* .. Hal *Iudaeos et grammaticos* | *et iussit* -- *dix. eis* .. Amb *et rogavit Pil. omnes, et praecepit claudere ianuas et dix. ad omnes* | Amb *Audivimus quia magna bibl. est in templi isto sacrario* (Hal om *in te. isto*). *Rogo vos ut praesentetur ipsa bibl. in manibus vestris.* | *Et cum apportaretur* etc ex Lipsed .. Da *Et cum deportassent illam bibl. magn. a qu. ministris* -- *ornatam*, item Amb *Hoc facto Iudaei itaque bibliothecam magn. a qu. min. deportaverunt* -- *ornatam* | Amb *ex auro* | *et gemm. pret.* cum Da Amb .. Lipsed *et argento* | *Coniuro* .. Da *Adiuro*

Digitized by Google

iuro vos per deum patrum vestrorum, qui iussit vos templum istud aedificare loco sacrarii eius, ne verum mihi taceatis. Vos nostis omnia quae scripta sunt in ista bibliotheca; sed nunc dicite si vos in scripturis inuenistis istum Iesum, quem crucifixistis, esse filium dei venturum pro salute generis humani, et in quantis annis temporum venire debebat. Manifestate mihi si ignorantes eum crucifixistis aut scientes.

Ita coniurati Annas et Caiphas iusserunt exire de sacrario ceteros omnes qui cum ipsis erant, et ipsi clauserunt omnes ianuas templi et sacrarii, et dixerunt ad Pilatum Coniurati sumus a te, iudex bone, per aedificationem templi istius, veritatem et rationem manifestam tibi facere. Postquam crucifiximus Iesum ignorantes dei filium esse, putantes per aliquod carmen facere eum virtutes, fecimus synagogam magnam in isto templo. Et conferentes ad invicem de signis virtutum quae fecerat Iesus, multos ex genere nostro testes invenimus, qui dixerunt Iesum post passionem mortis vivum se vidisse et in altitudinem coeli penetrasse. Et duos testes quos Iesus a mortuis resuscitavit vidimus, qui multa mirabilia quae fecit Iesus in mortuis annuntiaverunt nobis, quae

---

| *patrum vestror.* cum Amb .. Da etc *patrem vestrum* | *qui iussit -- sacr. eius* cum Amb .. Da *qui fecit ac iussit templ. istud aedificari* | Amb om *ne verum mi. tac.* | *sed nunc dicite* (Da *dicitote*) *si* cum Hal Lipsed .. Amb *et si* | *debebat* cum Amb .. Da *debuisset* | *si ignorantes -- scientes* cum Amb .. Da etc om

III, 1. διαπραξ. cum A .. C διαταξάμ., B πράξαντες. B sic: Πολλὰ οὖν δυνατὰ πράξαντες κατὰ τοῦ Ἰησ. τῇ ν. ἐκ. καὶ πολλὰ κριτήρια ἀδικίας, παρέδωκαν etc | BC διαφαούσης | ἐπὶ τὸ (A τῷ; C add καί, B κολάσαι καί) στ. αὐτόν | B om καὶ ἐπὶ τ. σ. πάντ. | ἐξετάσ. οὖν (B τοίνυν ψευδοῦς) γενομένης (B γεναμ.) -- λῃστῶν (B add τῶν καταδίκων) τῷ στ. προσηλ. (AC om τ. στ., B σταυρωθῆναι) | προσηλώθησαν δὲ αὐτῷ (ita de coniectura scripsimus: AC προσηλωθέντων δὲ [A om] αὐτῶν, B κρεμασθέντων δὲ αὐτῶν) ἅμα τῷ Ἰησ. (haec ex B sunt; C ἅμα ἐπὶ τῷ σταυρῷ; A om. Praeterea vero B add ἐν τῷ σταυρῷ) -- Δημᾶς (ita C; AB Δύμας)

2. ἐξ εὐων. (C ἀριστερῶν) .. B add Γέστας | Ἴδε πόσα .. B Πολλά | ἔδρασα cum A .. BC -σας | καὶ εἰ ἔγνων -- ἀναλῶσαι cum A, item corrupte C .. B καὶ σὺ εἶπες ὅτι βασιλεὺς εἶ τῶν Ἰουδ., καὶ σὲ ἀναλῶσαι εἶχον | τί δὲ λέγεις ἑαυτ. cum A .. C ὅτι λέγει ἑαυτ., B λέγεις δὲ σεαυτ. | καὶ βοηθῆσαι ἑαυτῷ etc cum A .. BC plura corrupte exhibent | ἐπ' αὐτόν (C -τῷ) .. B κατὰ τοῦ Ἰησοῦ | ἐζωγρημ. cum AB .. C ἐξορισμένος

Digitized by Google

3 Ὁ δὲ ἐκ δεξιῶν λῃστής, ᾧ ὄνομα Δημᾶς, ἰδὼν τὴν θεϊκὴν χάριν τοῦ Ἰησοῦ οὕτως ἐβόα· Οἶδά σε, Ἰησοῦ Χριστέ, ὅτι υἱὸς τοῦ θεοῦ εἶ· Χριστόν σε ἐρῶ ὑπὸ μυρίων μυριάδων ἀγγέλων προσκυνούμενον. συγχώρησόν μοι τὰς ἁμαρτίας μου ἃς ἔπραξα· μὴ ἐν ἐξετάσει μου ποιήσεις τὰ ἄστρα ἐλθεῖν κατ' ἐμοῦ ἢ τὴν σελήνην, ὅταν μέλλῃς κρῖναι πᾶσαν τὴν οἰκουμένην, ὅτι ἐν νυκτὶ ἔπραττον τὰς κακάς μου βουλάς· μὴ κινήσεις τὸν ἥλιον τὸν νῦν σκοτιζόμενον διὰ σὲ εἰπεῖν τὰ κακὰ τῆς καρδίας μου· οὐδὲν γὰρ ἀφέσεως ἁμαρτιῶν δῶρον δύναμαί σοι παρασχεῖν. ἤδη ὁ θάνατος φθάνει με τῶν ἁμαρτιῶν μου· σοῦ δέ ἐστιν ὁ ἐξιλασμός· ῥῦσαί με, δέσποτα τῶν ἁπάντων, τῆς φοβερᾶς σου κρίσεως· μὴ δῷς ἐξουσίαν τῷ ἐχθρῷ καταπιεῖν με καὶ κληρονόμον γενέσθαι τῆς ψυχῆς μου ὡς τοῦ ἐξ εὐωνύμων κρεμαμένου· θεωρῶ γὰρ πῶς ὁ διάβολος χαίρων τὴν ψυχὴν αὐτοῦ λαμβάνει, αἱ δὲ σάρκες αὐτοῦ ἀφανεῖς γίνονται. μὴ καὶ εἰς τὴν μερίδα τῶν Ἰουδαίων προστάξεις με ἀπελθεῖν· βλέπω γὰρ Μωυσῆν καὶ τοὺς πατριάρχας ἐν κλαυθμῷ μεγάλῳ ὑπάρχοντας καὶ τὸν διάβολον ἐπιχαιρόμενον ἐπ' αὐτῶν. πρὸ τοῦ οὖν, δέσποτα, τὸ πνεῦμά μου ἐξελθεῖν κέλευσον ἐξαλειφθῆναί μου τὰς ἁμαρτίας, καὶ μνήσθητί μου τοῦ ἁμαρτωλοῦ ἐν τῇ βασιλείᾳ σου, ὅτε ἐπὶ τοῦ θρόνου τοῦ μεγάλου τοῦ

---

3. Ὁ δὲ – – λῃστ. ᾧ ὄν. (B om λ. ᾧ ὄν.) cum AB .. C Ὁ λῃστ. ὁ ὀνομασθεὶς | Δημᾶς cum C .. AB Δύμας | Οἶδα σε Ἰη. Χρ. (C μου pro Χρ.) – – εἶ cum AC .. B οἶδας κύριε Ἰη. Χρ. ὅτι υἱόν σε εἶναι θεοῦ πιστεύω | μυρ. μυριάδ. ἀγγ. cum C .. A om μυριάδ., B om ἀγγ. | ἐξετάσει cum B .. AC ἐκστάσει | ποιήσεις: ita ABC | C om κατ' ἐμοῦ | ὅταν μέλλῃς (C -λλεις) κρ. π. τ. οἰκ. cum AC .. B ὅτι μέλλεις κρίνειν πᾶσ. τ. κτίσιν | ὅτι ἐ. ν. ἔπραττον (B διεπραττόμην ἀεὶ) cum AB .. C ὅταν ἐ. ν. ἔπραξα | μὴ κινήσεις (C νικήσῃ) τὸν ἥλ. τόν cum B(C) .. A μὴ κινήσῃ ὁ ἥλιος τόν | κακά .. B κρύφια | παρασχεῖν cum AC .. B προσενεγκεῖν | ἤδη (A εἰ δὲ) ὁ θάν. φθ. με (C μοι) τῶν (C καὶ τῶν) ἁμ. μου· σοῦ δέ ἐστ. (C σὺ ἔστιν sic) ὁ ἐξιλ. cum A(C) .. B ἰδοὺ γὰρ ὁ θάν. φθ. με, καὶ τῶν ἁμ. μου οὐδείς ἐστιν ἐξιλαστής | ῥῦσαί με, δέσπ. τ. ἀπ. (C om δ. τ. ἀ.) – – κρίσεως cum AC .. B ὃς ῥύσεταί με δέσπ. τ. ἀπ., τῆς φοβ. σ. κρίσεως | καταπιεῖν (C -ποιεῖν) .. B καταπατεῖν | καὶ κληρ. (B add με; C κληρονόμος) γενέσθαι (B -έσθω) τῆς ψ. μου (B om τ. ψ. μ.) | θεωρῶ, λαμβάνει, γίνονται cum A .. BC ἴδον, εἵληφεν, ἐγένοντο | μὴ καί .. BC om καί | B μερίδαν | προστάξεις με .. B με τάξεις | ἐπιχαιρόμενον cum AB .. C ἐπεχειρόμενον (sic) | ἐπ' αὐτῶν cum A .. B κατ' αὐτόν, C κατ' αὐτοῦ | τὸ πνεῦμ. μ. cum AB .. C τὸ κρίμα σου | B ἐν θρόνῳ τῷ ὑψίστῳ καθήμενος |

Digitized by Google

ὑψίστου μέλλεις κρῖναι τὰς δώδεκα φυλὰς τοῦ Ἰσραήλ· πολλὴν γὰρ κόλασιν ἡτοίμασας τῷ κόσμῳ σου δι' ἑαυτόν.

4 Καὶ ταῦτα εἰπόντος τοῦ λῃστοῦ λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς Ἀμὴν ἀμὴν λέγω σοι, Δημᾶ, ὅτι σήμερον μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ. οἱ δὲ υἱοὶ τῆς βασιλείας, οἱ παῖδες Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ καὶ Μωσέως, ἐκβληθήσονται εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον· ἐκεῖ ἔσται ὁ κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων. σὺ δὲ μόνος οἰκήσεις ἐν τῷ παραδείσῳ ἕως τῆς δευτέρας μου παρουσίας, ὅτε μέλλω κρίνειν τοὺς μὴ ὁμολογήσαντας τῷ ὀνόματί μου. εἶπεν δὲ τῷ λῃστῇ Ἀπελθὼν εἰπὲ τοῖς Χερουβὶμ καὶ ταῖς δυνάμεσιν, τοῖς τὴν φλογίνην ῥομφαίαν στρέφουσιν, τοῖς φυλάττουσιν τὸν παράδεισον ἐξ οὗ ὁ Ἀδὰμ ὁ πρωτόπλαστος ἐν παραδείσῳ ἐγένετο καὶ παρέβη καὶ τὰς ἐντολάς μου οὐκ ἐφύλαξεν καὶ ἐξέβαλον αὐτὸν ἐκεῖθεν· οὐδεὶς δὲ τῶν πρώτων ὄψεται τὸν παράδεισον ἕως μέλλω ἐκ δευτέρου ἔρχεσθαι κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς — γράψας οὕτως Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ ὁ κατελθὼν ἐκ τῶν ὑψωμάτων τῶν οὐρανῶν, ὁ ἐξελθὼν ἐκ τοῦ κόλπου τοῦ ἀοράτου πατρὸς ἀχωρίστως καὶ κατελθὼν εἰς τὸν κόσμον διὰ τὸ σαρκωθῆναι καὶ σταυρῷ προσηλωθῆναι, ἵνα σώσω τὸν Ἀδὰμ ὃν περ ἔπλασα, ταῖς ἀρχαγγελικαῖς μου δυνάμεσιν, τοῖς τοῦ παραδείσου πυλωροῖς, τοῖς τοῦ πατρός μου ὑπηρέταις. Θέλω καὶ κελεύω εἰσελθεῖν τὸν συνσταυρούμενόν μοι, ἄφεσιν ἁμαρτιῶν λαβεῖν δι' ἐμέ, καὶ ἄφθαρτον σῶμα ἠμφιεσμένον εἰσελθεῖν ἐν τῷ παραδείσῳ καὶ οἰκῆσαι αὐτὸν ἔνθα οὐδεὶς πώποτε δύναται οἰκῆσαι.

πολλὴν γὰρ -- διὰ ἑαυτόν (A -τοῦ) cum AC .. B om

4. Δημᾶ cum C .. AB Δύμα | B om ὅτι | C om τῷ | B οἱ δὲ υἱοὶ τῆς ἀπωλείας omissis οἱ παῖδες usque Μωσέως | A ἐμβληθήσονται | ὅτε μέλλω -- τῷ ὀνόμ. μου (B μου τὸ ὄνομα) cum AB .. C ὅταν μέλλω κρῖναι τοὺς παροργίσαντάς με | B om εἶπεν δὲ τῷ λῃστῇ usque dum sequitur Καὶ ἰδοὺ τούτων ῥηθέντων. | τοῖς (A ταῖς, C καὶ τοῖς) -- στρέφουσιν (C ἀναστρέφ.) -- ἐξ οὗ (C ὧν) -- ἐν παραδείσῳ (C ἐν παραβάσει) ἐγ. καὶ παρ. καὶ (C ὅτι pro κ. π. κ.) -- ἐκ δευτέρου (C -ρας) | C ἐκ τ. ὑψωμ. τ. ἐπουρανίων | τοῦ ἀορ. πα. ἀχωρίστ. cum A .. C τοῦ ἀορ. μου πατρ., omisso ἀχωρ. | C male om διὰ τὸ σαρκωθ. | A ὃν ἔπλασα | ταῖς ἀρχαγγ. etc: C male praem ἐν | τ. συνσταυρούμενον (C -ρώμενον) μοι (C τῇ ἐμῇ θεότητι) | δι' ἐμέ cum C .. A δι' ἐμοῦ | C οὐδ. δύναταί ποτε

Digitized by Google

Καὶ ἰδοὺ τούτων ῥηθέντων παρέδωκεν τὸ πνεῦμα ὁ Ἰησοῦς, τῇ ἡμέρᾳ τῆς παρασκευῆς ὥρᾳ ἑνάτῃ. καὶ σκότος δὲ ἦν ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν, καὶ σεισμοῦ μεγάλου γενηθέντος τὸ ἁγίασμα συνέπεσεν καὶ τὸ πτερύγιον τοῦ ἱεροῦ.

IV.

[1] Ἠτησάμην δὲ ἐγὼ Ἰωσὴφ τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ καὶ ἔθηκα αὐτὸ ἐν μνήματι καινῷ ὅπου οὐδεὶς ἦν τεθειμένος. τοῦ δὲ λῃστοῦ τοῦ ἐκ δεξιῶν οὐχ εὑρέθη τὸ σῶμα· τοῦ δὲ ἐξ εὐωνύμων ὥσπερ δράκοντος ἰδέα, οὕτως ἦν τὸ σῶμα αὐτοῦ.

Ἐπειδὴ δὲ ἠτησάμην τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ πρὸς τὸ ἐνταφιάσαι, ζήλῳ θυμοῦ φερόμενοι οἱ Ἰουδαῖοι ἐνέκλεισάν με εἰς φυλακήν, ὅπου βία ἦν τοῖς κακῶς διαπράττουσιν. ἦν δὲ τοῦτό μοι γενόμενον ὀψίας οὔσης σαββάτῳ, ᾧ παρανομοῦν ἦν τὸ ἔθνος ἡμῶν. καὶ ἰδοὺ αὐτὸ τὸ ἔθνος ἡμῶν τῷ σαββάτῳ δεινὰς θλίψεις ὑπέμεινεν.

[2] Καὶ δὴ ὀψίας γενομένης τῆς μιᾶς τῶν σαββάτων, ὥρᾳ ε̄ τῆς νυκτός, ἔρχεται πρός με ὁ Ἰησοῦς ἐν τῇ φυλακῇ μετὰ τοῦ λῃστοῦ τοῦ συνσταυρωθέντος αὐτῷ ἐκ δεξιῶν, ὃν ἀπέστειλεν αὐτὸς ἐν τῷ παραδείσῳ. καὶ φῶς ἱκανὸν ἦν ἐν τῷ οἰκήματι· καὶ ἐκρεμάσθη ὁ οἶκος ἐκ τεσσάρων γωνιῶν, καὶ ἐλύθη ὁ τόπος, κἀγὼ ἐξῆλθον. ἐγνώρισα οὖν τὸν Ἰησοῦν πρῶτον, καὶ πάλιν τὸν λῃστὴν γράμματα κομίζοντα πρὸς τὸν Ἰησοῦν. καὶ ὁδευόντων

Καὶ ἰδοὺ τ. ῥηϑέντ. cum AC .. B Καὶ ταῦτα αὐτοῦ λέγοντος | ὥρᾳ ἑνάτῃ (C ϑ) cum AC .. B ὥρ. ἕκτῃ | καὶ (A om) σκ. δὲ (B om) ἦν (A om, B ἐγένετο) ἐπὶ π. τ. γ. (B ἐπὶ πάσῃ τῇ κτίσει) καὶ (B post γενηϑέντος pon)

IV, 1. B ἔϑηκα αὐτὸν ἐν μνημείῳ | τεϑειμένος cum A .. C τεϑαμμένος, B κείμενος | A οὐχ εὑρ. τὸ σῶμ. αὐτοῦ, omissis τοῦ δὲ ἐξ εὐων. (C τοῦ δὲ ἑτέρου) ὥσπ. δράκοντος (C -κων) ἰδ. – – τὸ σῶμ. αὐτοῦ.

Ἐπειδὴ δὲ ἠτ. cum B .. AC Ὅτε οὖν (A om) ἠτ. | τὸ σ. τοῦ Ἰ. cum AB .. C τὸν Ἰησοῦν | B ζήλῳ καὶ ϑυμῷ .. A ζήλῳ δὲ ϑυμοῦ (comungit ὅτε ἠτησ. cum praegressis) | σαββάτῳ cum AB (B τῷ σαββ.) .. C σαββάτων | ᾧ .. AC ὅ, B ὅπερ | παρανομοῦν .. A -μῶν, BC -μον | αὐτὸ (A add τε) τὸ ἔϑν. ἡμ. τῷ σαββ. (B τὸ σάββατον) δ. ϑλ. ὑπέμεινεν (B ἰδων [ἴδεν?]) cum AB .. C τὸ σάββατον ἡμῶν πολλὰς ϑλ. ὑπέμενεν

2. B γεναμένης | BC τῇ μιᾷ τῶν σαββ. (B τοῦ -του) | B ὥρα ἦν πέμπτη τῆς νυκτ. | ἐν τῇ φυλακῇ cum B, item τῇ νυκτί A .. C om | B αὐτ. εἰς τὸν παράδεισον | ἦν cum AC .. B ἔλαμψεν | C ἐν τῷ οἴκῳ | A καὶ ἐγώ | καὶ πάλιν etc cum A, item omissis γρ. κομ. πρ. τ. Ἰ. B .. C om

Digitized by Google

ἡμῶν ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ φῶς μέγα ἔλαμψεν ὅπερ οὐκ ἔφερεν ἡ κτίσις· ἦν δὲ καὶ εὐωδία μεγάλη τοῦ λῃστοῦ ἡ ἐκ τοῦ παραδείσου.

[3] Καθεσθέντος δὲ τοῦ Ἰησοῦ ἐν τόπῳ τινὶ ἀνέγνω οὕτως Τὰ Χερουβὶμ καὶ τὰ ἑξαπτέρυγα κελευθέντα ἀπὸ τῆς σῆς θεότητος φυλάττειν τὸν τοῦ παραδείσου κῆπον διὰ τοῦ συνσταυρωθέντος τῇ σῇ οἰκονομίᾳ λῃστοῦ τοῦτο δηλοῦμεν. Τὸν τύπον ἰδόντες τῶν ἥλων τοῦ συνσταυρωθέντος σοι λῃστοῦ καὶ τῶν γραμμάτων τὸ φέγγος τῆς σῆς θεότητος, τὸ πῦρ ἐσβέσθη μέν, μὴ δυνάμενον φέρειν τὴν φαῦσιν τοῦ τύπου, καὶ ἡμεῖς ἐν φόβῳ μεγάλῳ γενόμενοι ἐπτήξαμεν· ἠκούσαμεν γὰρ τὸν ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς καὶ πάσης κτίσεως ἀπὸ ὕψους ἐνδημήσαντα εἰς τὰ κατώτερα μέρη τῆς γῆς διὰ τὸν πρωτόπλαστον Ἀδάμ. τὸν σταυρὸν γὰρ θεασάμενοι τὸν ἄχραντον διὰ τοῦ λῃστοῦ ἀστράπτοντα, ἐπταπλάσιον τὸ φέγγος τοῦ ἡλίου ἀποστίλβοντος, τρόμος ἐγένετο ἐφ' ἡμᾶς, καταχθονίων βρασμὸν ἐσχηκότας, καὶ φωνῇ μεγάλῃ οἱ λειτουργοὶ τοῦ ᾅδου ἅμα ἡμῖν λέγοντες Ἅγιος ἅγιος ἅγιος ὁ ἐν ἀρχῇ ὢν ἐν τοῖς ὑψίστοις. καὶ αἱ δυνάμεις βοὴν ἀνέπεμπον Κύριε, ἐφανερώθης ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς χαρὰν παρέχων τῷ κόσμῳ καί, μεῖζον τοιούτου δώρου, τῇ ἀοράτῳ βουλῇ τῶν αἰώνων τὸ ἴδιον πλάσμα θανάτου ῥυσάμενος.

V.

[1] Ταῦτα ἐγὼ θεασάμενος πορευόμενος εἰς τὴν Γαλιλαίαν

ἐν τ. Γαλιλαίᾳ .. B add τῇ νυκτὶ ἐκείνῃ | C εὐωδία μεγίστη | ἡ ἐκ τ. παρ. cum B .. A διὰ τὸν παράδεισον, C διὰ τοῦ ἐκ παραδείσου

3. Hanc totam sectionem omittit B.

Καθεσθέντος .. A καθεστέντος, C κατεθέντος | C om σῆς | τῇ σῇ οἰκ. cum A .. C σοί | τοῦτο δηλοῦμεν etc: haec corruptissime C exhibet. | σοι .. C τῇ σῇ θεότητι πίστει | μὴ δυνάμενον (cod. -ναι) -- γενόμενοι (cod. -ναι) ἐπτήξ. cum A .. B om. Praeterea possunt haec etiam sic scribenda videri: καὶ τῶν γραμμάτων τὸ φέγγος, τῆς σῆς θεότητος τὸ πῦρ, ἐσβέσθημεν μὴ δυνάμενοι etc; sed nostra scriptura praestat. | ἑπταπλάσιον (C -ονα) τὸ φέγγ. (A τοῦ φωτὸς) τοῦ (C om) ἡλίου ἀποστίλβοντος; videntur haec ita legi posse, quamvis coniectura emendare facile sit. | καταχθονίων (C ἐν καταχθονίῳ) βρασμὸν (C -σμοῦ) ἐσχηκότας (A -ότα, C ἰσχηκότος): fortasse minus recte scripsimus. | καὶ αἱ .. A ᾧ αἱ | ἀνέπεμπον cum A .. C ἀναπέμποντες | μεῖζον (C -ζων) τοιούτου (A -τῳ) δώρου (A -ρῳ): videtur in his vitium latere | τῶν αἰώνων... C τῶν ὅλων αἰωνίων

V, 1. θεασάμενος .. B add Ἰωσήφ | B πορευομένου μου ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ --

Digitized by Google

μετὰ τοῦ Ἰησοῦ καὶ τοῦ λῃστοῦ, μετεμορφώθη ὁ Ἰησοῦς, καὶ οὐκ ἦν ὡς τὸ πρότερον πρὶν σταυρωθῆναι αὐτόν, ἀλλ' ἦν διὰ παντὸς φῶς· ἀεὶ δὲ ἄγγελοι διηκόνουν αὐτῷ, καὶ συνελάλει μετ' αὐτῶν ὁ Ἰησοῦς. ἐποίησα δὲ μετ' αὐτοῦ ἡμέρας τρεῖς· οὐκ ἦν δὲ οὐδεὶς τῶν μαθητῶν αὐτοῦ μετ' αὐτοῦ εἰ μὴ μόνος ὁ λῃστής.

2 Καὶ τῶν ἀζύμων μεσαζόντων ἔρχεται ὁ μαθητὴς αὐτοῦ Ἰωάννης, καὶ οὐκέτι τὸν λῃστὴν ἐθεασάμεθα τὸ τί ἐγένετο. ἠρώτησεν δὲ ὁ Ἰωάννης τὸν Ἰησοῦν Τίς ἐστιν οὗτος, ὅτι οὐκ ἐποίησάς με ὀφθῆναι αὐτῷ; ὁ δὲ Ἰησοῦς οὐδὲν αὐτῷ ἀπεκρίθη. προσπεσὼν δὲ αὐτῷ εἶπεν Κύριε, οἶδα ὅτι ἐξ ἀρχῆς ἐφίλησάς με, καὶ διὰ τί οὐκ ἀποκαλύπτεις μοι τὸν ἄνθρωπον ἐκεῖνον; λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς Ἀπόκρυφα τί ἐπιζητεῖς; ἀκμὴν ἀσύνετος εἶ; οὐχ ὁρᾷς τὴν εὐωδίαν τοῦ παραδείσου πλήσασαν τὸν τόπον; οὐ γινώσκεις τίς ἦν; ὁ ἐπὶ σταυροῦ λῃστὴς κληρονόμος ἔτυχεν τοῦ παραδείσου· ἀμὴν ἀμὴν λέγω σοι ὅτι αὐτοῦ ἐστὶν μόνου ἕως οὗ φθάσει ἡ μεγάλη ἡμέρα. ὁ δὲ Ἰωάννης εἶπεν Ἄξιόν με ποίησον ὅπως θεάσομαι αὐτόν.

3 Καὶ ἔτι λαλοῦντος τοῦ Ἰωάννου ὤφθη ὁ λῃστὴς ἄφνω· καὶ ἐκθαμβος γενόμενος ὁ Ἰωάννης ἔπεσεν ἐπὶ τὴν γῆν. οὐκ ἦν δὲ τῇ πρώτῃ ἰδέᾳ ὁ λῃστὴς τῇ πρὶν ἐλθεῖν τὸν Ἰωάννην, ἀλλ' ἦν ὥσπερ βασιλεὺς ἐν πολλῇ δυνάμει, τὸν σταυρὸν ἠμφιεσμένος. καὶ φωνὴ πλήθους πολλῶν ἐπέμπετο Ἦλθες εἰς τὸν ἡτοιμασμένον σοι τόπον τοῦ παραδείσου· ἐτάγημεν ὑπηρετεῖν σοι παρὰ τοῦ

εἶδον ὅτι μετεμορφ. -- πρινὴ σταυρ. αὐτ. ἀλλὰ -- φῶς· καὶ οὐκέτι νὺξ ἐγένετο, ἀλλὰ ἄγγελοι ἀόρατοι διηκ. αὐτ. | ἀεὶ δὲ ἄγγελοι cum A .. C ἄγγ. δέ | καὶ συνελάλει -- ὁ Ἰησ. cum AB .. C om | ἐποίησα δὲ (B καὶ ἐποί.) -- οὐκ ἦν δέ cum AB .. C καὶ οὐκ ἦν δέ, prioribus male omissis.

2. ἐθεασάμεθα cum AB .. C -σάμην | τὸ (A om) τί ἐγέν. (C γέγονεν) | C ἀπεκρίνατο | ἐφίλησας cum AC .. B φιλεῖς | ἀποκαλύπτεις cum AC .. B ἀπεκάλυψας | B ζητεῖς | πλήσασαν τ. τόπ. cum B .. AC πεπληρωμένην (C κινουμένην) τὴν πνοήν | ὁ ἐπὶ σταυροῦ cum A .. BC ὅτι (C ὅτε) ἐπὶ τοῦ στ. | λῃστής cum A .. BC om | τοῦ παραδείσου .. B add ἐκεῖνός ἐστιν | B ὅτι μόνος ἐστὶν ἐν τῷ παραδείσῳ ἕως φθ. ἡμέρα ἡ μεγ. | θεάσομαι (B -σωμαι) .. C θεασώμεθα

3. Καὶ ἔτι etc .. C Λαλοῦντ. τοῦ Ἰω. ὤφθη ἄφνω | γενόμενος ὁ Ἰω. ἔπεσεν cum CD (B γενόμενος Ἰω. καὶ ἔπεσ.) .. A ἐγένετο ὁ Ἰω. καί | D οὐκ ἦν δὲ ὡς τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ τῇ | ἀλλ' ἦν cum AD .. BC om ἦν | πολλῶν cum AD; B πολλοῦ .. C om | ἐπέμπ. cum ACD .. B ἀνεπέμπ. | Ἦλθες cum ACD .. B Ἐλθέ | B ἐτάγημεν γάρ

Digitized by Google

ἀποστείλαντός σε ἕως τῆς μεγάλης ἡμέρας. καὶ τῆς φωνῆς ταύτης γενομένης καὶ ὁ λῃστὴς κἀγὼ Ἰωσὴφ ἀφανεῖς ἐγενόμεθα, καὶ εὑρέθην ἐγὼ εἰς τὸν οἰκόν μου· οὐκέτι δὲ ἴδον τὸν Ἰησοῦν.

4 Ταῦτα δὲ ἐγὼ ἑωρακὼς συνεγραψάμην ἵνα πάντες πιστεύσωσιν εἰς τὸν σταυρωθέντα Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν κύριον ἡμῶν καὶ μηκέτι λειτουργοῦσιν τῷ νόμῳ Μωσέως, ἀλλὰ πιστεύσωσιν τοῖς δι' αὐτοῦ γενομένοις σημείοις τε καὶ τέρασιν, καὶ ἵνα πιστεύσαντες ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσωμεν καὶ εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν εὑρεθῶμεν· ὅτι αὐτῷ πρέπει δόξα κράτος αἶνος καὶ μεγαλοσύνη εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

B μεγάλ. ἡμέρ. καὶ φοβερᾶς | γενομένης (C γιν.) .. B γεναμ. | καὶ (ita CD, AB om) ὁ λῃστ. κἀγὼ Ἰωσὴφ (B om Ἰωσ., C καὶ Ἰωσής)

4. ἐγώ cum CD .. AB om | B ἔγραψά | πάντες cum B .. ACD om | κύριον .. B θεόν | λειτουργοῦσιν cum ACD .. B λειτουργεῖν (scriptum est -ργῆν). Idem post habet ἀλλὰ πιστεύειν. | BC τὸν νόμον | C γινομένοις | πιστεύσαντες (C add αὐτῷ, D αὐτόν) ζω. αἰ. κλ. καὶ (CD om ζω. αἰ. κλ. κ.) εἰς -- εὑρεθῶμεν cum A, item CD .. B πιστεύοντες εἰς τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ παραδείσου εὑρεθ. | ὅτι αὐτῷ πρ. δόξ. (A add καὶ) κρ. αἶν. (C τιμὴ) κ. μεγαλοσύνη (ita AD; C προσκύνησις) .. B χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ δεσπότου (cod. add καὶ) πάντων ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἡμῶν· αὐτῷ ἡ δόξα | εἰς τ. αἰῶν. τῶν αἰ. (C om τῶν αἰ.) ἀμήν cum BC; item AD sed praem σὺν (D om) τῷ πατρὶ (D add καὶ τῷ υἱῷ) καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι (A add νῦν καὶ ἀεὶ καί).

Digitized by Google

INCIPIT VINDICTA SALVATORIS.

[1] In diebus Tiberii Caesaris imperatoris, Herode tetrarcha, sub Pontio Pilato traditus fuit Christus a Iudaeis et revelatus a Tiberio.

In diebus illis erat Titus regulus sub Tiberio in regione Equitaniae in civitate Libiae quae dicitur Burgidalla. Titus namque vulnus habebat in nare dextra propter cancrum, et habebat faciem dilaceratam usque ad oculum. [2] Exivit quidam homo de Iudaea nomine Nathan filius Naum: erat enim Ismaelita, qui pergebat de terra in terram et de mari in mare et in omnibus finibus terrae. Nathan vero missus a Iudaea

---

* *Incipit vindicta Salvatoris:* ita Amb .. Ven *De passione domini nostri Iesu Christi* .. ASax *S. Veronica*, ASax^{b} *Nathanis Iudaei legatio.*

1. *In diebus Tiberii – – a Tiberio:* ita ex Ven conieci, adhibito Amb. Sic enim Ven *In diebus illis imperatoris tetrarcha sub pontio pilato traditus fuit christus a iudeis et revelatus a tiberio* .. Amb *In diebus tiberii cesaris imperatoris tetrarca supontio pilato.* | *In diebus illis – – Burgidalla:* haec rursus ex utroque concinnavi. Ven sic: *In diebus illis erat titus sub braviis sindonis in regione equitanie in civitate quae dicitur burgidalla* .. Amb *In diebus illis erat titus regulus sub liberio in regno equitanie in civitate libie que dicitur burgidal.*

Tota prima sectio aptiore modo procedit in ASax, ubi sic fere legitur: *Factum est diebus Tiberii magni imperatoris, brevi postquam divinus dominus noster esset crucifixus, ut esset quidam vir nobilis cuius nomen erat Tyrus* (ASax^{b} *Tirus*). *Et is erat rex in Equitania sub Tiberio imperatore, et plerumque habitabat in civitate quae dicitur Lybia* (ASax^{b} *Libia*). *Atque idem Tyrus, ut libri dicunt, erat laborans in facie sua, habens morbum quem dicimus cancerem in naso suo, a dextra nare pertinentem usque ad oculum.*

2. *Nathan:* ita ubique Amb, item uterque ASax; Ven vero *Natham* | *Naum* cum Ven; reliqui *Nau* | *Ismaelita* (cod. *hysmaelita*) .. ASax uterque *filius civis*

Digitized by Google

ad Tiberium imperatorem ad portandum pactum eorum ad urbem Romanam. Erat autem Tiberius insanus et ulceribus et febribus plenus, novemque genera leprae habebat. [3] Voluitque Nathan ad urbem Romanam pergere. Insufflavit vero ventus septentrionalis et impedivit navigium illius, et deduxit eum ad portum Libiae civitatis. Videns autem Titus navem venientem cognovit quod de Iudaea esset: et admirati sunt omnes et dixerunt quod nunquam viderant aliquod lignum sic inde venisse. [4] Iussit autem Titus nauclerum venire ad se, et interrogavit quisnam esset. Et dixit Ego sum Nathan filius Naum de genere Ismaelitarum, et subditus sum in Iudaea Pontio Pilato. Et missus sum ut irem ad Tiberium imperatorem Romanum ad portandum pactum de Iudaea. Et irruit validus ventus in mari et adduxit me in terram quam nescio. [5] Et ait Titus Si aliquando posses invenire aliquam rem aut pigmentorum aut herbarum quae valeret curare vulnus quod in facie habeo, ut vides, ut sanus fierem et reciperem sanitatem pristinam, multis bonis erogarem te. [6] Dixitque

---

Israelis | *eorum:* ita Amb; Ven om | *insanus et - - leprae habebat:* ASax haec brevius habet: *laborabat ex variis vulneribus ut afficeretur lepra.*

3. *vero:* ex ASax addidi; in latino non est. | *et impedivit - - Libiae civitatis* cum Amb (item ASax) .. Ven *et intravit navigium illius in portum qui est in civitate libie* | *quod nunquam - - venisse* cum Amb .. Ven corrupte *numquid talia vidimus aliunde* .. ASax *Nunquam antea vidimus tam mire factum, ut Iudaei homines venirent huc nave.*

4. *Iussit - - nauclerum* (ita Amb; Ven *navem*) - - *quisnam esset* .. ASax haec paullo latius sic exprimit: *Tyrus rogavit aliquem ut curreret et vocaret ad se eum qui esset principalis vir in nave. Et Nathan venit illico ad eum. Et Tyrus interrogavit eum et dixit Quis es tu in veritate, aut unde venisti?* | *Et dixit Ego - - Ismaelitarum* (cod. rursus *hysmaelitarum;* Amb vero *grecorum*) - - *quam nescio:* ASax *Nathan respondit ei et dixit Ego sum Nathan, filius Nau, et veni huc a Graecia. Et eram apud Iudaeos, subiectus Pontio Pilato; atque tum missus eram ut irem ad imperatorem Tiberium et ferrem nuntium eius a Iudaea Romam. Sed contrarius ventus supervenit me et duxit me in hunc locum, ut ubi sim nesciam.*

5. *Si aliquando - - in facie habeo* cum Amb; neque differt ASax .. Ven *Si aliquando posses herbam invenire aut aliquam pigmentorum curam propter infirmitatem corporis mei quae est in facie mea* | *multis bonis erogarem te:* ASax *daturus essem tibi remunerationis caussa sine ullo dubio tantum auri vel argenti quantum velles, posteaque te essem ducturus in praesentiam Tiberii imperatoris.* Ab hoc inde loco ASax[b] multo brevior est in tradenda Nathanis historia quam ASax: huc usque vero non ita graviter differebant.

Digitized by Google

ei Nathan Nescio, neque talia novi, domine, qualia tu mihi dicis. Sed tamen si fuisses praeterito tempore in Ierusalem, ibi invenisses electum prophetam, cui nomen erat Emanuel: ipse enim salvum faciet populum a peccatis eorum. Qui primum signum in Cana Galileae de aqua vinum fecit, et verbo suo leprosos mundavit, nato caeco oculos illuminavit, paralyticos sanavit, daemones effugavit, tres mortuos suscitavit: mulierem in adulterio deprehensam, indicatam a Iudaeis ut lapidaretur, liberavit: et aliam mulierem nomine Veronicam quae sanguinis fluxum patiebatur duodecim annis et accessit ad eum retro et tetigit fimbriam vestimenti eius, et sanavit eam: et de quinque panibus et duobus piscibus quinque millia hominum satiavit, exceptis parvulis et mulieribus, et remanserunt de fragmentis duodecim scophini: ista omnia et alia multa ante suam passionem completa sunt. Post resurrectionem suam vidimus eum in carne sicut ante fuerat. [7] Dixit autem Titus ad eum Quomodo resurrexit a mortuis, quia mortuus fuit? Respondens autem Nathan dixit Manifeste mortuus fuit et in cruce suspensus et iterum de cruce depositus, et per tres dies iacuit in sepulcro: deinde resurrexit a mortuis, et descendit ad infernum, et patriarchas et prophetas et omne genus humanum liberavit: deinde apparuit discipulis suis et manducavit cum illis: deinde viderunt eum

---

6. *Nescio -- mihi dicis:* similiter ASax *O domine mi, ego non possum invenire ullam rem eiusmodi, neque novi talium quicquam | Emanuel:* ASax *dominus Iesus Christus | Qui primum signum in Cana* (Ven *cena*) *Gal. de aqua* (Ven add *in*) *vinum fecit -- leprosos mundavit -- paralyt. sanavit* (in ipso codice vero est *lepros. sanavit -- paral. mundav.*) *-- in* (codex *de*) *adulterio -- et tetigit fimbriam* (ita Amb; Ven *tetigit eum fimbriam*) *-- et sanavit eam* (sic Amb; item Ven omisso *eam*) *-- completa sunt* . . ASax brevius sic: *atque etiam* (praecedit *hic ipse salvum fecit populum suum a peccatis eorum*) *suo verbo mundavit leprosos et illuminavit caecos et revocavit mortuos. Et quaedam femina patiebatur fluxum sanguinis duodecim hiemes, nomine Veronica, et accessit retro ad eum et tetigit fimbriam vestimenti eius, et illico per hoc sanata est. Et satiavit quinque millia hominum quinque panibus et duobus piscibus. Atque haec omnia atque plura alia complevit ante suam passionem.*

7. *Dixit autem Titus* etc ex Amb; Ven sic: *Dixit autem etiam quomodo resurrexit a mortuis et quomodo occisus fuit et in cruce suspensus --* (in his non dif-

Digitized by Google

ascendentem in coelum. Et sic veritas est, hoc omne quod dico vobis. Vidi ego oculis meis et tota domus Israel. [8] Et dixit Titus in verbis suis Vae tibi, Tiberi imperator, plenus ulceribus et a lepra circumdatus, quia tale scandalum commissum est in regno tuo; quod tales leges in Iudaea fecisti, in terra nativitatis domini nostri Iesu Christi, qui apprehenderunt regem et gubernatorem populorum occiderunt, et non fecerunt eum venire ad nos ut te curaret a lepra et me mundaret ab infirmitate mea: propter quod si fuissent ante faciem meam, cum meis manibus occiderem eorum Iudaeorum corpora et in lignum crudum suspenderem, quia perdiderunt dominum meum, et non fuerunt digni oculi mei videre faciem suam. [9] Et cum hoc dixisset, statim cecidit vulnus de facie eius Titi, et restituta est sanitati caro et facies eius. Et omnes infirmi qui ibidem erant salvi facti sunt in illa hora. Exclamavit autem Titus simul cum omnibus voce magna dicens Rex meus et deus meus, quia nunquam te vidi et sanum

---

fert) *ascendentem in coelum.* Reliqua *Et sic veritas -- vobis* ex Ven sunt; Amb *Et sic est omnis veritas quam dico tibi.* ASax ita pergit: *Sed Iudaei erant repleti invidia et apprehenderunt eum, et seniores et pontifices flagellarunt eum, et rogaverunt Pilatum ut possent eum suspendere in ligneo patibulo; et fecerunt ita, et dederunt ei bibere vinum cum aceto mixtum. Et ipse in cruce reddidit spiritum, et posthac descendit ad infernum ibique visitavit omnes sanctos et liberavit humanum genus. Atque Ioseph dives sepeliit eius corpus, et Iudaei posuerunt custodes ut custodirent super eum, ne discipuli eius venirent ac raperent corpus. Sed dico in veritate, eodem corpore quo sepultus erat biduum eum resurrexisse; item scio in veritate eum esse verum deum.* | *Vidi ego* usque *Israel* ex Ven; contra Amb: *Credidit autem Titus et domus eius tota;* similiterque ASax *Tyrus audivit omnia haec libentissime, et levavit caput suum et professus est Christum, ipse et tota eius domus.*

8. *Et dixit Titus* etc: et Amb et ASax om *Titus.* | *Vae tibi Tiberi* (Amb om) -- *quod tales leges* usque *qui apprehenderunt* (ita Amb; Ven *quod talem regem iudei pleni invidia occiderunt. hoc malum fecerunt in terra ubi natus est dominus iesus christus. qui apprehenderunt*) -- *faciem suam.* Haec multo brevius in ASax leguntur. Ibi est enim fere sic scriptum: *Oh, si ego fuissem ibi et vidissem faciem eius et nossem eum, ego ullus essem eum acerrima ultione et delevissem omnes inimicos eius, propterea quod ita tractarunt dominum nostrum.*

9. *Et cum hoc dixisset -- facies eius:* similiter ASax | *Et omnes infirmi -- dicens:* ASax prioribus omissis sic: *et exclamavit clara voce et dixit* | *Rex* (Ven praem *luda;* item Amb? Pro eo ASax *iudex* invenisse videtur) -- *meus:* ASax *Oh, hic est verus iudex et potens rex et rectus deus* | *quia* (sed Amb *qui*) *nunquam*

Digitized by Google

me fecisti, iube me ambulare cum navigio super aquas in terram nativitatis tuae, ut faciam vindictam de inimicis tuis; et adiuva me, domine, ut possim eos delere et mortem tuam vindicare: tu domine trade eos in manu mea. [10] Et cum hoc dixisset, praecepit se baptizari. Vocavit autem ad se Nathan et dixit ei Quomodo vidisti baptizari eos qui in Christo credunt? Venias ad me et baptiza me in nomine patris et filii et spiritus sancti, amen. Nam et ego firmiter credo in dominum Iesum Christum ex toto corde meo et ex tota anima mea: quia nusquam est alius in universo mundo qui me creavit et a vulneribus me salvum fecit.

Et cum hoc dixisset, nuntios misit ad Vespasianum cum omni festinatione venire cum viris fortissimis, sic paratis quasi ad bellum.

[11] Tunc Vespasianus tulit secum quinque millia viros armatos, et concurrerunt ad Titum. Et cum venissent ad civitatem Libiae, dixit ad Titum Quidnam est quod huc me venire fecisti? Ille autem dixit Scias quod Iesus venit in

– – *me fecisti* ex Amb; Ven *quia te nusquam vidimus credimus* (potius *nec credidimus*?), *et salvum me fecisti et omnes astantes.* ASax: *nam nunquam vidi eum nec credidi in eum, usque dum nunc audivi nomen eius, et per eum sanatus sum.* | *iube me – – in manu mea:* ASax *Et Tyrus prostravit se in terram et preces fecit ad dominum et ita dixit O deus omnipotens, rex omnium regum et dominus omnium dominorum, supplico te, permittas mihi ut me conferam in terram ubi tu eras natus, ut videam tuos inimicos et deleam eorum nomen et ulciscar mortem tuam.*

10. *Et cum hoc – – baptizari – – baptiza me* (ita Amb; Ven *baptizari ab eo* [adde *ut ii*?] *qui crediderunt in eo qui dicitur Christus. Et dixit Titus ad Natham Veni et baptiza me*) – – *nusquam* (Amb *nunquam*) – – *salvum fecit:* ASax *Et postquam ita precatus est, vocavit Nathan ad se et dixit ei Ecce, quomodo vidisti eos baptizari qui crediderunt in Christum? Veni cito et baptiza me, ut toto corde meo credam in eum: nam nunquam vidi eum et tamen sanum me fecit. Tum Nathan accessit ad eum et baptizavit eum in nomine patris et filii et sancti spiritus, et abstulit ab eo nomen Tyri, et vocavit eum in baptismo eius Titum, quod est in nostra lingua Pius.* De mutato Tyri nomine nihil legitur in ASax[b].

Et cum hoc dixisset etc: ASax *Et Titus misit nuntios ad socium imperii, nomine Vespasianum, qui etiam gentilis erat; et simul ire volebant suscepturi expeditionem militarem.*

11. *Tunc Vespasianus* etc: ASax *cum septem millibus armatorum virorum* habet. | *Et cum venissent – – Libiae* (codd. *libie*): ASax consentit, nisi quod *venisset* habet. | *dixit ad Titum – – fecisti* ex Ven; Amb *interrogavit fratrem suum, quisnam esset sermo pro quo venire se fecisset ad se . .* ASax *statim interrogavit quidnam esset propter quod arcessierint eum tam festinanter.* | *Ille autem dixit* etc:

Digitized by Google

hunc mundum, et in Iudaea in loco qui dicitur Bethleem natus est, et traditus fuit a Iudaeis et flagellatus et crucifixus in calvario monte, et tertia die resurrexit a mortuis: et viderunt eum discipuli eius in eadem carne qua natus est: et manifestavit se discipulis eius, et crediderunt in eum. Et nos quidem volumus discipuli eius fieri. Nunc eamus et deleamus inimicos eius de terra, ut nunc cognoscant quia non est similis domino deo nostro super faciem terrae.

12 Consilio autem inito exierunt de civitate Libiae quae dicitur Burgidalla, et ascenderunt in navigio et perrexerunt Ierosolimam, et circumdederunt regnum Iudaeorum et coeperunt mittere illos in perditionem. Cum audissent reges Iudaeorum eorum opera et dissipationem terrae, irruit timor super eos et turbati sunt valde. Tunc Archelaus est turbatus in sermonibus suis et dixit filio suo Fili, accipe regnum meum et iudica illud, et apprehende consilium cum aliis regibus qui sunt in terra Iuda, ut possitis evadere de inimicis nostris. Et cum hoc dixisset, evaginavit gladium suum et incubuit super eum, et flexit gladium suum acutissimum et inseruit in pectore suo, et fuit mortuus. 13 Filius autem coniungit se cum aliis regibus qui sub ipso erant, et acceperunt consilium

---

ASax *Tilus respondit ei et dixit Oh, quid non consideras in corde tuo, te debere credere in omnipotentem deum et vivum patrem, et quomodo salvator Christus filius dei natus erat in Iudaea, in Iudaica civitate Bethleem, et quomodo Iudaei flagellaverunt eum et suspenderunt in cruce, per invidiam, et quomodo postea surrexit a mortuis tertia die; et discipuli eius et plures alii posthac viderunt eum in eadem carne in qua erat antea; et intra quadraginta dies post resurrectionem suam visus est discipulis suis, et ii omnes viderunt ubi ascendit in coelum cum magna potestate. Atque ego scio eum esse verum deum. Sed veni, fiamus ambo eius discipuli, et eamus et ulciscamur eum et deleamus omnes eius inimicos de viva terra, ut omnes nationes in posterum cognoscant et agnoscant, nusquam in terris similem eius quemquam apparuisse.*

12. *Consilio autem inito* (haec ex Amb sunt; Ven corrupte nil nisi *Nuto*) - - *quae dicitur Burgidalla* (Amb *burgidal*) - - *sunt valde:* similiter ASax, nisi quod non habet *quae dic. Burgid.* ⌈ *Tunc Archelaus* etc: ASax *Et Herodes rex ita timefactus est ut diceret Archelao filio suo* etc | *iudica illud* ex Amb; Ven *iudica eum* | *evaginavit* - - *mortuus* ex Ven; Amb *aumentavit* (sic) *lanceam suam et fixit eam in terra, et iactavit se super eam et mortuus.* Similiter ASax.

13. *Filius autem* - - *conduxerunt* (sic; deesse aliquid videtur) - - *annis se-*

Digitized by Google

intra se et conduxerunt intra Ierusalem cum optimatibus eorum qui fuerunt in consilio suo, et steterunt ibidem annis septem. [14] Ceperunt autem consilium Titus et Vespasianus ut civitatem illorum circumdarent. Et ita fecerunt. Impletis autem septem annis aggravata est valde fames, et pro necessitate panis coeperunt terram comedere. [15] Tunc omnes milites qui fuerunt de quatuor regibus apprehenderunt consilium intra se et dixerunt Nos autem morituri sumus: quid faciet nobis deus? aut quid prodest nobis vita nostra, quia venerunt Romani nostrum locum et gentem accipere? Melius est nobis ut nosmetipsos interficiamus, quam dicant Romani quod illi occidissent nos et fecissent super nos victoriam. Et extraxerunt gladios suos et percusserunt se, et mortui sunt numero duodecim millia hominum ex ipsis. [16] Tunc factus est foetor magnus in civitate illa ex cadaveribus illorum mortuorum. Et timuerunt timore magno valde reges eorum usque ad mortem, et non potuerunt sustinere foetorem illorum nec sepelire eos nec foris civitatem illos proiicere. Et dixerunt intra se Quid faciemus? Nos quidem tradidimus in mortem Christum, et iam nos ad mortem traditi sumus. Declinemus capita nostra et tradamus claves civitatis ad Romanos, quia iam ad mortem tradidit nos deus. Statimque ascenderunt muros civitatis et clamaverunt omnes voce magna dicentes Tite et Vespasiane, accipite claves civitatis, quae vobis datae sunt per Messiam qui dicitur Christus.

---

ptem: ASax *Et Archelaus filius eius venit cum aliis regibus qui regnabant per totam Iudaeorum terram, et omnes fecerunt concilium et constituerunt ut se ipsos concluderent in Ierusalem cum omni populo* etc. *Ibi erant primum octo reges octo regnorum cum omni populo qui ibat cum eis, et manserunt intus septem annos.*

14. ASax *Sed prudentia crevit cum Tito et Vespasiano, ita ut mox perlustrarent omnia regna et redigerent in pauperiatem. Et factum est octavo anno ut magna fames superveniret eos, ita ut comederent terram ex penuria panis.*

15. ASax *Sed principes militum, qui erant in Ierusalem et qui erant octo regnorum, ceperunt malum consilium inter se* etc. A latino textu non ita differt; nisi quod in fine habet *undecim millia.*

16. *Tunc factus est -- et iam nos* (ita prorsus ASax; Amb *et nos;* Ven *intra* [*interea*?] *nos*) -- *per Messiam qui dicitur Christus:* in his nihil est quo graviter differat ASax a latino textu.

Digitized by Google

[17] Tunc tradiderunt se in manibus Titi et Vespasiani, et dixerunt Diiudicate nos, cum debeamus mori, quia Christum nos iudicavimus et sine causa traditus fuit. Titus et Vespasianus apprehenderunt eos, et ex parte lapidaverunt, et ex parte suspenderunt in lignum, pedes sursum et caput deorsum, et lanceis percusserunt eos; alios autem tradiderunt in venditionem, et alios diviserunt inter se, et fecerunt quatuor partes sicut et illi fecerunt de vestimentis domini. Et dixerunt Vendiderunt Christum triginta argenteis, et nos vendamus triginta ex ipsis pro uno denario: et sic fecerunt. Et cum hoc fecissent, apprehenderunt omnes terras Iudaeae et Ierusalem,

[18] Tunc inquisitionem miserunt de facie sive vultu Christi, quomodo possent invenire eum. Et invenerunt mulierem nomine Veronicam habentem eum. Tunc apprehenderunt Pilatum et miserunt eum in carcerem custodiendum a quatuor quaternionibus militum ad ostium carceris. [19] Tunc statim

---

17. *Tunc tradiderunt – – suspenderunt in lignum* (ita Amb; Ven *in ligno*, sed ab hoc inde loco usque initium sectionis 26. in codice Veneto textus varie turbatus est maximeque eo quod librarius folia exempli sui permiscuit. Locum *Et dixerunt Vendiderunt* usque *et sic fecerunt* ex Ven sumsi; multo brevius Amb sic: *et dabant iudeos triginta pro uno denario*) – – *Iudaeae et Ierusalem:* ASax *Et cum haec dixissent, statim apprehensi sunt undique et ligati et undique lapidati; et alii suspensi sunt in arboribus aridis, pedes sursum et capita deorsum, et alii percussi sunt lanceis, et alii venditi pro servis, et alii divisi in quatuor partes quemadmodum ipsi diviserant in quatuor partes Salvatoris vestes. Et Titus et Vespasianus ceperunt consilium ut Iudaeorum reliquorum triginta venderentur pro uno denario, propterea quod emissent nostrum Salvatorem triginta denariis a Iuda ipsius discipulo. Et Titus et Vespasianus occupaverunt omnes terras Iudaeae.*

18. *Tunc – – facie sive* (haec om Amb) – – *quomodo* usque *eum* (ita Amb; Ven *ubi eum invenire potuissent*) – – *carceris:* ASax *Et diligenter inquisiverunt an forte ibi esset aliquis qui haberet miraculosas reliquias Salvatoris de veste eius vel alias res pretiosas; et tam diligenter quaesiverunt ut invenirent mulierem nomine Veronicam, et haec erat fidelis Christiana, dilecta et honorata ab omni populo. Erat eadem Veronica quae tetigit Salvatoris vestem eoque sanata est a fluxu sanguinis. Ea habebat particulam de veste Salvatoris et summo loco ponebat, et aestimabat quasi esset ipsa Christi facies. Et Titus et Vespasianus miserunt ad eam, et ipsa mansit cum eis aliquot dies, usque dum Volusianus imperatoris cognatus veniebat: atque in illo intervallo occupati erant ut comprehenderent Pilatum, et duxerunt eum in cavea ferrea in urbem Damascum, ibique incluserunt eum una cum cavea in carcere munito, et collocaverunt custodes ad portam, milites quadraginta quatuor.*

Digitized by Google

miserunt nuntios suos ad Tiberium imperatorem urbis Romanae ut mitteret Velosianum ad se. Et dixit ei Accipe omne quod necesse est tibi in mari et descende in Iudaeam et inquire unum de discipulis eius qui dicebatur Christus et dominus, ut veniat ad me et in nomine dei sui curet me a lepra et infirmitatibus quibus quotidie nimis gravor et a vulneribus meis, quia ego male iaceo. Et mitte super reges Iudaeorum qui sunt imperio meo subditi fortias tuas et terribilia tormenta, quia occiderunt Iesum Christum dominum nostrum, et condemna eos ad mortem. Et si inveneris ibi talem hominem qui me possit liberare ab ista mea infirmitate, ego credam in Christum filium dei et baptizabo me in nomine ipsius. Et Velosianus dixit Domine imperator, si invenero talem hominem qui nos iuvare et liberare possit, qualem ei promittam mercedem? Dixit autem ei Tiberius Dimidium regni sine fallo, ut sit in manu eius.

[20] Tunc Velosianus statim perrexit et ascendit in navem et levavit velum in navigio, et perrexit per mare navigando. Navigavit autem uno anno et diebus septem, quibus pervenit Ierosolimam. Et statim iussit aliquos ex Iudaeis venire ad eius potentiam, et diligenter coepit inquirere quae fuerant gesta de Christo. [21] Tunc Ioseph ab Arimathia civitate et

19. *Tunc statim -- ad se:* ASax *Ac tum miserunt nuntios Romam ad imperatorem Tiberium, eo fine ut mitteret Volusianum cognatum suum in Iudaeam, cogniturum ibi multas res cuiusmodi imperator nunquam audisset.* | *Et dixit ei Accipe -- credam in Christum filium dei* (ita Amb; Ven *credam Christum filium deum esse dei vivi*) etc: ASax *Tum imperator fecit ita, et dixit ad Volusianum cognatum suum: I et praepara omnia quae tibi necessaria sunt in mari et naviga in Iudaeam, ibique inquire unum de Salvatoris discipulis, et fac ut veniat ad me in nomine domini et sanet mea vulnera quibus tam diu graviter vexatus sum. Et dic talem sententiam in Iudaeorum reges qualem ipsi dixerunt in Salvatorem, et trade omnes ad supplicium. Et si tu mihi adducis virum curaturum vulnera mea, ipse profitebor Salvatorem filium dei et baptizubor in nomine eius. Volusianus respondit ei et dixit Etiam, domine; et si invenio talem hominem, quam mercedem promittam ei? Tiberius respondit et dixit Quisquis sit, fac eum regem post me.*

20. ASax nomen maris addit idque *Licostratum* dicit, iter vero Volusiani octo diebus absolvi facit. Tum habet: *Iussit omnes qui scirent aliquid de Christo ad se venire, et tum quaesivit ab iis omnibus quae gesta essent de Christo.*

21. Iosephi orationem ASax sic habet: *Scio quod deposuerunt eum de cruce*

Digitized by Google

Nicodemus insimul convenerunt. Nicodemus autem dixit Ego vidi eum, et scio vere quia ipse est salvator mundi. Ioseph autem dixit ei Et ego deposui eum de cruce et posui eum in monumento novo, quod erat excisum de petra. Et Iudaei tenuerunt me clausum in die parasceve ad vesperam: et dum starem in oratione die sabbati, suspensa est domus a quatuor angulis, et vidi dominum Iesum Christum sicut fulgur lucis, et prae timore cecidi in terram. Et dixit ad me Respice in me, quia ego sum Iesus, cuius corpus sepelisti in monumento tuo. Et ego dixi ei Ostende mihi sepulcrum ubi posui te. Et Iesus tenens manum meam dextera sua adduxit me in locum ubi sepelivi eum.

[22] Venit autem et mulier nomine Veronica et dixit ei Ego autem tetigi in turba fimbriam vestimenti eius, quia annis duodecim sanguinis fluxum passa sum, et statim sanavit me. [23] Tunc dixit Velosianus ad Pilatum Tu Pilate impie et crudelis, quare interfecisti filium dei? Pilatus autem respondit Gens sua et pontifices Annas et Cayphas illum tradiderunt mihi. Velosianus dixit Impie et crudelis, morte dignus es et poena crudeli. Et remisit eum in carcerem. [24] Et Velosianus demum inquisivit faciem sive vultum domini. Dixerunt

---

et posuerunt in sepulcro quod ipse exciderat de rupe: et eram unus de iis qui custodiebant eius sepulcrum, et inclinavi caput meum et cogitavi videre eum; sed conspexi ibi nihil de eo, sed vidi duo angelos unum ad caput et alterum ad pedem, et interrogarunt me quem quaererem. Respondi eis et dixi Quaero crucifixum Salvatorem. Rursus dixerunt mihi I in Galilaeam; ibi videbitis eum, quemadmodum praedixit vobis. Atque etiam post haec, ait Ioseph, vidi eum in eadem carne in qua erat antea, et dedit discipulis suis edere et bibere.

22. *Venit autem et mulier -- et dixit ei.* Sic de coniectura scripsi: in codice enim est *Venit ad me mulier -- et dixit mihi.* Sed locus corruptus est, etsi nostra scriptura prope accedit ad Anglosaxonicam, quae ita habet: *Postquam Ioseph ita locutus est, venit venerabilis mulier Veronica et locuta est sic Ego scio hoc. Quum eram in turba populi, non poteram prope accedere ad eum; sed tantum tetigi fimbriam vestimenti eius: et cum fluxus sanguinis me afflixerat ad minimum duodecim annis, illico sum sanata; atque ego semper credidi, eum esse vivum deum ex omni aeternitate.*

23. ASax *Tum Volusianus iussit Pilatum adduci, et dixit ad eum Quid causae fuit ut traderes ad mortem filium dei?* etc

24. Priora in ASax multo brevius absolvuntur. Postquam enim dictum est *Et Volusianus iussit eum mitti in ferream caveam et coniici in carcerem,* statim per-

Digitized by Google

ei omnes qui ibidem erant Mulier nomine Veronica est quae habet vultum domini in domo sua. Et statim iussit eam ante potentiam suam adduci. Et dixit ad eam Tu habes vultum domini in domo tua? At illa negavit. Tunc Velosianus iussit eam mitti in tormentis, donec vultum domini insinuaret. Illa autem coacta dixit Ego habeo illum in sindone munda, domine mi, et quotidie adoro illum. Velosianus dixit Monstra mihi illum. Tunc illa ostendit vultum domini. Velosianus ut vidit illum, prostravit se in terram; et promto corde et recta fide apprehendit eum et involvit in sindone aurea et collocavit eum in scrinio, et sigillavit annulo suo. Et iuravit cum sacramento et dixit Vivit dominus deus et pro salute Caesaris, non videbit eum amplius homo super faciem terrae usque quo videam faciem domini mei Tiberii. [25] Et cum hoc dixisset, optimates qui erant Iudaeae optimi apprehenderunt Pilatum ut ducerent ad portum maris. Ille autem apprehendit vultum domini cum omnibus discipulis suis et omnibus stipendiis suis, et eadem die ascenderunt navem. [26] Tunc Veronica femina dereliquit omnia quae possidebat pro amore Christi et secuta est Velosianum. Et dixit ad eam

---

gitur *ac tum ita dixit ad venerabilem mulierem Praecipio tibi, Veronica, ut mihi des sanctas reliquias quas habes apud te. Sed Veronica vehementer ei recusavit et dixit se non habere secum sanctas reliquias. Sed Volusianus ei non credidit, sed quamquam negaverat eam compulit cum multo terrore, ita ut confiteretur et diceret O domine, inclusum id est in cubiculo (lecto?) meo, ubi quotidie preces facio ad dominum meum. Volusianus dixit Da mihi dominum quem adoras, et ego quoque adorabo eum. Veronica itaque sic fecit nec ausa est id recusare ei. Volusianus, reliquia ei allata, prostravit se in terram et cum vera fide adoravit eam, et existimavit esse vultum domini ipsius, etsi minime erat, sed erat vestis quam Salvator ipse portaverat. Et cum Volusianus surrexit, apprehendit vultum et putavit esse Christi vultum, et involvit in sindone purpurea quae et auro texta erat; et collocavit sindonem in urna aurea eamque sigillavit annulo suo, et dixit Vivit dominus atque anima mea vivit, nunquam adspiciam mei domini faciem usque dum veniam ad Tiberium dominum meum eumque fecerim certiorem de rebus iis omnibus quae hic gestae sunt.*

Extrema *usque quo videam* etc ex Amb sunt; Ven *quousque viderit eum dominus.*

25. ASax breviter sic: *Et, scio, iussit Pilatum tradi pessimae morti, et tum ibat ad suam navem.*

26. ASax priora sic exhibet: *Et venerabilis mulier Veronica reliquit omnia*

Digitized by Google

Velosianus Quid vis aut quid quaeris, mulier? At illa respondit Ego quaero vultum domini nostri Iesu Christi, qui me illuminavit non meis meritis sed per suam sanctam pietatem. . . . Redde mihi vultum domini mei Iesu Christi: nam hoc morior desiderio bono. Si autem non reddideris mihi, non dimittam eum, usque dum videam ubi ponetis eum: quia ego miserrima serviam ei omnibus diebus vitae meae. Credo enim quod ipse redemptor meus vivit in aeternum.

[27] Tunc Velosianus iussit mulierem Veronicam deportari secum in navem. Et elevatis velis navigio pergere coeperunt in nomine domini, et navigaverunt per mare. Titus vero cum Vespasiano conscenderunt in Iudaeam, vindicantes omnes nationes terrae illorum. Anno completo pervenit Velosianus ad urbem Romanam, dimisit navigium suum in flumine quod dicitur Tiberis sive Tiber, et intravit civitatem

---

quae possidebat pro nomine Christi et secuta est Volusianum, et ascenseura erat navem cum eo. Et Volusianus dixit ei O mulier, quid quaeris? Illa respondit ei et dixit Quaero dominum meum.

Post *pietatem* quae in Ven sequuntur haud dubie corrupta sunt. Legitur enim ibi sic: *Et misera ego quia contra legem iniuste imo iniustissime egi. Heu me miseram, quia abstuli mihi dominum: sicut iudei contra legem fecerunt quoque crucifixerunt dominum iesum christum in hoc mundo, quem non viderunt oculi mei nec cesaris nostri. Ego autem misera contra legem feci, merita sum hoc pati supplicium. Redde* etc. Pro his multo pauciora in Amb leguntur, sed et ipsa corrupta. Sunt autem fere haec: *quod* (?) *enim contra legem abstulisti mihi, et iudei tulerunt christum de mundo, quem non vidit gens tua. haec* (?) *autem quem* (?) *contra haec* (?) *merita sum. Redde* etc.

ASax sic pergit, iis quae latine corrupta sunt non expressis: *Et eheu, quid commisi, precor te, ut non habeam dominum meum? In veritate dico tibi, si tu non vis reddere mihi, ego te nunquam deseram usque dum videam ubi ponis eum, et tum adorabo eum et semper serviam ei dum vivam.* Iamvero addit quae latine non habentur haec: *Cum populus audibat quemadmodum Veronica locuta esset, omnes eius vicini cum viri tum mulieres plorabant valde. Sed Veronica dixit eis O nati Hierosolymae, ne ploretis me sed vos ipsos et liberos vestros plorate: mirum enim est si nunquam audistis deum ipsum loquentem dicendo, quicunque pro nomine Christi reliquerit omnes res suas, eum recepturum esse centies et habiturum vitam aeternam.*

27. ASax *Tum Volusianus remiges suos fortissime remigare iussit, et reliquit ibi Titum et Vespasianum, et navigavit usque dum veniret in fluvium Tiberim; et reliquit navem suam in fluvio, et ivit in castellum quod vocatur Lateranum; atque*

Digitized by Google

quae vocatur Roma. Et misit nuntium suum ad dominum suum Lateranensem Tiberium imperatorem de adventu suo felici.

28 Tunc Tiberius imperator audito nuntio Velosiani summe gavisus est, et iussit ut veniret ad faciem. Qui cum venisset, vocavit eum dicens Velosiane, quomodo venisti, et quid vidisti in regione Iudaeae de Christo domino et discipulis eius? Indica mihi quaeso sanaturum me de infirmitate mea ut possim subito mundari a lepra ista quam habeo super corpus meum, et totum regnum meum in potestate tibi et sibi trado.

29 Dixit autem Velosianus Domine mi imperator, ego servos inveni Titum et Vespasianum in Iudaea timentes dominum, et mundati sunt ab omnibus ulceribus et passionibus suis. Et inveni per Titum omnes reges et dominatores Iudaeae suspensos; Annas et Cayphas lapidati sunt, Archelaus in semetipso lanceatus; Pilatum autem in Damasco dimisi ligatum et in carcere positum sub fida custodia. Sed etiam de Iesu comperi, in quem pessime Iudaei irruerunt cum gladiis et fustibus et armis et crucifixerunt eum, qui nos debuit liberare et illuminare et venire ad nos, et suspenderunt eum in ligno. Et venit Ioseph ab Arimathia et Nicodemus cum eo, ferens mixturae myrrhae et aloes quasi libras centum propter corpus Christi ungendum: et deposuerunt eum de cruce et posuerunt in monumento novo. Tertia autem die certissime resurrexit a mortuis, et manifestavit se discipulis

---

inde misit nuntios ad imperatorem Tiberium et iussit quaeri ab eo an vellet ut ad eum veniret.

Lateranensem: in codice est *latanensem.*

28. *ut veniret ad faciem* ex Ven; Amb *eum venire ante conspectum suum* | *sanaturum me de:* in ipso codice est *sanitatem super me de*

ASax *Et Tiberius valde gavisus est, et invitavit Volusianum ut cito veniret ad se. Et statim interrogavit eum quid invenisset in Iudaea quod attinet Salvatorem vel discipulos eius; rogo te ut id omne dicas mihi.*

29. *Dixit autem – – sub fida custodia:* his satis respondet ASax. Titum enim et Vespasianum Volusianus dicit fidelissimos reges vicarios; gubernatorem Iudaeae suspensum, Caiapham et Archelaum lapidatos, Pilatum ligatum in ferrea cavea positum et in urbe Damasco carcere inclusum.

Sed etiam de Iesu comperi (*comperi* de coniectura addidi) – – *post* (in codice

Digitized by Google

suis in eadem carne in qua natus fuerat. Demum post quadraginta dies viderunt ascendentem in coelum. Multa quidem et alia signa fecit Iesus ante passionem suam et post. Primum de aqua vinum fecit, mortuos suscitavit, leprosos mundavit, caecos illuminavit, paralyticos curavit, daemones fugavit, surdos audire fecit, mutos loqui; Lazarum quadriduanum de monumento suscitavit; mulierem Veronicam quae fluxum sanguinis patiebatur duodecim annis et tetigit fimbriam vestimenti eius sanam fecit. [30] Tunc placuit domino in coelis quod filius dei, qui in hunc mundum missus protoplastus mortuus est in terris, mitteret angelum suum, et imperavit Tito et Vespasiano, quos novi in loco isto ubi est solium tuum. Et placuit deo omnipotenti quod perrexerunt in Iudaeam et Ierusalem, et apprehenderunt subditos tuos et miserunt in eo iudicio quasi quomodo fecerunt quando apprehenderunt subditi tui Iesum et ligaverunt eum. [31] Et Vespasianus postea dixit Quid faciemus de his qui remanebunt? Titus respondit Suspenderunt illi dominum nostrum in ligno viridi et lancea percusserunt eum: nos autem suspendamus eos in ligno arido et lancea perforemus corpora eorum. Et ita fecerunt. Vespasianus autem dixit Quid de istis qui re-

est *per*) *quadraginta dies - - sanam fecit:* haec ex Veneto petita multo paucioribus in Ambrosiano exprimuntur. Ambrosiano vero propior quam Veneto est textus Anglosaxonicus, qui sic habet: *Atque haec omnia facta sunt propterea quod Iudaei lanceis et fustibus percusserunt Salvatorem Christum et facibus suffocaverunt et lumen nostrum exstinxerunt, et non passi sunt ut perveniret huc ad nos. Iam igitur Titus et Vespasianus tradiderunt eos malae morti et occiderunt multos Iudaeos. Et duo fideles servi tui venerunt ab Arimathia, nomine Ioseph et Nicodemus, et petierunt Salvatoris corpus et sepelierunt in novo sepulcro. Atque idem ipse Salvator surrexit tertia die a mortuis, et visus est ipse discipulis suis in eadem carne in qua fuerat ante, et discipuli eius viderunt eum ascendentem in coelum. Praetereaque fecit multa miracula ante suam passionem: suscitavit mortuos et illuminavit caecos et mundavit leprosos et expulit diabolicos morbos, et alia plura fortia opera perpetravit: et Iudaei occiderunt eum sine ullo crimine et suspenderunt in arbore viridi.*

30. Hanc totam sectionem ASax exprimit his *Et Titus et Vespasianus cumulate reddiderunt eis haec omnia, propterea suspenderunt Iudaeos pedes sursum et caput deorsum.*

31. Rursus haec brevissime ASax habet pergens *Salvator occisus erat sine ullo crimine; et Iudaei passi sunt ignominiosissimam mortem, et eorum nomina exstincta sunt de tota terra quemadmodum meruerunt.*

Digitized by Google

manserunt? Titus respondit Apprehenderunt tunicam domini nostri Iesu Christi et de illa quatuor partes fecerunt: nunc apprehendamus illos et dividamus in quatuor partes, tibi unam, mihi unam, ad viros tuos aliam, et pueris meis quartam partem. Et ita fecerunt. Et dixit Vespasianus De iis qui remanserunt quid autem faciemus? Titus respondit illi Iudaei vendiderunt dominum nostrum triginta argenteis: nos autem vendamus ex eis triginta pro uno argenteo. Et ita fecerunt. Et apprehenderunt Pilatum et tradiderunt illum mihi, et ego illum posui in carcere ad custodiendum quatuor quaternionibus militum in Damasco. [32] Inde miserunt inquisitionem cum magna diligentia ad inquirendum vultum domini: et invenerunt mulierem nomine Veronicam habentem vultum domini. [33] Tunc Tiberius imperator dixit Velosiano Quomodo illum habes? Qui respondit Habeo illum in sindone munda aurea involutum pallio. Dixit autem Tiberius imperator Duc eum ad me et pande ante faciem meam, ut ego procidens in terram et genua flectens adorem eum super terram. Tunc Velosianus expandit pallium suum cum sindone aurea, ubi erat vultus domini consignatus: et vidit eum Tiberius imperator. Qui statim adoravit imaginem domini puro corde, et mundata est eius caro sicut caro pueri parvuli. Et omnes caeci leprosi claudi muti surdi et variis detenti languoribus, qui ibi aderant, sanabantur, et curati ac emundati sunt. [34] Tiberius autem imperator inclinato capite et flectens genua, considerans illum sermonem Beatus venter qui te por-

32. Rursus brevissime ASax *Atque praeterea invenimus mulierem ibi, quam dixerunt domini faciem habere.*

33. ASax *Iam attulimus huc, inquit, et mulierem et faciem. Tum dixit Tiberius Vehementer desiderabam videre eam et adorare eam. Tum Volusianus surrexit et explicavit purpuream sindonem in qua domini facies involuta erat. Et Tiberius vidit faciem et existimavit vere esse domini faciem. Tamen minime erat, sed vestis erat quam dominus ipse portaverat. Sed quicunque gentilium primum aspexerunt, putabant esse domini faciem. Et Tiberius humiliter veneratus est eam, et lepra quam tam diu habuerat illico decidit ab eo, et corpus eius mundum erat sicut parvuli pueri.*

in sindone munda aurea involutum pallio: Ven *in sindone munda aurea conpalio coperto;* Amb *in sindone munda involutam pallio*

Digitized by Google

tavit et ubera quae suxisti, ingemuit ad dominum cum lacrimis dicens Deus coeli et terrae, non me permittas peccare, sed confirma animam meam et corpus meum et colloca in regno tuo, quia in nomine tuo confido semper; libera me ab omnibus malis sicut liberasti tres pueros de camino ignis ardentis.

35 Deinde dixit Tiberius imperator Velosiano Velosiane, vidisti aliquem hominem de his qui vidissent Christum? Velosianus respondit Vidi. Dixit Interrogasti quomodo baptizant eos qui credebant in Christum? Velosianus dixit Hic, domine mi, habemus unum ex discipulis ipsius Christi. Tunc praecepit vocari Nathan venire ad se. Venit ergo Nathan et baptizavit eum in nomine patris et filii et spiritus sancti, amen. Statim Tiberius imperator factus sanus ab omnibus languoribus suis ascendit super solium suum et dixit Benedictus es, domine deus omnipotens et laudabilis, qui liberasti me de laqueo mortis et mundasti me ab omnibus iniquitatibus meis, quia multum peccavi coram te, domine deus meus, et non sum dignus videre faciem tuam. Et tunc Tiberius imperator fuit instructus in omnibus articulis fidei plenarie et firma fide.

36 Ipse deus omnipotens qui est rex regum et dominantium dominus, ipse nos in fide sua protegat et defendat et liberet ab omni periculo et malo, et dignetur nos perducere ad vitam aeternam, vita temporali deficiente. Qui est benedictus in saecula saeculorum, amen.

---

34. 35. Utramque sectionem ASax breviter sic exprimit *Et statim credidit et baptizatus est cum tota sua domo et omni populo, qui erat subiectus imperio eius, in nomine nostri domini Iesu Christi.*

36. *deus omnipotens -- dominus:* Ven *deus omnip. qui est regnum et dominantium dominus;* Amb *est rex regum, deus et dominus dominantium* | *Qui est:* Ven *qui es*

ASax breviter sic: *Cui sit gloria et honor in saecula saeculorum, amen.*

Digitized by Google

Digitized by Google

ACTA APOSTOLORUM APOCRYPHA

Digitized by Google

Ienae
Typis Friederici Frommann.

Digitized by Google

Bible. N.T. Apocryphal books. Acts of the Apostles. 1851.

ACTA APOSTOLORUM

APOCRYPHA

EX TRIGINTA ANTIQUIS CODICIBUS GRAECIS
VEL NUNC PRIMUM ERUIT
VEL SECUNDUM ATQUE EMENDATIUS EDIDIT

CONSTANTINUS TISCHENDORF
THEOL. ET PHIL. DR., THEOL. PROF. P. ORD. H. LIPS.

LIPSIAE
AVENARIUS ET MENDELSSOHN
MDCCCLI

Digitized by Google

Digitized by Google

VIRO SUMMO

AMPLISSIMO EXCELLENTISSIMO ILLUSTRISSIMO

FRIDER. FERDINANDO DE BEUST

POTENTISSIMO SAXONIAE REGI A SUMMIS REIPUBLICAE MINISTRIS
PLURIMORUM GERMANIAE EXTERORUMQUE ORDINUM EQUESTRIUM
SUPREMIS INSIGNIBUS DECORATO ETC. ETC.

DE RE PATRIAE ET CIVILI ET SACRA OPTIME MERENTI

STUDIORUM SUORUM PATRONO

VENERABUNDA MENTE

D. D. D.

CONSTANTINUS TISCHENDORF.

Digitized by Google

Digitized by Google

PROLEGOMENA.

Celeberrima ex longo inde tempore per ecclesiam Christianam sunt apocrypha quae vocantur evangelia, variis illa quidem apostolicis nominibus insignita: quae postquam saepe et graece et latine aliisque linguis a laboriosis medii aevi scribis descripta sunt, haud pauci fuere qui typis expressa in publicum ederent, unde in multorum hominum litteratorum notitiam sunt perlata. Aliter evenit actibus apostolorum apocryphis: hi enim fama magis quam studio inter nos innotuerunt. Quod propterea mirum est quia actus apostolorum apocryphi quum ab eadem atque evangelia illa repetendi sunt antiquitate, tum iisdem potissimum haereticorum studiis debentur, quae quidem non tam canonicis traditionibus complendis quam haeresi stabiliendae inventa historia fictaque apostolica auctoritate inserviebant. Testes sunt prae aliis multis Eusebius et Gelasius. Ille enim insigni historiae ecclesiasticae loco de scripturis omnium consensu receptis et iis quae non sunt eiusmodi, libros ab haereticis evulgatos recensens, evangeliis Petri Thomae Matthiae et quorundam aliorum apponit proxime Andreae Iohannis ceterorumque apostolorum actus [1]). Gelasius vero in celebri de libris recipiendis et non recipiendis decreto, capite sexto, quod totum est de libris haereticorum vel schismaticorum a catholica fide arcendis, primo loco ponit Itinerarium Petri, Actus Andreae, Actus Thomae, Actus Petri, Actus Philippi,

[1]) Cf. Euseb. hist. eccles. III, 25. Ἴν' εἰδέναι ἔχοιμεν αὐτάς τε ταύτας (γραφὰς) καὶ τὰς ὀνόματι τῶν ἀποστόλων πρὸς τῶν αἱρετικῶν προφερομένας, ἤτοι ὡς Πέτρου καὶ Θωμᾶ καὶ Ματθία ἢ καί τινων παρὰ τούτους ἄλλων εὐαγγέλια περιεχούσας, ἢ ὡς Ἀνδρέου καὶ Ἰωάννου καὶ τῶν ἄλλων ἀποστόλων πράξεις.

Digitized by Google

atque ab his demum ad evangelia apocrypha pergit[2]). Neque vero tantum antiquitas utrisque eadem eaedemque caussae; sed videtur maior etiam quam evangeliorum apocryphorum ulli auctoritas eaque dogmatica actibus eiusmodi a Leucio conscriptis apud plures haeresis gnosticae asseclas tributa esse. Quam rem luculenter testatur Epiphanius: actibus enim Andreae Iohannis Thomae vel maxime usos esse Encratitas, Apostolicos sive Apotacticos, Origenianos perhibet[3]): item Augustinus, qui scripturas apocryphas, nominatim actus apostolorum a Leucio conscriptos, tanto graviores apud Manichaeos haberi arguit quanto a catholico canone secludantur[4]): item alii plures. Photius vero, postquam circuitus apostolorum, nominatim Petri Iohannis Andreae Thomae Pauli actus a Leucio Charino confectos esse dixit uberiusque, quippe quos ipse legisset, explicuit, ita de iis existimavit, si quis librum horum actuum omnis haeresis fontem et matrem dicat, eum a vero vix aberrare[5]).

---

[2]) Cf. Credneri libellum: Zur Geschichte des Kanons, ubi pag. 213 sqq. caput VI. illius decreti refertur, in quo est: *Caetera quae ab haereticis sive schismaticis conscripta vel praedicata sunt nullatenus recipit catholica et apostolica Romana ecclesia* --. § 1. de Ariminensi synodo a Constantio Caesare mediante Tauro praefecto congregata agit. §§ vero 2. usque 6. sic habent: *Itinerarium nomine Petri apostoli quod appellatur sancti Clementis, apocryphum. Actus nomine Andreae apostoli apocryphum. Actus nomine Thomae apostoli, libri decem, apocryphum. Actus nomine Petri apostoli apocryphum. Actus nomine Philippi apostoli apocryphum.* Sequuntur a § 7. usque § 15. (et § 16.) varia evangelia apocrypha. Rursus vero ad actus apostolicos pertinet § 18., ubi est: *libri omnes quos fecit Leucius, discipulus diaboli, apocryphi.* Item § 22: *Liber qui appellatur Actus Theclae et Pauli apocryphus.*

[3]) Cf. Epiphan. adv. haeres. II, I. Haeres. 61, 1. οὗτοι δὲ (οἱ Ἀποστολικοὶ) ταῖς λεγομέναις πράξεσιν Ἀνδρέου τε καὶ Θωμᾶ τὸ πλεῖστον ἐπερείδονται. Haeres. 47, 1. Κέχρηνται δὲ (οἱ Ἐγκρατῖται) γραφαῖς πρωτοτύπως ταῖς λεγομέναις Ἀνδρέου καὶ Ἰωάννου πράξεσι καὶ Θωμᾶ. Haeres. 63, 2. Κέχρηνται δὲ (οἱ Ὠριγένιοι) καὶ ἀποκρύφοις τισί, μάλιστα ταῖς λεγομέναις πράξεσιν Ἀνδρέου καὶ τῶν ἄλλων.

[4]) Cf. Augustin. de actis cum Felice Manichaeo II, 6. *Habetis etiam hoc in scripturis apocryphis, quas canon quidem catholicus non admittit, vobis autem* (i. e. Manichaeis) *tanto graviores sunt quanto a catholico canone secluduntur. Aliquid etiam inde commemorem cuius ego auctoritate non teneor, sed tu convinceris. In actibus conscriptis a Leucio, quos tanquam actus apostolorum scribit, habes ita positum* etc. Similiter Evodius Uzalensis, Augustini aequalis, in libro de fide contra Manichaeos cap. V. dicit: *In actibus etiam conscriptis a Leucio, quos ipsi* (i. e. Manichaei) *accipiunt, sic scriptum est* etc.

[5]) Cf. Photii Biblioth. codex 114. Ἀνεγνώσθη βιβλίον αἱ λεγόμεναι τῶν

Digitized by Google

Iamvero quae magna in evangeliis apocryphis utilitas [6]) est ad cognoscendum illorum ingenium temporum, quae medium quiddam tenebant inter veteres disciplinas et revelationem Dei in Christo factam, ad antiquissimam illustrandam historiam dogmatum, ad inveniendam originem multarum traditionum vel a doctis scriptoribus excultarum vel ore populi per saecula propagatarum vel operibus artis expressarum, denique, magna quidem cautione adhibita, ad ipsam obscuriorum rerum historiam explendam: eadem, ni fallor, in actis apostolorum apocryphis inesse iudicanda est. Quam ad utilitatem accedit quod his pariter atque illis cognoscitur illustraturque ea sermonis graeci ratio quae post Christi tempora et maxime quidem inter Iudaeos graece loquentes vigebat: a qua ipsorum libros scriptorum sacrorum haud procul abesse constat.

Quae quum ita sint, viris doctis et potissimum theologis gratum me facturum sperabam si monumentis illis primorum ecclesiae Christianae saeculorum quum ex bibliothecarum umbra protrahendis tum cura critica pertractandis animum studiumque adverterem: certe enim alienissimum ab eiusmodi instituto videbatur vereri ne id censura qualicunque dogmatica vexaretur. Scripta enimvero huius generis si olim videndum erat ne pietati detrimentum adferrent, nunc non possunt non adferre fidei incrementum, quippe quae ostendant quantum distent lupinis aera, sive, ut rectius dicam, quantum quae luxurianti ingenio humano debentur differant iis quae a divino spiritu profecta sunt.

Quaeritur autem quos libros nomen actuum apostolorum apocryphorum comprehendere recte dicatur. Auctores quidem ipsi sive veri

ἀποστόλων περίοδοι, ἐν αἷς περιείχοντο πράξεις Πέτρου, Ἰωάννου, Ἀνδρέου, Θωμᾶ, Παύλου· γράφει δὲ αὐτάς, ὡς δηλοῖ τὸ αὐτὸ βιβλίον, Λεύκιος Χαρῖνος. -- καὶ ἁπλῶς αὕτη ἡ βίβλος μυρία παιδαριώδη καὶ ἀπίθανα καὶ κακόπλαστα καὶ ψευδῆ καὶ μωρὰ καὶ ἄλλοις (ἀλλήλοις?) μαχόμενα καὶ ἀσεβῆ καὶ ἄθεα περιέχει, ἣν εἰπών τις πάσης αἱρέσεως πηγὴν καὶ μητέρα οὐκ ἂν ἀποσφαλείη τοῦ εἰκότος. Item Photius cod. 179. de Agapio Manichaeo scribit: καὶ ταῖς λεγομέναις δὲ πράξεσι τῶν δώδεκα ἀποστόλων καὶ μάλιστα Ἀνδρέου πεποιθὼς δείκνυται, κἀκεῖθεν ἔχων τὸ φρόνημα ᾠρμένον.

[6]) Qua de re nuper uberius exposui in libello a Societate Hagana pro vindicanda religione Christiana anno superiore praemio ornata, cui titulum feci: *De evangeliorum apocryphorum origine et usu.* Hagae Comitum 1851.

Digitized by Google

sive ficti perraro nominantur, quemadmodum in actibus Barnabae Iohannes Marcus diserte auctorem se profitetur. Sed facile apparet actuum illorum auctores et rebus gestis quas tradunt et ipsis iis quos tractant apostolis sese finxisse proximos. Sunt qui ex argumento apocrypha metiantur, ut quo quid magis haeresin sapiat, eo id magis in apocryphis ponant. Sed illorum ratio hanc difficultatem habet quod haeretici iis quos excogitabant libris modo magis modo minus speciem prae se ferebant catholicam. Rursus haereticorum libri, id quod omnino in fictos apostolorum actus quadrat, postea ab hominibus catholicae fidei adhibiti atque sic in ipsorum usum sunt conversi ut pleraque quae fidei non contraria viderentur conservarent. Quod, opinor, saepe non ita factum est ut haereticarum rationum nulla vestigia manerent. Accidit autem ut actuum libri quales ex haereticorum manibus prodierant dudum perierint, neque aetatem tulerint nisi quemadmodum ex retractationibus facti sunt catholicis, ex quibus solis ad formam pristinam concludendum est[7]). Neque illud praetermittendum est, non unos fuisse haereticos qui actibus apostolorum aeque ac evangeliis, apocalypsibus similibusque aliis scriptis fingendis operam darent, sed saepe piam quandam fraudem placuisse ac licere in ecclesia visam esse[8]). Denique haeresis quaedam historiae, quam fabulam vocare consueverunt, pariter ac dogmatis exstitit; illa vero eo magis gliscebat auctoritatemque assumebat, quo minus verendum erat ne inde catholica fides detrimentum caperet.

---

[7]) Retractatio eiusmodi quomodo instituta sit, plures actuum recensiones etiamnum superstites satis nos docent. Ita in magna varietate codicum qui *Acta Thomae* continent is qui nobis dictus est codex E, ex numero est eorum qui singulari cum studio ad catholicum usum adducti sunt. Etiam Abdias, i. e. is qui se Abdiam primum Babyloniorum episcopum finxit, in apostolicis historiis suis potissimum id egisse videtur ut ex antiquis haereticorum libris contexeret novos catholicae rationi minus repugnantes. Constat vero etiam, decimo fere saeculo Simeonem Metaphrasten, celebrem vitarum Sanctorum auctorem, haud pauca ex fontibus hausisse apocryphis ipsisque, quod non prorsus idem est, haereticis. Cuius rei luculentum exemplum praebent *Actus Pauli et Theclae* ab illo retractati in libello qui inscribitur Περὶ τῆς ἁγίας καὶ ἐνδόξου καὶ καλλινίκου μάρτυρος Θέκλης τῆς ἐν Ἰκονίῳ. Edidit hunc Petrus Pantinus Tiletanus Antverp. 1608. in *Basilii Seleuciae in Isauria episcopi de vita ac miraculis D. Theclae* etc. pag. 250 sqq.

[8]) Ea de re pluribus scripsi in libello supra laudato: *De evangeliorum apocryphorum origine et usu* pag. 15 sqq.

Digitized by Google

Horum igitur omnium nihil negligendum est ut apocryphorum actuum apostolorum notionem rationemque recte dicas. Sequitur, communi eo nomine comprehendi quae satis inter se differant: sunt enim quae ad catholicam rationem, sunt quae ad haereticam propius accedant; alia rursus fabulam, alia historiam magis redolent. Quandoquidem autem a sacro canone, cui oppositi sunt, in definiendis libris apocryphis proficiscendum est, actus apocryphi eiusmodi sunt qui tales se fingunt ut canonico honore digni videantur, sed ecclesiae iudicio canone sunt exclusi.

Iam ad ea transeamus scripta quae hoc volumine a me edita sunt. Nunc quidem minime id agebam ut quicquid actuum apostolorum apocryphorum vel ex antiquis libris manuscriptis vel ex Fabricii aliorumque lucubrationibus hauriri posset, in unum colligerem indeque corpus quoddam efficerem: quod aliquando a me institutum iri spes est: sed propositum mihi hoc erat ut critica cum cura ederem quos eius generis libellos in collectionibus meis manuscriptis luce inprimis dignos haberem, quos eosdem vel nemo ante me edidisset, vel certe nemo ita ut iam aut revera paterent in litterarum orbe, aut textu praestent diligentia critica constituto. Complectitur autem hoc volumen actus tredecim, omnes conformatos ad ipsos codices a me transscriptos, subsidiis quae aliorum, potissimum Thilonis, docta industria offerebat vel ad textum vel ad apparatum criticum diligenter adhibitis.

Ex his libellis nunc primum in publicum prodeunt Acta Philippi (loco IV. posita), Acta Philippi in Hellade (loco V.), Acta Matthaei (loco VIII.), Consummatio Thomae (loco X.), Acta Bartholomaei (loco XI.), Acta Thaddaei (loco XII.), Acta Iohannis (loco XIII.). Ista et aetate differunt et pretio; gravissima vero videntur, quum pro antiquitate ad quam referenda sunt, tum pro ea quam habent ratione gnostica, Acta Philippi et Acta Iohannis. Haec ex duobus codicibus, altero Parisiensi altero Vindobonensi edidimus; illa ex codice Veneto et codice Parisiensi. Consummatio Thomae et Acta Bartholomaei ad latinas Abdiae historias proxime accedunt: quae utrorumque textuum

Digitized by Google

similitudo tanta est ut aut graeci scriptores cum latino ex iisdem antiquissimis fontibus, aut sive hic ex illis sive illi ex hoc hausisse iudicandi sint. Thomae libellum ex codice Parisiensi hausimus, Bartholomaei ex Veneto. Acta Matthaei arcte cohaerent cum Andreae et Matthiae (Matthaei) actis, in quibus multa supersunt vestigia originis gnosticae et quidem Leucianae. Ad edendum usi sumus et Parisiensi codice et Vindobonensi. Acta Thaddaei inprimis pendent a celebri quae circumfertur Iesu epistola ad Abgarum regem: cum qua epistola iam olim Thaddaei apostoli famam coniunctam fuisse, testis est Eusebius. Edidimus ex codice Parisiensi et codice Vindobonensi. Altera denique Philippi acta, quae acta in Hellade dicuntur, quo rectius Papebrochius ab Actis Sanctorum abhorrere iudicavit, eo magis in apocryphorum actuum collectionem par erat recipi. Textus a nobis editus e Parisiensi codice fluxit.

Ex libellis iis sex qui restant tres primum edidit Car. Thilo vir S. Ven. Sunt autem Acta Thomae, quae anno 1823. edidit, Acta Petri et Pauli, quae programmatibus paschalibus annorum 1837. et 1838., Acta Andreae et Matthiae, quae programmate anni 1846. tractavit. Horum nihil a me editum est quin textum magnopere emendarem augeremque apparatum criticum: ipsi enim codices ii quibus Thilo utebatur saepe parum recte excussi erant. In edendis Thomae actis maxima cura nostra posita erat in examinandis duobus codicibus principibus iis quos iam Thilo sequendos duxerat; neque exiguum eius laboris fructum percepimus. Praeterea codicis Parisiensis nondum excussi lectiones addidimus. Acta Petri et Pauli, quae Thilo ex uno codice Parisiensi ediderat, altero passim consulto, petita sunt a nobis ex codicibus quinque, uno Veneto, Parisiensibus quatuor. Andreae vero et Matthiae acta inprimis adiuvimus diligentissimo examine membranarum Parisiensium octavi saeculi, unde egregiam messem fecimus. Praeterea praesto nobis erant notae ex duobus codicibus italicis sumtae.

Porro Acta Barnabae nunc primum integra eduntur; Papebrochius enim uno tantum eoque manco codice Vaticano usus est anno 1698. Cum hoc Vaticano coniunximus Parisiensem antiquissimum.

Digitized by Google

Acta Andreae i. e. Presbyterorum et diaconorum Achaiae de martyrio S. Andreae epistolam encyclicam anno 1749. primum graece ex codice Bodleiano edidit Car. Chr. Woog: quod eum non sic fecisse ut rationibus nostris criticis satisfaceret, in promtu erit. Ipsi secuti sumus duo codices Parisienses, alterum Regium (Nationalem), alterum Coislinianum.

Denique Acta Pauli et Theclae primum edidit Ern. Grabe in Spicilegio SS. Patrum anno 1698., unde immutata repetiit Ionesius. Sed usus est ille codice lacunoso et perquam vitioso, ita ut haec quoque acta nunc demum integra et quodammodo sana exhibeantur. Adhibuimus autem ad nostram editionem codices Parisienses tres.

Atque haec quidem breviter notata sunt quo facilius iudicari possit quae ratio sit operis nostri. Taedium quidem, quod alii eiusmodi laboribus functi et experti sunt et praedicarunt, nos non cepit: iucundum enimvero videbatur, aliquid pro viribus conferre ad severum antiquitatis Christianae studium; a quo si qui abhorrent, ne morentur aliter sentientes. Ipsa vero editione nostra, id quod in edendis antiquorum libris primum ac principale esse debet, operam dedimus ut viri docti textum ex vetustis monumentis curiose petitum haberent, neque desiderarent unde ipsis copia fieret eius textus comprobandi, emendandi, illustrandi. Ab hoc proficiscendum erit ut ipsas res variasque sive historicas sive philologicas sive alias rationes istorum actuum indages atque commenteris. Praeterea viros doctos facile intellecturos arbitror quam difficile sit textum librorum eiusmodi ad rationes criticas exigere atque a codicum varietate ad formam revocare inprimis probabilem. Qua in re neque ea facile lex invenitur ad quam conformes orthographiam ipsamque formationis doctrinam. Mihi quidem diligentius quam plerisque librorum graecorum editoribus placuit observanda videtur ipsorum codicum scriptura: quam si Graecis per multa saecula comprobatam scimus, unde nobis licet ad traditiones corrigere grammaticas, quae et ipsae saepe fluctuant? In nostra vero collectione librorum ipsa aetate diversorum nec id licere visum est ut eandem ubique normam sequeremur. Sed his de rebus accuratius alio tempore et loco explicandum erit.

Digitized by Google

Non possum autem hac occasione non uti gratum animum testificandi erga eos qui inprimis labores meos in adeundis bibliothecis exteris positos patrocinio suo dignati sunt, erga virum summum Frid. Ferdin. de Beust, cuius splendido nomini hoc ipsum opus dedicare licuit, erga virum generosissimum atque excellentissimum de Bose, nuper Parisiis nunc Monaci potentissimi regis Saxoniae legatione fungentem, denique erga virum doctissimum doctisque laboribus claritatem nominis assecutum Emm. Miller, qui nunc bibliothecae Instituti Franciae praepositus est.

Reliquum est ut paullo accuratius explicemus de singulis actibus hoc volumine a nobis editis.

I. ACTA PETRI ET PAULI.

In famae quandam celebritatem haec acta pervenerunt controversiis iis quae de itinere Pauli apostoli Romano inter Italos motae sunt. Res potissimum duas ex veteri hoc litterarum monumento confirmare studuerunt, alteram, Paulum commoratum esse in urbe Messanae ibique primum Messanensium episcopum ordinasse Barchyrium sive, ut in codicibus est, Bacchylum: alteram, Paulum ad Melitam insulam Siciliae proximam naufragium fecisse, non ut iam Constantinus Porphyrogennetes [9]) voluerat ad Melitam Dalmatensem. Ad illam igitur commorationem Pauli Messanensem comprobandam Constantinus Lascaris anno 1490. primam actuum partem, apud nos sectiones sex complectentem, e graeco codice latine versam [10]) cum senatu Messanensi communicavit, quemadmodum refert Placidus Reyna in Notitia Historica urbis Messanae P. II. col. 91 sq. [11]) Exhibetur eo loco a Placido Reyna non modo latina Constantini La-

[9]) Cf. Const. Porphyrog. de administr. imper. p. 36.

[10]) Incipit: *Martyrium apostolorum Petri et Pauli. Dum Sanctus Paulus apostolus a Melita et Gaudisio insulis recessisset ut se ad partes Italiae conferret, Iudaei qui tunc temporis Romae erant intellexerunt Paulum Romae affuturum.* Exit: *Mox Messana digrediens Tendulae applicuit, mansitans ibi per unam noctem, sequenti die Puteolos concessit.*

[11]) Inserta est ea Notitia Graeviano operi cui titulus est: *Thesaurus antiquitatum et historiarum Siciliae*, tom. IX. Lugduni Batav. 1723.

Digitized by Google

scaris interpretatio, sed etiam graecus eiusdem partis textus ex codice monasterii SS. Salvatoris desumtus, praemissa insuper hac nota de repertis actorum Petri et Pauli codicibus: *Historia haec peregrinationum Pauli in antiquo codice graeco manu exarato, quem monasterium S. Mariae de Trapizomata in Calabria servabat exposita legitur, ex quo eam Const. Lascaris anno* 1490. *latine convertit. Cuius quidem libri auctoritatem etsi summo semper loco habuimus, ante aliquot tamen annos maior huic historiae fides et dignitas etiam apud exteros accessit. In duabus enim celeberrimis bibliothecis, Florentina nimirum, Serenissimi magni Hetruriae ducis, et Regii monasterii RR. PP. familiae S. Basilii Messanae eadem vetustissimis litteris in membrana perscripta reperta est. Interposita est ea in his bibliothecis inter opera Ioannis Chrysostomi; id quod nonnullos ut crederent adduxit, ab hoc eam profectam esse.*

Iamvero altero post Lascarin saeculo, i. e. medio fere saeculo decimo septimo, iisdem quae ille ex actis Petri et Pauli latine verterat usi sunt plures ad refutandam illam Constantini Porphyrogennetae opinionem de Paulo ad Melitam Dalmatensem naufrago, ab Ign. Georgio [12]) aliisque defensam. Eorum primus fuit Io. Franc. Abela (anno 1647.) in *Melita illustrata,* lib. II. notit. VII. col. 179., inserta ei quem iam laudavimus Thesauro Graeviano Siciliae, tom. XV. [13])

Praeterea, ut etiam a Cardinali Caraffa cum Alphonso Salmeron actus nostros manuscriptos communicatos esse praetereamus, et Carolus du Fresne in Glossario med. et inf. graec. sub vocibus βούλλα, καστέλλιν, ὁρδινεύειν aliisque et Cotelerius in notis ad Constitt. apostol. VI, 10. plura laudavere ex graecis his actibus manuscriptis. Et Cotelerius quidem usus est codice Paris. num. 897. qui nobis dicitur cod. B; neque alio usus videtur Carolus du Fresne [14]).

[12]) Cf. Ign. Giorgio: D. Paulus apostolus in mari quod nunc Venetus sinus dicitur naufragus. Venetiae 1730.

[13]) Cf. notitiam litterariam de tota hac controversia apud Winerum: Biblisches Realwörterbuch II, p. 80. sub voce Melite; item Thilonis notas in Actis Thomae pag. LIV sq.

[14]) Confudisse enim videtur numerum veterem eius codicis 2429. cum numero 4249. quo codicem unde hausit designat.

Digitized by Google

Nuper vero Io. Car. Thilo primus instituit editionem graecam actuum Petri et Pauli duobus programmatibus Halensibus: particula prior (paginarum 28 in 4.) prodiit ad sacra Christi paschalia celebranda a. 1837; posterior (paginarum 30. in 4.) eadem occasione festa a. 1838. Finitur prior particula ultimis epistolae Pilati ad Claudium verbis: πιστεῦσαι ταῖς τῶν Ἰουδαίων ψευδολογίαις, cf. apud nos sect. 42. Quam ad rem Thilo exscripsit codicem Parisiensem antiquissimum numero 1470. signatum (apud nos est cod. A.), adhibito „paucis tantum locis emendandis" altero Parisiensi, signato num. 897. (apud nos cod. B.) Huic graeco textui addidit inde a sect. nostra 22. latinum textum, a se descriptum ex duobus codicibus Guelferbytanis, altero saeculorum fere octo, altero aliquanto recentiore. Textum utrumque variis annotationibus illustravit; praeposuit etiam notitiam litterariam de horum actorum usu apud Italos, qualem ipsi supra dedimus [15]). Quibus in Thilonis libellis [16]) eminet commentarius, in quem ille, qua magna est eruditione et industria, multa bonae frugis congessit. Ipse vero textus codicis eius, quem fere solum neque indiligenter adhibuit, non ea est praestantia ut nihil attineat accurate videre reliquos. Praeterea passim ille codicis sui scripturam non recte assecutus est, ut sect. 27. νεφελης ibi scriptum est, non νεφελη; sect. 25. δυσπλοιάσας, non δυσπλοΐσας; sect. 43. κἂν δοκῇ, non καὶ δοκῇ (Th. correxit δοκεῖ); sect. 47. ἐσώρευσεν, non ἐσώρευεν; sect. 50. αὐξάνει, non αὐξάνεις; sect. 60. ἐκ παιδόθεν, non ἐκ παιδίου; sect. 68. οὐδέν σε ἔτι, non οὐδενὸς ἔτι. Neque sect. 7. ἐν Μεσσήνῃ et ἀπὸ Μεσσήνης in codice est, sed ἐν Μεσίνῃ et ἀπὸ Μεσίνης. De quibus singulis Thiloneis lectionibus auctoritate destitutis lectorem non ubique monendum duximus, sed nusquam non codicum scripturam accurate notavimus.

Nostrae autem editionis instrumenta fuerunt haec.

A i. e. codex Parisinae bibliothecae Reg. nunc National., signatus num. 1470. Is codex est ex antiquissimis eorum omnium qui

[15]) Iam antea in Notitia novae codicis apocryphi Fabriciani editionis, praemissa Actis S. Thomae apostoli, Lipsiae 1823., docte commentatus est pag. LIH — LIX. de his Petri et Pauli actibus.

[16]) Horum programmatum dudum nullum amplius exemplar prostat.

Digitized by Google

litteris minutis exarati sunt: scriptus est enim anno Christi 890. sive, ut in ipso codice subscriptum legitur, mense Aprili, indictione octava, anno 6398. Actus Petri et Pauli ibi leguntur fol. 98 verso et sqq.[17])

B i. e. codex eiusdem bibliothecae num. 897., in cuius parte membranacea, exarata fere saeculo duodecimo, loco IX. fol. 131. verso sqq. iidem actus habentur.

C i. e. codex Parisiensis Coislinianus num. 121. exaratus anno p. Chr. 1343. Loco 41. sive folio 114. incipiunt actus Petri et Pauli. Exeunt folio 117. verbis: ἀλλὰ πάντα ψευ[δῆ λέγεις] sect. 61. Videntur eo loco aliquot codicis folia periisse; folio enim 118. — quod Montefalconius non animadvertit — longe alia sequuntur, quorum priora desiderantur. Legitur enim in hunc modum -βῶν Πορεύθητι, καὶ ἐὰν κωλύσει (codex κολύσι) σε ἡ φλογίνη ῥομφαία τοῦ μὴ εἰσελθεῖν, ἐπίδειξον τοῦτο τὸ βασιλεικὸν σημεῖον, καὶ εὐθέως ἀνοίξει (codex -ξη) σοι τὰς θύρας. καὶ ἦλθον, καὶ εὐθέως ἰδοῦσά με ἡ φλογίνη ῥομφαία ἡ φυλάττουσα τὸν παράδεισον ἀπέκλεισεν τὰς θύρας etc. De his alibi videbimus: pertinent ad eam de latrone apud inferos historiam quae in altera parte evangelii Nicodemi legitur, cap. XXVI.

D i. e. codex Paris. biblioth. Reg. nunc National. num. 635. Is codex bombycinus est, saeculi fere XIV. Ex eius textu actuum, quos loco XI. habet, longe plurima, etsi non omnia, cum reliquis contulimus.

E i. e. codex Venetus bibliothecae Marcianae, ubi notatur numero XXXVII. classis VII. Codex est bonae notae, sed quae de aetate eius accuratius notaveram, mihi non amplius ad manus sunt. Incipit una cum latinis codicibus inde a sectione 22. verbis his: Ἐλθόντος εἰς τὴν Ῥώμην τοῦ ἁγίου Παύλου ἀπὸ τῶν Σπανιῶν (haec in nullo alio teste nec graeco nec latino addita vidi) συνῆλθον πρὸς αὐτὸν πάντες οἱ Ἰουδαῖοι. Magna est huius textus et reliquorum differentia; est autem eiusmodi

[17]) Disseruit de hoc codice, addito scripturae specimine, Montfaucon in Palaeographia graeca pag. 269 sqq.

Digitized by Google

et Venetus codex plerumque assentientes habent latinos codices. Sectiones 62—66. in reliquis plane desiderantur. Rursus in Veneto et latinis desunt quae in reliquis de Perpetuae (quae Pseudo-Lino Plautina dicitur) et Petronianae martyrio inde a sectione 80., itemque de martyrio trium Neronis militum ad Christum conversorum inde a sectione 84. adduntur. Quod plerumque praetulimus Venetum textum, erunt qui reprehendant; sed videant ne temere convenientium graeci et latini textus in graecorum codicum vitium vertant. Ceterum fit etiam ut codex Venetus omnium solus aut uno tantum ex graecis reliquis comitante antiquissimam scripturam tueri videatur[18]).

F i. e. prima actuum pars (sectiones 6) ex codice Mensanensi exscripta a Placido Reyna. Vide supra pag. XIV.

G i. e. codex Vindobonensis, ex quo praeter inscriptionem nihil

[18]) Hanc in rem memorabilis est locus sect. 82. de verbis inter Petrum et Christum dictis. Codex E sic habet: εἶπον Κύριε, ποῦ ὑπάγεις; καὶ εἶπέν μοι ὅτι ἐν Ῥώμῃ ἀνασταυροῦσθαι. Reliqui vero graeci una cum latinis responsum Christi ita exhibent: Ἀνασταυροῦσθαι μοι (sed haec omittit etiam codex B, quod grave est, licet post habeat καὶ ἐν τῷ ἀπολωλεκέναι με αὐτῷ, quibus verbis ad illud praegressum Ἀνασταυροῦσθαι μοι respicitur), ὅτι ἐν Ῥώμῃ ἀνασταυροῦμαι πάλιν σταυροῦσθαι. In textu edito vide quae sequuntur cum istis praecedentibus plane cohaerentia ac prorsus diversa in E a reliquorum scriptura. Nescio autem an πάλιν illud correctorem sapiat, quamquam antiquissimo Ambrosii aliorumque testimonio confirmatur. Apud Ambrosium enim *contra Auxentium de basilicis tradendis* (tom. II. pag. 867. ed. Bened.) de Petro legitur: *Nocte muros egredi coepit, et videns sibi in porta Christum occurrere urbemque ingredi ait Domine, quod vadis? Respondit Christus Venio* (alii addunt *Romam*) *iterum crucifigi.* In his probe observa, verba *Venio* (*Romam*) etc. propius accedere, imo excepto illo πάλιν, ad Venetam quam ad alteram scripturam. Idem vero locus celeberrimus est, quam quod ipsum Origenem testem habere videtur, tum pro fama quam id Christi dictum potissimum in urbe Romae ad hunc usque diem conservavit. Origenes enim in Iohannem tom. XX. cap. 12. in ed. Car. Delarue (apud Huetium tom. XXI. pag. 298.) haec habet: Εἰ τῷ δὲ φίλον παραδέξασθαι τὸ ἐν ταῖς Παύλου (Πέτρου? Πέτρου καὶ Παύλου?) Πράξεσιν ἀναγεγραμμένον ὡς ὑπὸ τοῦ σωτῆρος εἰρημένον Ἄνωθεν μέλλω σταυροῦσθαι (*Denuo debeo crucifigi* ex veteri interpr.) etc. At in his nec ipsa verba prorsus conveniunt, nec satis liquet an eadem acta Pauli sint ac Petri et Pauli acta, praesertim quum ex veterrima stichometria codicis Claromontani (epistolarum Pauli) innotuerint alii actus Pauli, quorum non minus quam 4560 versus numerantur. Ad eosdem, non ad actus Pauli et Theclae, spectare videntur Eusebii verba histor. eccles. III, 3. οὐδὲ μὴν τὰς λεγομένας αὐτοῦ (i. e. Παύλου) πράξεις ἐν ἀναμφιλέκτοις παρείληφα. Romae vero etiamnum exstat, ut ipse vidi, sacellum ad viam Appiam exstructum, cui inscriptum est *Domine quo vadis.*

Digitized by Google

laudavimus. Illustratur in Lambecii commentariis de biblioth. Caesarea lib. VIII. (cod. XXXVI. loco 12.) pag. 802. ed. Kollar. Incipit sic: Ἐγένετο μετὰ τὸ ἐξελθεῖν τὸν ἅγιον Παῦλον ἀπὸ Γαυδομελίτης [19]) τῆς νήσου καὶ ἐλθεῖν αὐτὸν ἐπὶ Ἰταλίας, καὶ διδάσκοντος τὸν λόγον τοῦ κυρίου. Eodem loco addita est uberior nota Kollarii, quam satis in errore versari recte arguit Thilo Act. Thomae pag. LVIII. Homiliae enim forma, in quam ibi actus Petri et Pauli redacti sunt, omnino nihil facit ad definiendam libri graeci nostri originem [20]).

Denique ad commentarium criticum duce Thilone adhibuimus duos codices latinos Guelferbytanos (*Guelff.*), de quibus ille in Partic. priore pag. 28. uberius explicat. Alter eorum (apud nos *Guelf.* [a]) olim fuit monasterii SS. Petri et Pauli app. Weissenburgensis; alter (nobis *Guelf.* [b]) coenobii Bergensis prope Magdeburgum. Uterque membranaceus est. Ille ante septem vel octo saecula exaratus videtur et certe superat hunc non tantum antiquitate sed etiam scriptura accurata et expressa. Utroque continentur narrationes de virtutibus et passionibus apostolorum quales Historia apostolica Abdiae adscripta lectori offert. Ipsa vero utriusque apostoli passio cum libro convenit qui Marcello Petri discipulo tribui solet: *De mirificis rebus et actibus beatorum Petri et Pauli, et de magicis artibus Simonis magi*, quemadmodum inscribitur exemplar a Florentinio ad Martyrologium Hieronymi pag. 103 sqq. exhibitum atque etiam a Fabricio repetitum in Cod. apocr. III. pag. 632 sqq. Idem invenitur in codd. mss. multis et passim Lucae Actis apostolicis supplementi loco additur: cuius rei exempla duo laudat Thilo ex codicibus versionis italicae quos possidet bibliotheca Florentina Riccardiana [21]).

Pseudo-Marcelli libro multo recentior videtur esse commentarius de ultimis Petri et Pauli rebus quem Linum Romanorum ponti-

[19]) Ad hanc scripturam Lambecius notat legendum esse ἀπὸ Γαύδου καὶ Μελίτης. Similiter vertit Lascaris, ut supra vidimus.

[20]) Memini similiter in homileticum usum conversum invenire me protevangelium Iacobi in Ambrosiano codice, ubi illud sic incipit: Ἐπειδὴ ἐξ ἀρχῆς ὁ θεὸς πλάσας τὸν ἄνθρωπον ἔδωκεν αὐτῷ ἐντολήν etc. De quo alibi videbimus.

[21]) Neque codices graeci praeter nostros in bibliothecis Europae rari esse videntur. Ita citat Harles in Bibl. Gr. Fabricii tom. X. pag. 310. codicem Taurinensem CXXXV., Thilo codicem Barocc. 147.

Digitized by Google

ficem scripsisse et ad ecclesias orientales misisse ferunt. Legitur is in bibliothecis Patrum, veluti in Coloniensi a. 1618. tom. I. pag. 70. Divisus est in libros duo, quorum alter Petri, alter Pauli passionem complectitur. Liber I. incipit: *Post multimoda et multifaria vitae vitaeque salutaris documenta et eximia atque celeberrima miracula ostensa et diversa cum Simone mago aliisque quam plurimis antichristi praeconibus pro nomine veri Christi certamina* etc. Libri vero secundi initium hoc est: *Cum venisset Romam Lucas a Galatia et Titus a Dalmatia, expectaverunt Paulum in urbe. Quos cum advenisse Paulus vidisset, laetatus est valde et conduxit sibi extra urbem horreum publicum* etc.

Rursus ab his libellis satis diversa sunt quae in Historiis apostolicis Pseudo-Abdiae de Petro et Paulo traduntur, utiliter saepe conferenda cum graecis actibus nostris, potissimum lib. I. de Petro inde a cap. VI. (apud Fabricium pag. 411.) Haec eadem, quamquam scriptura passim differt, recepta leguntur in Acta Sanctorum m. Iunii tom. V. pag. 424. Incipiunt sic: *His ita gestis surrexit quidam Simon, Samarius genere, qui dudum visis miraculis Petri pecunia comparare voluit donum spiritale, qui se magnum* (vitiose alibi sed non apud Fabricium editum est *magum*) *et perpetualiter* (Fabric. *perpetuos aliter??*) *stantem esse dicebat, promittens eos qui in se crederent prorsus solvi* (apud Fabric. aliosque *dissolvi*) *non posse.* Praecedit istum latinum libellum ibidem p. 411 — 424. commentarius graecus de iisdem apostolis Petro et Paulo, qui incipit: Καὶ τῶν τεχνῶν οὐ μόνον τοὺς ἐξ ἀρχῆς πατέρας ἀποδεχόμεθα καὶ τοὺς τούτων μόνους ἀσμενίζομεν πόνους, ἀλλ' εἴ τι καὶ ἄλλο τοῖς μετέπειτα προσεξηύρηται, περιθάλπομεν τοῦτο καὶ ἀσπαζόμεθα. Sumtus est ex ms. Medicaeo bibl. Regiae; sed in aliis quoque libris mss. inventus est, ut in Laurentiano et Vindobonensi (ubi tantum fragmentum superest).

Denique mentio mihi faciunda est actuum Petri et Pauli quos in antiquissimo codice (exarato litteris uncialibus saeculi fere noni ineuntis) monasterii graeci in Patmo insula vidi[22]). Habetur ibi μαρτύριον τοῦ ἁγίου Πέτρου ἀποστόλου ἐν Ῥώμῃ, quod sic inci-

[22]) Cf. Rechenschaft über meine handschriftlichen Studien auf meiner wis-

Digitized by Google

pit[22]): Πέτρος ὁ ἀπόστολος ἦν ἐν τῇ Ῥώμῃ ἀγαλλιώμενος μετὰ τῶν ἀδελφῶν ἐπὶ τῷ κυρίῳ νυκτὸς καὶ ἡμέρας ἐπὶ τῷ ὄχλῳ τῷ καθημερινῷ τῷ προσαγομένῳ τῷ ὀνόματι τῷ ἁγίῳ τῇ τοῦ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ χάριτι. συνήγοντο δὲ καὶ αἱ παλλακίδες τοῦ ἐπάρχου Ἀγρίππα πρὸς τὸν Πέτρον τέσσαρες οὖσαι, Ἀγριππίνα καὶ Νικαρία καὶ Εὐφημία καὶ Δωρίς, ἀκούουσαι τὸν τῆς ἁγνίας λόγον. Exit his: λέγοντα Νέρον, οὐ δύνασαι νῦν τοὺς Χριστοῦ δούλους διώκειν ἢ ἀπολύειν· ἀπέχου οὖν τὰς χεῖρας. καὶ οὗτος ὁ Νέρων περίφοβος γεγονὼς ἐξέστη τῶν μαθητῶν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ, καθ' ὃν καὶ ὁ μακάριος Πέτρος τοῦ βίου ἀπηλλάγη. Sequitur μαρτύριον τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Παύλου ἐν Ῥώμῃ. Ἦσαν δὲ περιμένοντες τὸν Παῦλον ἐν τῇ Ῥώμῃ etc. Finis est: μέσος προσευχόμενος. οἱ δὲ ταῦτα ἀκούσαντες ἐχάρησαν, καὶ ἔδωκαν αὐτοῖς τὴν ἐν κυρίῳ σφραγῖδα.

II. ACTA PAULI ET THECLAE.

Haec Acta Pauli et Theclae ad summam antiquitatem referenda sunt. Non enim modo a Gelasio in famosum de apocryphis scriptis decretum recepta sunt, sed a Tertulliano inde patres multi et graeci et latini eorum testimonium dant. Tertullianus vero non tantum antiquitatem libri et famam testatur, sed etiam originem. Scribit enim libro de baptismo cap. 17. in hunc modum: *Quodsi qui Pauli perperam scripta legunt, exemplum Theclae ad licentiam mulierum docendi tingendique defendunt, sciant in Asia presbyterum qui eam scripturam construxit, quasi titulo Pauli de suo cumulans, convictum atque confessum id se amore Pauli fecisse, loco decessisse.* Quo Tertulliani testimonio Hieronymus de scriptoribus ecclesiasticis cap. 7., ubi agit de Luca, ita usus est: *Igitur* περιόδους *Pauli et Theclae et totam baptizati leonis fabulam inter apocryphas scripturas computamus. Quale enim est ut individuus comes apostoli inter ceteras eius res hoc solum ignoraverit? Sed et Tertullianus vicinus eorum temporum refert, pres-*

---

senschaftlichen Reise 1840 bis 1844. Von C. Tischendorf. in: Wiener Jahrbücher, Anzeigeblatt für Wissenschaft und Kunst Nro. CX. pag. 15 sq.

[22]) Vitiosissimam codicis scripturam in his paullulum emaculavimus.

Digitized by Google

byterum quendam in Asia σπουδαστήν *apostoli Pauli, convictum apud Iohannem* (alii *a Iohanne*) *quod auctor esset libri, et confessum se hoc Pauli amore fecisse, loco excidisse.* Ex his sequitur, iam ante Tertullianum, *vicinum eorum temporum* (natum anno 190.), i. e. circa initia fere saeculi secundi, praesertim si Hieronymus presbyterum *apud Iohannem convictum* recte dixit, acta Pauli et Theclae a presbytero Asiatico scripta esse, ficto auctore ipso Paulo apostolo. Sed quaeritur — qua de re in diversas partes disputatum est — an ipsum illud presbyteri Asiatici opus contineatur actis iis quae etiamnum supersunt. Id quum Ern. Grabe (in Spicileg. SS. Patrum tom. I. p. 87 sqq.) affirmasset, auctor commentarii de S. Thecla in Actis Sanctorum (mens. Septembr. tom. VI. pag. 546 sqq.) negavit. Negandi vero ille quum esset studiosissimus, tamen non potuit non concedere, nostrum opus fluxisse totum ex eo presbyteri opere de quo Tertullianus retulit. Haec enim eius verba sunt: *Falsa igitur fuerunt et commentitia quae scripserat presbyter ille Asiaticus; noster vero anonymus multa videtur ex illo hausisse, et nominatim illa quae de itineribus S. Theclae asseruit et de ingenti ipsius desiderio Paulum semper videndi et audiendi. Quin et verisimile est, omnia fere ex primo illo fabulatore hausta, tantumque praetermissa ea quae a Tertulliano Hieronymo et fortasse aliis nominatim erant reprehensa, qualis est fabula de baptizato leone, et munus publice docendi ac baptizandi a primo fabulatore S. Theclae assertum, teste Tertulliano. Mutavit insuper titulum et suppositum auctoris nomen.* Haec eiusmodi sunt ut invitus ille contrariae sententiae defensor exstiterit. Quod est enim illud apud Tertullianum *de docendi tingendique licentia*, id nec in nostro opere deest. Cf. sect. 38. κατηχήσασα αὐτὴν τὸν λόγον τοῦ θεοῦ, sect. 40. Ὑπαγε καὶ δίδασκε τὸν λόγον τοῦ θεοῦ, sect. 43. καὶ πολλοὺς ἐφώτισεν, sect. 34. ἐπὶ τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ βαπτίζομαι, sect. 40. κἀμοὶ συνήργησεν εἰς τὸ λούσασθαι. Hieronymus vero quod scribit de fabula leonis baptizati, id satis recte Grabium commentatum esse arbitror l. l. pag. 92 sq. Ipsa enim acta Hieronymum haud legisse putat, illam vero fabulam, praeter Hieronymum a nemine eorum omnium qui tot mirabilia Theclae citant commemoratam, ex iis ortam esse quae sect. 33 sq. de leaena Theclam

Digitized by Google

antequam „baptizaretur“ mirabiliter contra bestias defendente narrata sunt: nisi forte ea fabula appendix quaedam actorum supposititia existimanda est; quae opinio eo commendatur modo quo Hieronymus iuxta ponit περιόδους et fabulam. Quod utut est, certe ex Hieronymi verbis efficere non licet, diversum esse nostrum opus ab opere eo de quo ille loquitur, praesertim quum aequales Hieronymi ex nostro hausisse opere vel maxime probabile sit. Praeterea, ut id addam, nihili est quod periit in titulo Pauli nomen, quod per meram fraudem praepositum ipse auctor dum vivebat confessus est.

Ad tuendam vero actorum nostrorum antiquitatem magnopere valent, ut iam indicatum est, tot antiquorum testimonia, quae ita comparata sunt ut non tantum ex traditione simili sed ex ipso libro qui ad nos pervenit hausta videantur. Quod neque is negat quem in Actis Sanctorum ea de re scripsisse dixi. Probavit is inprimis hoc, Basilio Seleuciae in Isauria episcopo, qui libellum de rebus Theclae composuisse creditur, *ea acta praeluxisse*, etsi addit ne nimium dicat *aut certe alia valde similia. Nam totum*, ait, *historiae aut fabulae potius ordinem secutus est Basilius, rescissis aut immutatis subinde paucissimis.* Praeter illum vero Basilium Seleucensem qui esse videtur, aliquid de Thecla martyre referunt quod actis Pauli et Theclae expositum legimus, de latinis Cyprianus Antiochenus[24]), Ambrosius[25]), Faustus manichaeus apud Augustinum[26]), Zeno Veronensis[27]) aliique, de graecis Metho-

[24]) Cf. Cypriani Antiochen. oratio pro martyribus (sub finem) *Assiste nobis sicut apostolis in vinculis, Theclae in ignibus, Paulo in persecutionibus, Petro in fluctibus.* Idem in oratione quam sub die passionis suae dixit: *Libera me de medio seculi huius, sicut liberasti Theclam de medio amphitheatro.*

[25]) Cf. Ambros. de virginibus lib. II. (ed. Basil. 1538. I. p. 100.) *Thecla docuit immolari quae copulam fugiens nuptialem et sponsi furore damnata naturam etiam bestiarum virginitatis veneratione mutavit. Namque parata ad feras, cum adspectus quoque declinaret virorum ac vitalia ipsa saevo offerret leoni, fecit ut qui impudicos detulerant oculos, pudicos referrent. Cernere erat lingentem pedes bestiam cubitare humi, muto testificantem sono quod sacrum virginis corpus violare non posset. Ergo adorabat praedam suam bestia, et propriae oblita naturae naturam induerat quam homines amiserant.*

[26]) Cf. Augustin. (tom. VIII. pag. 446.) contra Faust. XXX, 4. ubi Fausti verba de Paulo haec leguntur: *Cum Theclam oppigneratam iam thalamo in amorem sermone suo perpetuae virginitatis incendit.*

[27]) Cf. Zenonis lib. I. tract. 8. (qui dudum inter genuinos numeratur) de

Digitized by Google

dius[28]), Gregorius Nyssenus[29]), Gregorius Nazianzenus[30]), Epiphanius[31]), Chrysostomus[32]) aliique[33]).

Quae quum ita sint, non possum quin Ernesto Grabio assentiar existimanti acta ea quae etiamnum habemus ad presbyterum illum Asiaticum aetatem Tertulliani antecedentem referenda esse. Quibus quid veri subsit in magna fabulositate, hic non attinet quaerere: etsi haud probo Thomae Ittigii de hac re disputationem negantis exstitisse Theclam[34]).

---

timore. (Galland. V, 122.) *Adversus Theclam accusator acerrimus linguae exserit gladium; cum suis sibi ministris publicae leges insaniunt; stimulis acuitur feritas in ferocitatem, et tamen hominibus mitior invenitur. Ne quid scenae tam dirae inhumanitatis deesse videatur, immittuntur etiam marina monstra. Laciniis omnibus spoliatur puella, vestitur incendio. Inter tot instrumenta mortis, spectatore metuente, secura calcat genera universa terrarum* etc.

[28]) Cf. Method. conviv. virgin. in psalmo, quem ipsa Thecla dicit (Galland. III. p. 742.): Βροτῶν πολυστένακτον ὅλβον ἐκφυγοῦσα καὶ βίου τρυφῆς ἀδονάς, ἔρωτα, σαῖς (ad coelestem sponsum loquitur) ὑπ' ἀγκάλαις ζωηφόρος πο͂θ σκέπτεσθαι -- Γάμων λιποῦσα τὰ θνητὰ λέκτρα καὶ δόμον, ἄναξ, διὰ σὲ πολύχρυσον -- Δόλους δράκοντος ἐκφυγοῦσα μυρίους, μάκαρ, θεκτηρίους, ἔτι δὲ καὶ πυρὸς φλόγα καὶ θηρίων ἀνημέρων ὁρμὰς βροτοφθόρους, σὲ προσμένουσα ἀπ' οὐρανῶν.

[29]) Cf. Greg. Nyss. homil. 14. in cantic. canticor. tom. I. p. 676. (ed. Paris. 1615.) Τοιαύτην ὅ ποτε Παῦλος σμύρναν προχέει τοῦ στόματος, μεμιγμένην τῷ καθαρῷ κρίνῳ τῆς σωφροσύνης ἐν ἀκοαῖς τῆς ἁγίας παρθένου. Θέκλα δὲ ἦν ἡ παρθένος, ἣ καλῶς τῇ ψυχῇ τὰς ἀπορρεούσας σταγόνας ἐν ἑαυτῇ δεξαμένη θανάτῳ διαλαμβάνει τὸν ἔξωθεν ἄνθρωπον, πᾶσαν σαρκώδη διάνοιάν τε καὶ ἐπιθυμίαν ἑαυτῆς ἀποσβέσασα.

[30]) Cf. Greg. Nazianz. praecept. ad virgines p. 59. (ed. Colon. 1690.) v. 190 sqq. Τίς Θέκλαν ἐσάωσεν ὑπ' ἐκ πυρός, ἢ τίς ἔδησε Θηρῶν ὠμοβόρων κρατερὸν μένος; ἢ μέγα θαῦμα. Παρθενίη καὶ θῆρας ἐκοίμισεν οὐδ' ἐτάλασσαν Παρθενικῆς δέμας ἁγνὸν ἑαῖς γενύεσσι μιγῆναι.

[31]) Cf. Epiphan. haeres. LXXVIII. (LVIII.) 16. καὶ Θέκλα μὲν συναντᾷ Παύλῳ τῷ ἁγίῳ καὶ διαλύεται γάμου, ὁρμαστὸν ἔχουσα εὐειδέστατον, πρωτεύοντα δὲ πόλεως, πλούσιον ἄγαν, εὐγενέστατον δὲ ἐν τῷ βίῳ καὶ διαφανέστατον· καὶ περιφρονεῖ τῶν ἐπιγείων ἡ ἁγία, ἵνα τῶν ἐπουρανίων ἐγκρατὴς γένηται.

[32]) Cf. Chrysost. in acta app. homil. 25. ad finem: Ἤκουσον περὶ τῆς μακαρίας Θέκλης. ἐκείνη ἵνα Παῦλον ἴδῃ, καὶ τὰ χρυσία ἔδωκεν ἑαυτῆς· σὺ δὲ ἵνα τὸν Χριστὸν ἴδῃς, οὐδὲ ὀβολὸν δίδως etc.

[33]) Cf. quos citat Baronius tomo I. Annalium, ad annum Christi XLVII. et in annotatis ad Martyrolog. Rom. d. XXIII. m. Septembr., item Petr. Pantinus in Basilii Seleuc. de vita ac miraculis D. Theclae lib. II. Antverp. 1608. pag. 223 sq., item Ern. Grabe in Spicileg. l. l., item Act. SS. l. l.

[34]) Cf. Thom. Ittig: de bibliothecis et catenis patrum pag. 700 sqq. Pag. 702 est: *Mihi vero, ut animi mei sententiam dicam, tota Theclae historia mera fabula videtur.*

Digitized by Google

Textu vero non incorrupto acta Pauli et Theclae ad nos pervenisse, per se clarum est. Videntur posteriorum hominum ingenia eo maiore licentia recensendi textum usa esse, quo maiorem celebritatem historia Theclae per antiquam ecclesiam et graecam et latinam quarto iam saeculo assecuta est.

Sed iam dicendum est quid in edendis actis Pauli et Theclae praestitum sit. Postquam anno 1608. Antverpiae Petr. Pantinus decanus Bruxellensis ediderat *Basilii Seleuciae in Isauria episcopi de vita ac miraculis D. Theclae virginis martyris Iconiensis* libros duo, adiuncto *Simeonis Metaphrastae Logothetae de eadem martyre tractatu singulari*, ipsa antiqua acta Pauli et Theclae quae dicuntur graece et latine prodierunt studio Ernesti Grabii in Spicilegio SS. PP. Oxoniae 1698. tom. I. pag. 95—128. Usus est Grabius ad editionem suam codice Barocc. 180. bibl. Bodleianae. Praeterea *Ego vero*, inquit, *hic illic ex antiqua latina versione, quae in celebratissima hac bibliotheca codice* 39. *Digbaei exstat, nec non ex graeco Basilii Seleuciensis commentario emendavi ac supplevi, propriamque latinam interpretationem cum notis addidi, subiuncta ad calcem versione antiqua.* Ex his editoris verbis satis apparet quam imperfecta fuerit editio Grabii, quae nihilominus fideliter, Thilone teste, repetita est ab Ierem. Ionesio in altero tomo libri: A new and full method of settling the canonical authority of the New Testament, etc. London 1726. (post iteratum est opus.) Vidit Thilo Oxonii codicem Grabii, eumque „negligentissime exaratum", et actorum textum „perquam depravatum" dicit. Inventa ibi est etiam in ipsis actis magna lacuna sect. 27. post κατέκρινεν usque sect. 32. Τῶν δὲ λεγουσῶν. Hanc lacunam anno 1715. supplevit Thom. Hearne in appendice ad *Ioannis Lelandi antiquarii collectanea*, parte secunda (Vol. 6.) pag. 67—69. Codex unde is hausit Oxoniensis est Huntingdoni, nulla re nisi scripturae vitiositate insignis.

Hinc nobis demum contigit integrum atque emendatum ex ipsis antiquis codicibus edere graecum textum actorum Pauli et Theclae. Adhibuimus autem codices Parisienses tres, qui parem fere antiquitatis laudem habent.

Digitized by Google

A i. e. cod. Paris. bibl. Reg. nunc Nation. num. 520. saeculi undecimi, qui loco VI. fol. 39 sqq. haec acta continet.

B i. e. cod. Paris. eiusdem bibliothecae num. 1454. saeculi decimi, fol. 72 sqq. loco XI.

C i. e. cod. Paris. eiusdem bibliothecae num. 1468. saeculi undecimi, fol. 38 sqq. loco VII.

Contulimus vero etiam ubique Grabii textum Baroccianum, notatum G siglo, et codicem Oxoniensem latinum ab eo editum, Digbaei num. 39. notatum a nobis siglo D[35]), itemque fragmentum Th. Hearnii, apud nos H siglo significatum. Nonnihil etiam ex Simeone Metaphraste, ut Pantinus edidit, laudavimus.

Versio latina aeque ac graecus actorum textus haud raro in libris antiquis mss. reperiri videtur. Illam I. S. (i. e. Io. Stilting, auctor illius de Thecla commentarii historici critici) in Actis SS. l. l. pag. 546. se quoque in quatuor codicibus Musei ipsorum habere indicavit.

III. ACTA BARNABAE AUCTORE MARCO

sive (ut accuratius reddamus id quod in graeco est)

Periodi et martyrium sancti Barnabae apostoli.

Ad haec acta edenda usi sumus maxime et quidem primi codice Parisiensi signato in bibl. Reg. nunc Nation. numero 1470. De insigni eius vetustate supra diximus ad Acta Petri et Pauli, ubi nobis est codex A; vide pag. XVI sq.: scriptus est enim anno Christi 890. Adhibuimus vero etiam alterum codicem eumque Vaticanum num. 1667., quemadmodum Dan. Papebrochius exscripsit in Actis Sanctorum, mensis Iunii tomo secundo, Antverp. 1698., pag. 431—436., ubi est: [*S. Barnabae apostoli*] *Acta et passio in Cypro, sub nomine Ioannis Marci, Barnabae consobrini, edita, ex Ms. Vaticano et Guilielmi Card. Sirleti interpretatione.* Cuius Vaticani codicis scriptura raro sed tamen aliquoties praestare visa est scripturae Parisiensi, ut ex apparatu nostro videre licet. Inprimis vero male habebat Pape-

35) Ubi est (D), non D, in commentario nostro, significatur proxime accedere D ad lectionem eam cui apponitur.

Digitized by Google

brochii editio Vaticana propterea quod fere omnia praetermiserat quae apud nos sectionibus 6. et 7. leguntur. Quo loco una intelligitur, Sirleti versionem latinam Vaticano codice 6187. servatam pependisse maxime ab eodem Papebrochii codice graeco.

Ex notis Papebrochii, unde iam nonnihil sub textu adscripsimus, etiam haec apponere placet.

Ad verba sectionis 5. μαθὼν ὅτι ἐν Ἀντιοχείᾳ εἰσίν: Vide Actor. XV, 35. cui loco nihil hic contrarium dicitur, etsi aliter res narretur. Nescio igitur quaenam et ubi invenienda sint Baronio contempta *quaedam Barnabae Acta, quae nomine Ioannis ab aliquo nebulone scripta circumferuntur et ab imperitis magno applausu excipiuntur, multis et apertissimis coagmentata mendaciis, ut sunt ea potissimum quae Actorum Apostolorum historiae a Luca conscriptae repugnant . . . . Sed in his non immoramur: reiectum enim prorsus esse librum illum Abdiae nomine praenotatum, in quo haec Ioannis Marci nomine de rebus gestis Barnabae scriptis mandata sunt, dictum est.* Ita ille ad annum 31.[36]) num. 51. Habeo Historiam Apostolicam sub nomine Abdiae Babylonii ex interpretatione Iulii Africani editam Parisiis - - -; habeo eamdem cum praefatione Melitonis episcopi - - -: sed nulla ibi acta S. Barnabae: ut alia esse oporteat quae dictae Historiae subiuncta vidit Baronius[37]).

Ad εἰς Λαοδίκειαν sect. 11: Distat Antiochia Laodicaea Syriae, amplo gaudens portu, paucis leucis versus meridiem; unde triginta circiter leucarum est navigatio in Cyprum.

Ad ὁ ἄνεμος ἐναντίος sect. 11: Puta septemtrionalis, quo repellente praetervecti Cyprum eoque tandem in meridionalem converso appulerint in confiniis Pamphyliae, ubi Coracesium, hic dictum Corasium.

Ad ἐν πόλει Ἀνεμουρίῳ sect. 12: Anemurium oppidum et promontorium Ciliciae, unde proximus in Cyprum traiectus, Coracesio circiter viginti leucis in ortum distans, ut littore interposito

[36]) Lege 51. pro 31.

[37]) Erravit Baronius quod haec Acta Barnabae, de quibus ipsis vel aliis similibus omnino dicere videtur, in Abdiae libro haberi existimavit. Nec vero magis Abdiae Historiae apostolicae in decreto Gelasiano notissimo illo damnatae sunt.

Digitized by Google

obiectas oporteat concipere hic nominatas insulas, Pitiusam et Aoonesias, quarum alibi nulla mentio nec locus in tabulis circa istas partes valde imperfectis: neque enim huc faciunt Pitiusae Balearibus proximae et toto mediterraneo remotae a Cilicia[38]).

Ad Κρομμυακίτῃ sect. 14: Ciceroni lib. 12. Epist. Cromnyon, alias Ceparum, promontorium Cypri ex adverso Anemurii[39]).

Ad ἐν Λαπίθῳ sect. 16: Lapithus, aliis etiam Lapathus et Lapethus Λάπηθος urbs, ad sinum eumdem ad quem et Soli, aeque ac hi regionis sibi adiectae caput, Lapathia inde dictae[40]).

Ad Ταμασέων sect. 17: Tamassus urbs olim mediterranea Cypri, nunc vicus exiguus prope Nicosiam, inquit Boúdran in lexico geographico. Tamesia Polybio.

Ad Κιτιαίων ibidem: Cithium urbs et promontorium in meridionali latere insulae: ubi etiam hodie vicus dictus Chiti et Capochiti.

Similes notae spectant Olympum, Paphum, Curium (Plinio Curias), Amathuntem, Salamina, item insulas ante Salamina. Porro ad εὐσεβοῦς δὲ Ἰεβουσαίου sect. 23. haec notantur:

Graecum Εὐσεβής, Pius, in Eusebii nomen convertit Mombritiana et Ultraiectina Legenda, quibus consonat Petrus de Natalibus; addunt autem quod Barnabae necem praecipitaverint Iudaei, verentes ne hunc ille eriperet de manibus eorum. Suspicor revera genuinam esse horum lectionem, scriptumque fuisse Εὐσεβίου δέ τινος Ἰεβουσσαίου, Eusebio autem quodam Iebussaeo, eo quod infra dicatur ibi olim habitasse gens Iebusaeorum, expulsa scilicet ex Palaestina a Davide.

Ad ἕως τῆς κώμης Λεδρων sect. 25. haec adduntur: Sirletus pro ἕως, usque, videtur legisse ἔξω, extra. Λεδρῶν autem seu

---

[38]) Sed cf. Stephani Thesaur. gr. ling. VI. sub voce Πιτυόεις, εσσα, εν, pag. 1131.; item sub voce Πιτύα, pag. 1129.

[39]) Ciceron. epist. ad div. XII, 13. est subscriptum: Data Cypro, a Crommyu-acride. De quo Cypri promontorio contra Anemurium Ciliciae promontorium sito, quod Graecis dici solet Κρομμύου ἄκρα, cf. Strabo XIV. p. 669. 682. 683.

[40]) Cf. Stephan. Thesaur. gr. ling. V. sub voce Λάπηθος.

Digitized by Google

potius Λεδρῶν Ledrensium episcopatus adscribitur S. Triphyllio, creditur que postea Nicosiae nomen adeptus: quae est urbs olim etiam regia et mediterranea, distans Salamine p. m. 30 circiter.

Denique hoc de istis Barnabae Actis iudicium addit Papebrochius:

Hactenus Itinerarium istud, in quo nihil mendaciter dictum invenias, solumque errasse arguitur auctor, ante corporis inventionem ex vulgi opinione scribens illud in cineres redactum fuisse, eoque demonstrans se non esse quem prae se fert Ioannem Marcum. Sicut autem accurate prosequitur praecipua nomina civitatum Cypri, sic non dubitem quin Timon, Ariston, Heraclites, Rhodon, Aristoclianus, vera sint nomina Sanctorum a Barnaba ibidem ordinatorum, quibus suus olim cultus fuerit, fortassis et nunc sit. Verosimile est etiam media et ultima apostoli acta in Cypro fuisse coniuncta ab auctore, ignorante quid interim ille in Italia egerit, quoniam eius rei nulla vigebat apud Cyprios memoria cum istaec scriberentur; necdum etiam natus erat supposititius Dorotheus, unde de adscripto illi Mediolanensium episcopatu aliquid discerent Cyprii.

Praeterea in Actis SS., antequam acta Barnabae adscripta Io. Marco ex ms. Vaticano et Sirleti interpretatione exhibentur, vario modo in horum actuum originem atque auctoritatem inquiritur. Auctorem eius qui ibi habetur commentarii de Barnaba res potissimum duae occupabant: altera indicationem spectat temporis quo Barnabas ex combustione in ms. Vatic.[41]) sepultus dicitur; altera in eo versatur quod Barnabas combustus et ipsa ossa eius dicuntur in cineres redacti, invita traditione celebratissima de reliquiis Barnabae saeculo V. in Cypro insula inventis multisque saeculis post in Mediolanensem civitatem translatis. Afferuntur ibidem, pag. 422. C, etiam verba Iacobi de Voragine in *Historia Lombardica* sive *Legenda aurea* de actis nostris dicta: *Eius* (i. e. Barnabae) *Passionem compilavit Ioannes qui et Marcus, eius consobrinus, maxime a visione il-*

[41]) In Parisiensi codice, quem eo loco sequi maluimus, ea temporis indicatio plane desideratur. Cf. sect. 24.

Digitized by Google

lius Ioannis usque fere in finem, quam Beda de graeco in latinum creditur transtulisse.

Quae de Beda illorum actuum interprete opinio a pluribus confirmata est, sed frustra. Quam in rem recte Papebrochius l. l. pag. 422. E: *Si Beda auctor esset Mombritianae legendae (quam potius alicui Mediolanensi adscripserim propter eius urbis apostolatum ibidem S. Barnabae operose adscriptum), non omisisset hunc referre in suo genuino Martyrologio, vel solo non fuisset contentus nomine, solitus addere elogia naminibus Sanctorum quorum acta nancisci potuerat, imo eos fere solos fastis suis inscribere.* Addit idem quantopere Mombritianus interpres pepercerit Mediolanensium praesumtioni, integrum se caput apostoli habere iactantium. Tacuit enim ille, quod in graeco est, redacta in cinerem ossa, additis modo his: *Impii Iudaei non satiati de nece illius* (i. e. Barnabae) *zelo odii concitati tulerunt sacratissimum corpus eius et in locello plumbeo concludentes in mare praecipitare disponebant.* Porro ad testimonium actis contrarium provocatur *Alexandri monachi, qui non adeo diu post inventionem corporis scribens in Cypro, certe cum adhuc recens esset haeresis a Petro Fullone anno 474. suscitatae.* Cui Alexandro consonare probantur Theodorus Lector et Georgius Cedrenus. Cedreni enim verba ad Theodorum composita ad annum Zenonis quartum sive Christi 478. haec laudantur: Τούτῳ τῷ χρόνῳ τὸ τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Βαρνάβα λείψανον εὑρέθη ἐν Κύπρῳ ὑπὸ δένδρον κεραστέαν ἱστάμενον, ἔχον ἐπὶ τοῦ στήθους τὸ κατὰ Ματθαῖον εὐαγγέλιον, ἰδιόγραφον ἀπὸ τοῦ ἀποστόλου Βαρνάβα etc. Denique is commentarius in hunc modum concluditur: *Quisquis tamen Periodos scripsit, procul dubio scripsit ante praedictam corporis inventionem ex traditione indigenarum; cui de mortis tempore credi possit, veluti ex vetustioribus monumentis firmato, et quoad locorum nomina, apostolica praedicatione intra ipsam insulam illustrata.* Etc.

Subiunguntur autem commentario I: *Acta vitae prioris ex vetusta editione Mombritii, collata cum membranaceo codice nostro*[42]). II: *Embolismus: An et quando Romae, Alexandriae ac Mediolani Barnabas praedicarit?* § 1: *Examinatur excursus in urbem ante mortem*

[42]) Hic codex in nota dicitur *videri in Gallia ante annos septingentos scriptus.*

Digitized by Google

Christi, et Alexandriam post illam: ex libro 1. *Recognitionum.* § 2: *Reliqua Barnabae et Clementis acta in Syria, ex iisdem libris Recognitionum; et horum quae fides esse possit?* § 3: *De Romano ac Mediolanensi S. Barnabae apostolatu eiusque fundamentis.* Iam sequuntur acta nostra ex cod. Vatic. et Sirleti interpretatione. Quem libellum excipit *Laudatio S. Barnabae apostoli, auctore Alexandro monacho Cyprio.* Ex graeco ms. Vatic. et interpretatione Franc. Zeni. Incipit prologus: Μεγίστην λόγων ὑπόθεσιν προέθετο τοῖς πτωχοτάτοις ἡμῖν ἡ πατρικὴ ὑμῶν φιλομαθία. Cap. I. inscribitur: *Barnabae ortus et educatio, conversio ad Christum. Paulus exceptus.* Item cap. II: *Evangelium socio Ioanne Marco praedicatum, martyrium in Cypro.* Item cap. III: *De Petro Fullone Antiocheni patriarchatus invasore, Cyprum sibi subiicere volente.* Denique cap. IV: *Inventio corporis S. Barnabae, et huius exinde celebris cultus.*

IV. ACTA PHILIPPI

sive, ut in graeco est,

Ex peregrinationibus Philippi apostoli.

Actus Philippi in decreto Gelasii capitis VI. loco sexto damnatos esse, vidimus supra pag. VII. Ad eandem fere cum decreto illo antiquitatem aliud de iisdem actibus testimonium pertinet. Anastasius enim Sinaita in eo libro quem scripsit de tribus quadragesimis summatim retulit quae in Περιόδῳ sive Circuitu Philippi perscripta invenerat. Iis epitome continetur libelli a nobis nunc primum editi, nisi quod, ut iam Thilo notavit in Prolegg. ad Act. Thom. pag. LXI., omissa sunt omnia quae maxime sapiunt haeresin et petulans inventoris ingenium produnt. Habent autem ita, quemadmodum Cotelerius in Monumentis ecclesiae graecae edidit, tom. III. pag. 428—430[43]):

Περὶ δὲ τῆς τεσσαρακοστῆς τῆς τοῦ Χριστοῦ γεννήσεως γέγραπται ἐν τῇ περιόδῳ τοῦ ἁγίου Φιλίππου ὅτι κηρύσσων τὸν λόγον τῆς ἀληθείας κατέλαβε διδάσκων καὶ τὴν τῆς Ἀσίας Ἰε-

[43]) Repetiit ex Cotelerio etiam Fabricius Cod. apocryph. II. p. 806 sqq. Item excerpsit Bellesobrius in histor. Manich. I. p. 346 sq.

Digitized by Google

ράπολιν σὺν τῷ Βαρθολομαίῳ καὶ τῇ ἀδελφῇ αὐτοῦ Μαριάμνῃ. ἡ δὲ πόλις ἐσέβετο τὴν ἔχιδναν. καὶ συλλαβόμενοι τοὺς ἀποστόλους μετὰ πολλὰς τὰς βασάνους, ἐπεὶ πάντη ἦσαν ἀπαράδεκτοι μηδὲ ἀκοῦσαι ἀνεχόμενοι τοῦ θείου λόγου, χωρὶς τοῦ πρώτως ὑποδεξαμένου τοὺς ἀποστόλους· ἐκεῖνος γὰρ ἐβαπτίσθη καὶ πᾶσα ἡ οἰκία καὶ συγγένεια αὐτοῦ, καὶ ἡ γυνὴ τοῦ ἀνθυπάτου· τὸν μὲν Φίλιππον ἐξαγαγόντες καὶ τρυπήσαντες τοὺς ἀστραγάλους ἐσταύρωσαν κατὰ κεφαλῆς, τὸν δὲ Βαρθολομαῖον ἐπὶ ξύλου ἀνήρτησαν σύνεγγυς αὐτοῦ, τὴν δὲ Μαριάμνην κατέσχον ἐν φυλακῇ. ἐλθόντος δὲ τοῦ ἁγίου Ἰωάννου ἐκεῖσε, εἶπε Φίλιππος πρὸς αὐτὸν ὡς ἂν αἰτήσωνται πῦρ ἐξ οὐρανοῦ κατενεχθῆναι καὶ καταναλῶσαι πάντας αὐτούς· ὅπερ ὁ ἀπόστολος διεκώλυσε γενέσθαι. μετὰ δὲ τὴν αὐτοῦ ὑποχώρησιν καὶ τριῶν ἡμερῶν παραδρομὴν προσηύξατο ὁ ἅγιος Φίλιππος, καὶ ἤνοιξεν ἡ γῆ τὸ στόμα καὶ πάντας τοὺς εἰδωλολάτρας ζῶντας ἐς ᾅδου κατήγαγε. καὶ μετὰ ταῦτα ἐφάνη αὐτῷ ὁ σωτὴρ ἀναμιμνήσκων αὐτῷ τῆς ἐντολῆς αὐτοῦ λεγούσης μὴ ἀποδιδόναι κακὸν ἀντὶ κακοῦ, καὶ τῶν λοιπῶν· εἶτα καὶ προσθείς Ἐπεὶ παρήκουσας τῆς ἐντολῆς μου καὶ ἐκάκωσας τοὺς λυποῦντάς σε, σὺ μὲν κοιμηθήσῃ ἐνταῦθα καὶ ἀπενεχθήσῃ ἐν δόξῃ ὑπὸ τῶν ἁγίων μου ἀγγέλων ἄχρι καὶ τοῦ παραδείσου· οὐκ εἰσελεύσῃ δέ, ἀλλὰ τεσσαράκοντα ἡμέρας ἔξω στήσῃ λυπούμενος καὶ κωλυόμενος ὑπὸ τῆς φλογίνης ῥομφαίας, ἀνθ' ὧν ἐλύπησας τοὺς ἀδικοῦντάς σε· εἶτα εἰσελεύσῃ καὶ ἀπολήψῃ τὸν ἡτοιμασμένον σοι τόπον. ἀνενεγκὼν δὲ καὶ τοὺς κατενεχθέντας ἐν τῷ ᾅδῃ, ἀνῆλθεν εἰς οὐρανούς. εἶτα διεστείλατο ὁ Φίλιππος τῷ Βαρθολομαίῳ καὶ τῇ Μαριάμνῃ ὥστε εἰπεῖν Ἰακώβῳ καὶ τοῖς λοιποῖς ἀποστόλοις νηστεῦσαι καὶ προσεύξασθαι περὶ αὐτοῦ τεσσαράκοντα ἡμέρας. καὶ οὕτως οἱ ἀπόστολοι πᾶσι τοῖς πιστοῖς τεσσαράκοντα ἡμερῶν νηστείαν καὶ προσευχὴν διωρίσαντο· καὶ ἐφυλάχθη παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων καὶ τῶν ζ οἰκουμενικῶν συνόδων. καὶ ἐνενομοθετήθη οὐχὶ πέντε ἢ ὀκτὼ ἢ δέκα ἡμερῶν νηστεία ἀλλὰ τεσσαράκοντα.

Ipsum autem libellum nostrum Hagiographis ex codice Vaticano innotuisse et ab iis editionis honore indignum habitum esse, cl. Thilo ex iis conclusit quae illi ad diem I. mens. Maii adnota-

Digitized by Google

runt[44]). Quod dubito an recte. Neutrum enim eorum quae illi ex libro Vaticano ms. laudant in nostris actibus invenitur: neque enim narratur, Stachyn a caecitate liberatum esse quam tulisset annos quadraginta; neque magis leopardus et hoedus caprarum, de quibus sect. 36. sermo est, humana voce locuti traduntur. Utrumque vero ita comparatum est ut praecessisse videatur res in nostro libello expositas. Propterea aliam Periodorum quas vocant Philippi partem — eamque imperfectam, ut ipsi testantur — ex Vaticano codice Hagiographis innotuisse arbitror. Quam in rem confer etiam quae post disseremus de codicis Veneti nota ad libri titulum addita, item quae adnotabuntur ad altera Philippi acta, quae acta in Hellade dicuntur.

Quanto vero opere traditiones de Philippo quum apud Latinos tum maxime apud Graecos celebratae ab apocryphis eius Periodis quas vocant pendeant, quo facilius intelligatur, excerpere placet plures locos ab Hagiographis ad illustrandam Philippi vitam allatos.

In menologio Basilii Porphyrogeniti auctoritate ante septem saecula edito (editus est is Act. SS. tomus anno 1680.) ad XIV. diem Novembris haec leguntur: *Philippus ex duodecim apostolis unus, Bethsaidae Galilaeae natus, post Iesu Christi ascensionem miraculorum frequentia insignis, Traiano imperatore profectus est Hierapolim cum septem filiabus et Mariamne sorore sua et Bartholomaeo apostolo, ubi Iesu Christi verbum nusquam non disseminando deducebat ab idolorum vanitate multitudinem gentilium, qui eodem in loco simul cum Nicanora uxore proconsulis, hominis inter suos primarii, serpentem dignabantur cultu et honore divino. Quare cum proconsulis iussu Bartholomaeus et Philippus sublimibus e muro pedibus penderent, orante Philippo gentiles omnes cum proconsule, cum vipera, cum sacerdotibus eius, repentino terrarum hiatu hausti sunt. Verum omnes singulari Dei beneficio, praeter proconsulem caedis Sanctorum auctorem et viperam, emersere in*

[44]) Cf. Act. SS. mens. Maii tom. I. pag. 8. F, ubi haec leguntur: Alia acta graeca descripsimus Romae ex codice Vaticano signato 808, sed imperfecta; quae non est operae pretium edere: solum noto quod hic dicatur inter miracula praefatus Stachys a caecitate liberatus, quam tulerat annis quadraginta: leopardus etiam et hoedus caprarum humana voce locuti. Item cf. Thil. Prolegg. ad Act. Thom. pag. LXIII.

***

Digitized by Google

apertum aerem; solutoque Bartholomaeo Philippus ea cruciatu consumptus est. Cf. l. l. pag. 8. C.

Item pervetustum synaxarium graecum ecclesiae Constantinopolitanae ad eundem diem haec scripta habet: -- *Hic post ascensionem Domini sortitus Asiaticam terram, sub Traiano imperatore Hierapolim (quae tunc Ophioryme, quasi serpentinus impetus, dicebatur) accessit cum Mariamne sorore sua et Bartholomaeo apostolo. Docebat autem evangelium Christi, persuadens infidelibus ut ab errore idolorum discederent: viperam namque instar dei habebant. Multi autem fidem Christi suscipiebant, inter quos erat Nicanora uxor proconsulis, qui eos magna ignominia prosequebatur, volens plurimum ulcisci. Quare captum calcaneis pedum perforatis mandavit inverso capite de ligno suspendi una cum apostolo Bartholomaeo, cui idem supplicium inflictum. Cum Philippus ita suspensus preces funderet, subito terra aperta absorpsit omnes infideles Hierapoli existentes una cum proconsule et vipera huiusque sacerdotibus. Verum miserante Christo omnes, exceptо proconsule et vipera, liberati sunt. Et mox Bartholomaeum dissolverunt; Philippus autem eorum repressit conatus, atque ita in ligno vitam finivit. Huius corpus cum Bartholomaeus et Mariamne sepulturae tradidissent, in Lycaoniam discesserunt.* Cf. l. l. pag. 8. D.

Item in Menaeis et excusis et manuscriptis, ut ibidem notatum est, Philippus cum Bartholomaeo et Mariamne sorore Mysiae et Lydiae civitates praedicando evangelium obiisse dicitur, et multa pericula et afflictiones ab infidelibus pertulisse, etiam cum Iohanne evangelista, qui id temporis Christum in Asia praedicabat, egisse. Ibidem ipse proconsul appellatur Nicanor, cuius uxor Christi fidem amplexa erat, et additur mentio de Stachy, cuius domus a proconsule et populo incensa erat; diciturque idem Stachys episcopus Byzantinus creatus.

Porro afferuntur ab Hagiographis l. l. pag. 12. F. acta Philippi ex mss. graecis a Metaphraste excepta, interprete Papebrochio. Ex quibus in nostram rem inprimis conferenda sunt quae inde a sect. 8. usque 14. leguntur. Initium est: *Civitas quaedam Phrygiae quae sancta nominatur et incolarum frequentia praecellit ceteras atque aliarum mater dicitur, sanctissimum Philippum post innumeros pro fide*

Digitized by Google

labores excepit. Cum autem huc venisset apostolus ut etiam in ea praedicaret evangelium, eamque vidisset simulacris et inter pestifera venenata viperae cuidam monstrosae cultum deferre, divino succensus est zelo: et orationibus assiduis enixius incumbens Christique nomen invocans letiferam illam belluam, quae multis fuerat mortis causa, neci dedit. Finis est: *Qui autem salvati erant, festinabant quidem discipulos eximere e vinculis eosque e ligno quantocius deponere; sed cum Bartholomaeum solvissent, prohibuit Philippus ne idem sibi facerent: sciebat enim sese iamiam emigraturum ad illum quem desiderabat. Ideoque e ligno pendens die tota loquebatur cum civibus de salute ipsorum confirmansque eorum animos exhortando, et preces pro iis fundens sancte inter sancta excessit eloquia, atque ad Dominum quem amaverat transiit, animam suam in manus illius commendans. Venerandum porro illius corpus a Bartholomaeo et Mariamne, cum ea splendide persolvissent quae fieri in sepulturis consueverunt, depositum est* etc.

Quibus actis adduntur ibidem pag. 14. F sq. *Miracula S. Philippi ex magnis Graecorum Menaeis.*

Atque haec quidem omnia ex Graecorum potissimum libris petita sunt. Quae vero *Philippi vita ex pluribus vetustis mss. latinis et breviariis Romanis* edita est ab Hagiographis l. l. pag. 11. F sq., ea et satis brevis est et maximam partem transscripta ex Pseudo-Abdiae historiarum apostolicarum libro X., ubi de rebus Hierapoli gestis breviter sic scriptum est[45]): *Ipse vero apostolus -- per revelationem in Asiam reversus est et in civitate Hierapoli exinde commorabatur: ubi haeresin malignam Hebionitarum extinxit, qui dicebant non verum hominem natum ex virgine Dei filium assumpsisse.* (In vita Philippi: *qui docebant quod non vere natus ex Maria virgine Dei filius carnem assumpsisset.*)

Caute vero a tradendis Philippi historiis abstinuit Eusebius hist. eccles. III, 31. Nihil enim nisi haec ex Polycratis Ephesinorum episcopi ad Victorem episcopum Romanum epistola affert: καὶ γὰρ καὶ κατὰ τὴν Ἀσίαν μεγάλα στοιχεῖα κεκοίμηται, ἅτινα ἀναστήσεται τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ τῆς παρουσίας τοῦ κυρίου, ἐν ᾗ ἔρχεται μετὰ δόξης ἐξ οὐρανοῦ καὶ ἀναζητήσει πάντας τοὺς

[45]) Cf. Fabric. Cod. apocr. II. p. 740 sq.

Digitized by Google

ἁγίους· Φίλιππον τὸν τῶν δώδεκα ἀποστόλων, ὃς κεκοίμηται ἐν Ἱεραπόλει, καὶ δύο θυγατέρας αὐτοῦ γεγηρακυῖαι παρθένοι -- Itemque ex Caii dialogo verba laudat haec: μετὰ τοῦτο δὲ προφῆτιδες τέσσαρες αἱ Φιλίππου γεγένηνται ἐν Ἱεραπόλει τῇ κατὰ τὴν Ἀσίαν· ὁ τάφος αὐτῶν ἐστὶν ἐκεῖ καὶ ὁ τοῦ πατρὸς αὐτῶν.

Cum qua Eusebii moderatione confer Nicephori temeritatem, quem quidem apocryphis historiis uti consuevisse constat. Is enim histor. eccles. lib. II. cap. 39. de Philippo et Bartholomaeo apostolis haec habet: Φιλίππῳ δὲ καὶ Βαρθολομαίῳ Συρία τε καὶ Ἀσία ἡ ἄνω κεκλήρωτο. -- ὅ γε μὴν Φίλιππος τὰς τῆς Ἀσίας δυὼν πόλεις καὶ εἰς Ἱεράπολιν τῆς Φρυγίας ἔρχεται -- τόσον γε μὴν εἰδώλοις προστετηκυῖαν ὡς καὶ ἔχιδναν θηρίον ἰοβόλον τε καὶ ἀκάθαρτον θαλαμεύειν ἐντίμῳ τε θεραπείᾳ τιμᾶν οἷα θεῷ καί τισι θυσίαις ἐκτρέφειν καὶ ὑπερφυῶς προσανέχειν αὐτῇ. ἀλλὰ τοῦ ἀποστόλου τῷ τόπῳ ἐπιδημήσαντος, συνείπετο δέ οἱ καὶ ἡ σύγγονος αὐτῷ Μαριάμνη παρθενίαν ἐπαγγρημένη τὴν διὰ βίου, εὐθὺς τό τε κατειδωλον τῆς χώρας ἐσβέννυτο καὶ τὸ θράσος τῶν ἐποίκων δαιμόνων ἀσθενὲς ἦν· ἥ γε μὴν εἰρημένη θεὸς ἔχιδνα οἴκοθεν ἀνερρήγνυτο, καὶ ὡς ἀπὸ πυρὸς φλέγοντος ἐξηλαύνετο, αἰσχύνῃ τε οἱ ταύτῃ δὴ προσανέχοντες ἐκαλύπτοντο. θαυμάτων γὰρ καὶ τεραστίων ὅτι πλείστων ἐπιρρεόντων διά τε Φιλίππου καὶ Μαριάμνης, στάσις τῷ πλήθει ἀνερριπίζετο· οἱ μὲν γὰρ τῷ Βαρθολομαίου καὶ Φιλίππου θεῷ προσετίθεντο· ἦν γὰρ καὶ Βαρθολομαῖος ἐξ ὑπογύου εἰς συνεργίαν Φιλίππῳ παρὰ τοῦ κυρίου ἀποσταλείς· οἱ δὲ καὶ ἔτι τῇ δαιμονιώδει προλήψει προστετηκότες ἦσαν. οἳ καὶ ἐπισύστασιν ποιησάμενοι, εἰσπεσόντες ἀθρόον Φίλιππον μὲν ἐκεῖθεν ποθὲν διαρπάσαντες καθάπερ τι σφάγιον ἐπί τινος κίονος κατὰ κεφαλῆς ἀπῃώρουν· Βαρθολομαῖον δὲ ὄρθιον ἐπὶ ξύλου κατὰ σχῆμα σταυροῦ ἀναρτῶσιν. οὕτω δ' ἔχοντος σχήματος τρέπονται μὲν εἰς εὐχήν· ὑπενάστει δὲ ὁ χῶρος εὐθὺς εἰς βάθος μέγιστον συνιζάνων, συγκατεσπῶντο δὲ οἱ λαοί· ἐν χρῷ δὲ κινδύνου καὶ ἡ πόλις πᾶσα καθίστατο. αἰσθόμενοι δὲ οἱ περιλειφθέντες ὡς ἔκτισις ἀπωλείας τῆς εἰς τοὺς μύστας Χριστοῦ παροινίας ταῦτά ἐστιν, ἐξάπινα πάντες τὴν κατὰ Χριστὸν ἠσπάζοντο πίστιν. καὶ ὁ μὲν Βαρθολομαῖος τῶν δεσμῶν ἀπελύετο, ὃς

Digitized by Google

τὸν γενναῖον Φίλιππὸν ὁσίως τηνικαῦτα τῷ μαρτυρίῳ τελειωθέντα τῇ γῇ καταθέμενος, καὶ τὴν πόλιν πᾶσαν φωτίσας καὶ Χριστῷ παραθέμενος, μετὰ χρόνους ἐς ὕστερον καὶ αὐτὸς ἐν Οὐρβανοπόλει τῆς Κιλίκων ἐπαρχίας σταυρῷ πάλιν ἀνατιθεὶς πρὸς τὸν μόνον ποθούμενον ἀνατρέχει Χριστόν. Haec quomodo ex nostro libello fluxerint et tamen propria quaedam teneant, accuratius visuris in promtu erit.

Reliquum est ut documenta indicemus quibus continentur acta Philippi.

Ipsi adhibuimus codices duo: uterque integer est, neque alter ab altero nimis diversus. Alter est Parisiensis (Par), in bibliotheca Regia nunc Nationali numero 881. signatus, saeculi XI., ubi loco 16. haec acta habentur. Alter est Venetus (Ven), in bibliotheca Marciana signatus numero CCCXLIX. In quo quod inscriptioni additum legitur: ἀπὸ πράξεως πεντεκαιδεκάτης μέχρι τέλους, ἐν αἷς τὸ μαρτύριον, id grave est ad pristinam libri rationem cognoscendam. Inde enim dubitari nequit quin extrema tantum actuum Philippi pars libello nostro contineatur. Priore vero verisimile est res eiusmodi traditas esse unde sua hauserit plurima Pseudo-Abdias; quemadmodum etiam, ut supra vidimus, quae Vaticano codice 808. continentur ad eundem actuum librum pertinere videntur.

Praeter hoc codicum par ad actorum initium contulimus alterum Parisiensem (Par^b), notatum in biblioth. Reg. nunc Nation. num. 1454., saeculi decimi. Sed is et mancus est in fine et tam graviter affectus madore ut plurima legi nequeant. Nec ipsius tituli scripturam assequi poteram; complectitur vero versus quatuor, ut simile quid atque in Veneto codice additum esse suspicari possis.

Tertium Parisiensem codicem, notatum in eadem bibliotheca num. 1468., saeculi undecimi, in quo Μαρτύριον τοῦ ἁγίου καὶ πανευφήμου ἀποστόλου Φιλίππου loco 44. legitur, a me non adhibitum esse aegre fero. Etsi enim tria fere folia perierunt, quorum duobus acta finiebantur, tamen, teste Thilone in Prolegg. ad Act. Thomae pag. LXII sq., tanta est horum fragmentorum a ceteris codicibus diversitas ut aliam antiquam libri recensionem prodere videantur.

Digitized by Google

Porro codice Vaticano num. 808. Philippi acta quamquam imperfecta contineri, Hagiographi testantur. Quorum quae ratio ad acta nostra esse videatur, iam supra indicatum est. Accedit Baroccianus codex num. 180. bibliothecae Bodleianae, unde Μαρτύριον τοῦ ἁγίου Φιλίππου in schedas suas Ern. Grabius transtulit[46]). Priora ibi desiderantur, neque reliqua prorsus cum nostris convenire videntur. Initium enim hoc est: Ὅτε δὲ Φίλιππος ὁ τοῦ Χριστοῦ ἀπόστολος κατεκλείσθη ἐν τῷ ἱερῷ τῆς ἐχίδνης ὑπὸ τοῦ ἡγεμόνος[47]). Quae conferenda sunt cum primis verbis sectionis 17.

Denique Vindobonensem codicem cum Philippi actis in commentariis suis indicarunt Lambecius et Kollarius lib. VIII. p. 584. Codex is est XIX. histor. graec., ubi loco XIV. haec leguntur: Μηνὶ τῷ αὐτῷ (i. e. Νοεμβρίῳ) ιδ'. Πρᾶξις καὶ μαρτύριον τοῦ ἁγίου καὶ πανευφήμου ἀποστόλου Φιλίππου. Κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον Τραϊανοῦ τοῦ βασιλέως παρειληφότος τὴν τῶν Ῥωμαίων ἀρχήν, μετὰ τὸ μαρτυρῆσαι ἐν ὀγδόῳ ἔτει τῆς βασιλείας αὐτοῦ Σίμωνα τὸν τοῦ Κλωπᾶ[48]) ἐπίσκοπον ὄντα Ἱεροσολύμων etc.

V. ACTA PHILIPPI IN HELLADE.

De his alteris Philippi actis possumus breves esse. Cognata ea esse actis illis quae modo recensuimus, quum ex aliis tum ex eo clarum fit quod in utrisque formulae quaedam mysticae syriacis vel chaldaicis verbis expressae habentur. Cf. Acta Philippi sect. 26; item Act. Philippi in Hellade sect. 18. Hinc aliquis coniecerit, et haec et illa videri ad eundem olim pertinuisse actuum Philippi librum, de cuius ambitu testem vidimus codicem Venetum ad priora Philippi acta. Cui coniecturae altera opponi potest. Possit enim antiquorum aliquis posteriorem fabulam ad prioris modum composuisse putari:

---

[46]) Ex eodem codice Oxoniensi Ern. Grabius hausit textum suum actorum Pauli et Theclae, ut supra indicavimus.

[47]) Cf. Thil. Prolegg. ad Act. Thom. pag. LXIII. nota d.

[48]) De hoc Simone sive Symeone, ut id obiter moneam, cf. Euseb. histor. eccles. III, 32.

Digitized by Google

certe enim prior libellus egregiam antiquitatis laudem habet, quam eandem in posteriore inesse dubium est.

Haec altera Philippi acta Hagiographi in libro ms. Vaticano repererunt: quod referunt ad diem VI. mens. Iunii pag. 620. et ad I. mens. Maii pag. 9. Sed in iis quae in hanc rem disputant ambiguum nescio quid inest. Ad primam enim Maii l. l. a G. H. (i. e. Godofr. Henschenio) in hunc modum scriptum est: *Minus edenda hoc loco videntur miracula quae sub nomine Philippi apostoli habentur in Graecorum Menaeis indeque apud Maximum Cytheraeum. Decipit enim apostoli nomen, etiam apostolorum discipulis commune, et (si finem excipias in quo continentur aliqua Hierapoli gesta) omnia spectant ad Philippum e septem primis diaconis unum, de quo infra, uti ad VI. Iunii apparebit. Idem intelligo de actis Philippi apostoli in ms. graeco Vaticano reperiendis, velut continentibus gesta Athenis in Graecia, cum Adenae in Arabia potius conveniant.* Altero vero loco D. P. (i. e. Dan. Papebrochius) haec adnotavit: *Egimus I. Maii de S. Philippo apostolo ex duodecim, et post illius acta quaedam, primum edita ex antiquis mss. latinis, deinde ex Metaphraste, descripsimus miracula nonnulla ex Menaeis; quae quia Hierapoli facta narrabantur, ad ipsum iudicabamus pertinere qui ibi praedicavit et obiit: priora vero omnia ibidem relata Philippum diaconum potius spectare arbitrati ad Iunium reiecimus. Movebat nos quod post longum coram Atheniensibus de fide certamen cum principe scribarum ad illum redarguendum Hierosolymis accersito advectoque in Graeciam, et post socios eius pertinacissimo isto a dehiscente terra paulatim absumpto baptizatos*[49]*), diceretur Sanctus percurrisse Candacum civitates et conscensa navi pervenisse Azotum, ubi caecutientem hospitis sui filiam a gravibus oculorum doloribus liberaverit. Videbantur siquidem reginae Candacis ditiones indicari, quas ab eunucho iam instrui coeptas Philippus porro confirmaverit; cum antea non Athenis in Graecia sed Adenae in Arabia praedicasset et praedictum certamen sustinuisset, atque fundatae ibi ecclesiae Narcissum quemdam praefecisset. Nec incredibile apparebat, eumdem Philippum aliquando revertisse Azotum, ubi olim inventus fuerat cum eum ab eunuchi latere*

[49]) Quae hucusque recensita sunt, inveniuntur omnia in alteris Philippi actibus nostris.

Digitized by Google

spiritus rapuit. Nunc, re iterum et accuratius examinata, adeo insulsa ac fabulosa videtur narratio tota, ut aegre persuaderi possim aliquid ipsi veritatis subesse. Quid enim a vero potest alienius esse quam quod scribarum princeps praedictus fingatur ab Atheniensibus seu mavis Adenensibus Philippum postulare deducendum in Ierusalem, ubi Archelaus rex eum esset ad multorum exemplum interfecturus [50]*, cum post Herodis infanticidae filium adolescente adhuc Christo privatum regno nullus Archelaus in Iudaea regnarit? Igitur farraginem illam indignam censuimus quae hoc loco proferretur, ac multo magis prolixiorem aliam quam reperimus in Vaticano sub hoc titulo:* Πράξεις τοῦ ἁγίου Φιλίππου τοῦ ἀποστόλου τὸ β΄ εἰς τὴν Ἑλλάδα τῶν Ἀθηνῶν. *Actiones S. Philippi apostoli secundum in Helladem Atheniensium, subintellige profecti, ubi triginta philosophi aestimationi suae metuentes a nova eius doctrina miraculis grandibus confirmata magno pontifici Iudaeorum Ananiae de eo scripsisse feruntur; quem caecitate percussum frustraque sanatum terra denique paulatim absumpserit; ipse vero Philippus dicitur post biennium Athenis actum et episcopum presbyterosque ordinatos in Parthiam praedicaturus abiisse* [51]*).*

Ad edenda vero acta Philippi in Hellade uti nobis non licuit nisi uno codice Parisiensi saeculi undecimi. Signatus is est in bibliotheca Reg. nunc Nation. numero 881., ex quo eodem descripsimus alteros Philippi actus, quos hi in codice continuo excipiunt.

VI. ACTA ANDREAE.

Inter actus apostolorum apocryphos famae antiquitate et celebritate eminent actus Andreae: quos ut Eusebius (hist. eccles. III, 25.) non sine impietatis nota commemorat, et Epiphanius (haeres. XLVII, 1. LXI, 1. LXIII, 2.) imprimis placuisse per-

[50]) Etiam haec in alteris actibus nostris relata leguntur.

[51]) Haec omnia rursus ex *alia farragine* allata in iisdem alteris Philippi actibus nostris habentur, etsi ea a prioribus Papebrochius satis distinguit dicens *prolixiorem aliam farraginem.* Hinc tota haec Papebrochii disputatio ad duas narrationes his actibus simillimas spectare iudicanda erit; neque enim priora eius verba ad eos actus quadrant de quibus, ut vidimus, ad primam Maii G. Henschenius breviter explicuit.

Digitized by Google

hibet Encratitis Apostolicis Origenianis; ita Philastrius (haeres. 88.) et Augustinus (contra adversar. legis et prophet. I, 20.) Manichaeis aliisque haereticis comprobatos testantur. Neque desunt testimonia veterum, ut Photii Augustini Evodii Turribii, quibus efficitur Leucium ab antiquis actuum Andreae auctorem haberi solitum esse. Cui libro idem quod plerisque Leucii libris evenisse probabile est, ut retractaretur ab hominibus fidei catholicae atque sic in communem usum converteretur. Cuiusmodi retractationem illorum actuum vel potius extremae tantum eorum partis contineri actibus Andreae iis quos ipsi edidimus, Thiloni nuper est visum [52]). Quod ab antiquitate libri Leucii probabile fit, quum nemo testetur alios Andreae actus iam eadem illa aetate exstitisse: nisi id fortasse ex Philastrii verbis elicias qui l. l. scripturas apocryphas morum caussa a perfectis legendas ex haereticorum libris interpolatas atque corruptas dicit, eiusque rei exemplum ipsos Andreae actus afferre videtur. Possit etiam ad Philastrium addi Augustinus, qui l. l. ut auctoritatem infringat apocryphorum librorum Andreae et Iohannis nominibus insignitorum, nihil facit nisi quod ad iudicium ecclesiae provocat (,,*quae si illorum essent recepta essent ab ecclesia*“): quod eum vix facturum dixeris si de famosis Leucii libellis locutus esset, quos ipso auctoris nomine addito laudat de actis cum Felice Manich. II, 6: *in actis conscriptos a Leucio quos tanquam actus apostolorum scribit.* Praeterea in epistola III. ad Exsuperium Innocentius I. et actus apostolorum a Leucio et, si sana est lectio, actus Andreae a Nexocharide et Leonida philosophis compositos recenset, utrosque repudiandos declarans. Sed quum magna plerumque antiquorum ambiguitas sit de apocryphis scriptis disserentium: quaeritur an Thilonis

[52]) Cf. Thil. programma Halense in certamen academicum litterarium scriptum a. 1846. pag. XII: *Praeterea non dubito quin presbyterorum Achaiae epistola de martyrio Andreae, quam Woogius pro genuino saeculi primi scripto venditavit, fragmentum sit ex Leucii actibus desumptum et a scriptore catholico in hanc qua in lucem prodiit formam redactum.* (Similiter Tillemont: *Mémoires* I. p. 892.) Antea vero idem in Prolegg. ad Act. Thom. p. LXIX. sic existimavit: *Quanquam minime adstipulari possum Woogii sententiae qui hanc epistolam genuinam arbitratur atque circiter annum octogesimum seculi primi litteris mandatam fuisse statuit; eam tamen tam antiquam esse censeo eiusque indolis ut hoc nomine inter apocrypha Novi Testamenti recenseri debeat, quibus etiam quae viris apostolicis supposita sunt annumeramus.*

Digitized by Google

coniecturae actuum eorum quos habemus conveniat ratio. Ii autem ita comparati sunt ut pleraque nec a veri studio aliena neque persona tanti apostoli indigna videantur. Unde factum est ut multi iique et ingenio et eruditione pollentes[54]) istum libellum ab ipsius primi saeculi hominibus conscriptum contenderent, etsi nec pauci aliter senserunt[54]). Conveniunt enim hi actus graeci cum celeberrima *epistola encyclica* quae dici solet *presbyterorum et diaconorum Achaiae de martyrio Andreae*, quam latine dudum a pluribus publicatam esse constat[53]), graece vero ante hos centum annos primus edidit Car. Christ. Woog[54]), acerrimus laudis paene apostolicae in eam epistolam collatae defensor.

Qua de controversia decidere difficile est, quamquam nec Woogii sententiam circa octogesimum annum saeculi primi auctorem vixisse existimantis probare possum, nec Thilonis coniecturae nimium fidei habendum censeo: Leucii enim scriptum, quod satis diversum a libro nostro cogitari debet, ea aetate qua adhuc certa quaedam de Andreae martyrio traditio vigebat homo catholicus, in quo nec studium nec ingenium vulgare esset, in suam rem convertisse putandus est. Ut autem de fontibus unde haustus sit non satis constet, ipsum libellum eum qui ad nos pervenit et auctorem perantiquum habere nec a fide historica prorsus abhorrere[55]), omnino statuendum erit: quod est eiusmodi ut originem haereticam et quidem Leucianam haud ex-

[53]) Cf. Fabric. Cod. apocr. II. pag. 746. ubi editiones latinae recensentur, item Woogium: Presbyter. et diacon. Achaiae de martyrio S. Andreae etc. Exercitat. III. pag. 114 sq.

[54]) Libri titulus plene sic legitur: Presbyterorum et diaconorum Achaiae de martyrio S. Andreae apostoli epistola encyclica graece nunc primum ex cod. bibl. Bodlei. edita, latine versa, notisque et dissertationibus illustrata studio et cura Car. Christ. Woog. Lipsiae 1749. Ibidem pag. 121 sqq. (et 114 sqq.) recensentur qui hanc epistolam saeculo apostolico adiudicarunt, ut Baronius et Bellarminus; item pag. 123 sqq. qui aliter existimarunt, ut Fabricius et Walchius, item pag. 119 sq., qui rem in medio relinquendam duxerunt, ut Dupin aliique. Separatim etiam prodiit ibidem eodem anno eiusdem Woogii de presb. et diacon. Achaiae epistola etc. adversus Tillemontium dissertatio, quae verbotenus in editione epistolae repetita est.

[55]) Inprimis notabile est iudicium quod de huius libri auctoritate tulit Baronius, postquam de Andreae actis per Manichaeos corruptis exposuit; cf. annales ad annum Christi 68. num. 34. ed. Antv. fol. 670. Eius verba haec sunt: *Quae vero de Andreae martyrio in epistola presbyterorum Achaiae habentur expressa, digna existimata sunt ut in ecclesia recitentur.* Qui honor canonico proximus est.

Digitized by Google

cludat. Sequimur autem hac in re antiquorum scriptorum eorumque catholicorum exemplum, qui passim cum haeretica origine coniunctam defenderunt laudem veritatis; quemadmodum Turribius Asturicensis ad Idacium et Ceponium episcopos scribit: *Ut autem mirabilia illa atque virtutes quae in apocryphis scripta sunt sanctorum apostolorum vel esse vel potuisse esse non dubium est, ita disputationes assertionesque illas sensuum malignorum ab haereticis constat esse insertas* [56]).

Leguntur autem apud antiquos duo potissimum loci ex Andreae actibus allati, unde coniicere licet quae ratio inter Leucii librum intercesserit et nostrum. Alter est apud Evodium Uzalensem, alter apud libri de vera et falsa poenitentia auctorem, Augustini et Evodii fere aequalem. Atque Evodii quidem locus de fide contra Manich. cap. 38. sic habet:

Attendite in actibus Leucii quos sub nomine apostolorum scribit, qualia sint quae accipitis de Maximilla uxore Egetis, quae cum nollet marito debitum reddere, cum apostolus dixerit Uxori vir debitum reddat, similiter et uxor viro: illa supposuerit marito suo ancillam suam Eucliam nomine, exornans eam, sicut ibi scriptum est, adversariis lenociniis et fucationibus, et eam nocte pro se vicariam supponens, ut ille nesciens cum ea tamquam cum uxore concumberet. Ibi etiam scriptum est quod cum eadem Maximilla et Iphidamia simul issent ad audiendum apostolum Andream, puerulus quidam speciosus, quem vult Leucius vel deum vel certe angelum intelligi, commendaverit eas Andreae apostolo et perrexerit ad praetorium Egetis, et ingressus cubiculum eorum finxerit vocem muliebrem quasi Maximillae murmurantis de doloribus sexus feminei et Iphidamiae respondentis: quae colloquia cum audisset Egetes, credens eas ibi esse, discesserit. De his rebus altera secundo loco relata plane non invenitur in libello nostro; altera vero

[56]) Similiter loquitur Pseudo-Hieronymus in epistola Chromatio et Heliodoro episcopis inscripto (cf. Thil. Cod. apocr. I. p. CIV.): (*Seleucus* [sive Leucius] *Manichaei discipulus*) *de virtutibus eorum et miraculis per eos factis vera dixit, de doctrina vero eorum plura mentitus est.* Item Pseudo-Melito in passione S. Iohannis (cf. Fabric. Cod. apocr. III. p. 604. et Thil. progr. Hal. 1846. cum actis Andreae et Matthiae p. VI.): *Volo sollicitam esse fraternitatem vestram de Leucio quodam, qui scripsit apostolorum actus - -: qui de virtutibus quidem quas per eos dominus fecit vera dixit, de doctrina vero multa mentitus est.*

Digitized by Google

leviter tantummodo tangitur, cf. sect. 15. pag. 129[57]). Alter vero locus in libro de vera et falsa poenitentia, 22. sic habet: *In hoc desiderio erat Andreas, qui in cruce positus a domino requirebat Tempus est ut commendes terrae corpus meum. Volebat enim eum plebs de cruce deponere. Ipse autem coepit dominum rogare Ne me permittas domine descendere vivum, sed tempus est ut commendes terrae corpus meum: tam diu enim iam portavi, tam diu super commendatum vigilavi et laboravi, quod vellem iam [ab] ipsa obedientia liberari et isto gravissimo indumento exspoliari. Recordor quantum in portando onerosum, in fovendo infirmum, in coercendo lentum, in domando superbum laboravi. Scis domine quotiens a puritate contemplationis me retrahere conabatur, quotiens a dulcissimo quietis [tuae] somno me excitare contendebat, quantum et quotiens dolorem ingerebat. Qui igitur tam diu, pater benignissime, pugnanti restiti et tua ope superavi et vici, a te pio et iusto remuneratore posco ne mihi ultra commendes, sed depositum reddo: commenda alii quem illud ultra non impediat et resurrecturum servet et reddat, ut et ipsum quoque meritum sui laboris recipiat. Terrae me commenda, ut me amplius vigilare non oporteat, et libere ad te fontem indeficientis gaudii tendere anxiantem me non retrahat nec impediat. Hic dolebat iam non esse cum domino, nec poenitebat commendatum esse domino.* Dudum observatum est[58]) hos Andreae sermones parum cum iis convenire quos nunc in epistola de Andreae passione legimus: nisi quod certe illa in principio dicta: *Tempus est ut commendes terrae corpus meum,* multo magis in graeco textu et quidem nostro[59]) sunt quam in latino, quocum etiam Pseudo-Abdias consentit.

---

[57]) Memorabile est, apud Epiphanium monachum in eo quod *noluerit Maximilla marito debitum reddere*, primariam caussam poni cur Andreas iussu Aegeatis custodiam suppliciumque subierit. Cf. Epiph. edita et inedita, cura A. Dressel, 1843., pag. 72. Τότε ὁ ἀνθύπατος εἶπε πρὸς Μαξιμίλλαν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ Πείσθητί μοι κάθευδέ μοι, -- εἰ δὲ μή, σταυρῷ παραδίδωμι τὸν ἀπατήσαντά σε etc. Paullo aliter Nicephorus histor. eccles. II, 39. -- ὑπὸ τοῦ ἀνθυπάτου Αἰγαιάτου τῷ σταυρῷ οὗτος πρασήλωται, ἔγκλημά οἱ ἐπαγαγόντος ὅτι περ τὴν γαμετὴν αὐτοῦ Μαξιμίλλαν καὶ τὸν ἀδελφὸν Στρατοκλέα Χριστῷ προσαγάγοι, τὴν ἐκείνου βδελυξαμένους δυσσέβειαν.

[58]) Cf. Fabric. Cod. apocr. II. p. 752.

[59]) Cf. sect. 14. pag. 127. καιρὸς γάρ ἐστιν ἵνα ἀποδοθῇ τῇ γῇ τὸ σῶμά μου. In Woogii textu eiusmodi nihil invenitur. Cf. l. l.

Digitized by Google

Saeculis fere tribus ab Augustini aetate elapsis apud Etherium et Beatum celebres Elipandi adversarios invenimus locum accurate ex nostris petitum actibus. Habet enim ita: *Christus est agnus immolatus qui quotidie, ut beatus Andreas ait, in altari crucis sacrificatur: cuius carnes postquam omnis populus credentium manducaverit et eius sanguinem biberit, agnus qui sacrificatus est integer perseverat et vivus.* Vide in biblioth. patrum Paris. tom. IV, fol. 525., apud Woogium l. l. pag. 229 sq. Conferenda haec sunt ad sect. 6. pag. 113. lin 3 sqq.

Saeculo vero ut videtur decimo luculentissimus horum actuum testis exstitit Epiphanius monachus. Is enim in ea quam scripsit Andreae vita permulta de ultimis apostoli rebus ita refert ut dubitari nequeat quin ipsa verba hauserit ex nostris Andreae actibus. Pauca exempli caussa afferam. Pag. 75. ad finem in editione Dresselii (vide supra notam 57.) est: -γ ἀπολιπὼν πάντας πρόσεισι τὸν σταυρὸν καί φησιν -- μετὰ φωνῆς ἰσχυρᾶς Χαίροις ὦ σταυρέ --- χαίροις ὦ σταυρέ· καὶ γὰρ χαίροις ὄντως· εὖ οἶδα καὶ ἀναπαυόμενόν σε λοιπὸν ἐκ πολλοῦ κεκμηκότα, ἥκω ἐπὶ σὲ ὃν ἠπιστάμην [60]): cf. sect. 10. pag. 120 sq. Item cf. in utroque ea quae statim sequuntur; apud Epiphanium quidem sic leguntur: καὶ εἰπὼν ταῦτα ὁ μακάριος Ἀνδρέας ἑστὼς ἔτι ἐπὶ τῆς γῆς καὶ ἀτενὲς ὁρῶν εἰς τὸν σταυρόν, ἀνῆλθεν ἐπ' αὐτόν. Item p. 76. ad finem est: Ὁ δὲ Στρατοκλῆς [61]) ἐπύθετο αὐτοῦ λέγων Τί ὅτι μειδιᾷς, δοῦλε τοῦ θεοῦ πρωτόκλητε, μήτι γε ἡμᾶς πενθῶν διὰ τὸ στερίσεσθαί σου ἡμᾶς; καὶ ὁ ἀπόστολος Οὐ γελάσω, Στρατόκλεις, etc. Cf. sect. 11. pag. 122 sq. Item p. 77. lin. 3. Ἄνδρες οἱ ἐνταῦθα παρεστῶτες γυναῖκές τε καὶ παῖδες, πρεσβῦται καὶ νέοι, δοῦλοι καὶ ἐλεύθεροι etc. Cf. sect. 11. pag. 123. Item pag. 77. lin. ult. -- βλέποντες τὸ γενναῖον αὐτοῦ τῆς ἀνδρείας καὶ τὸ ἀκαμπὲς τῆς διανοίας καὶ τὸ πολὺ τοῦ λόγου καὶ τὸ χρηστὸν

---

60) Haec extrema verba conveniunt cum iis quae ex codd. A et B pag. 121. lin. 5. ab imo attulimus: a quibus edendis non recte nobis videmur abstinuisse, etsi utroque loco corrupta sunt.

61) Edidimus Στρατόκλης etc, quoniam is accentus ubique in egregio codice nostro Regio positus est.

Digitized by Google

τοῦ ἤθους καὶ τὸ εὐσταθὲς τῆς ψυχῆς καὶ τὸ σῶφρον τοῦ πνεύματος καὶ τὸ ἱλαρὸν τοῦ νοῦ καὶ τὸ εἰλικρινὲς τοῦ λογισμοῦ, ἀγανακτήσαντες ὁμοθυμαδὸν σπεύδοντες ἀπῆεσαν εἰς τὸ βῆμα καταβοῶντες τοῦ Αἰγεάτου καὶ λέγοντες Κακὴ κρίσις etc. τί γὰρ ἠδίκησεν; ἢ τί ἐποίησεν; -- πάντας ἡμᾶς ἀδικεῖς, πᾶσα ἡ πόλις θορυβεῖται -- μὴ ἀποκτείνῃς τὸν δίκαιον· χάρισαι ἡμῖν ἄνδρα ὅσιον, μηδὲ ἀνέλῃς ἄνθρωπον εὐσεβῆ -- κάθελε τὸν δίκαιον, καὶ πάντες φιλοσοφήσομεν -- ἀπόλυσον τὸν πρωτόκλητον, καὶ πᾶσα [ἡ] Ἀχαΐα διὰ σοῦ ἐλευθερωθήσεται etc. Cf. sect. 12. pag. 124. Item pag. 80. lin. ab imo 5. Ταῦτα δὲ εἰπὼν καὶ ἐπὶ πλεῖον δοξάσας τὸν κύριον παρέδωκε τὸ πνεῦμα -- μετὰ δὲ τὴν τοῦ μακαρίου αὐτοῦ πνεύματος ἔξοδον ἡ Μαξιμίλλα μηδ' ὅλως φροντίσασα τῶν παρεστώτων etc. Cf. sect. 14. pag. 128. et sect. 15. pag. 129.

Reliquum est ut de editione nostra explicemus. Ea fluxit ex duobus potissimum codicibus graecis Parisiensibus. Alter (qui nobis est A) Regius est, nunc Nationalis, num. 881. saeculi undecimi, fol. 282—291; alter (apud nos est B) Coislinianus num. 121., anno 1343. scriptus, fol. 37—41.

Huc accedit tertius (nobis est C), codex Baroccianus num. 180., quem ex Woogio, qui eo solo usus est, hausimus. Cf. de eo supra ad Acta Pauli et Theclae, ubi nobis siglo G notatur. Quanto vero opere codicum nostrorum Parisiensium textus Oxoniensi codici Woogii praestet, nemini potest dubium esse: quod quum de toto libello, tum maxime de ultimis partibus valet, quarum in eo codice imperfectissima ratio est. Qua in re videndum est ne quis fallatur brevitate textus in cod. Barocciano conspicua. Illud enim plerumque in apocryphis huius generis scriptis accidit ut a pleniore textu, in quo haereticae originis frequentiora vestigia esse solent, ad breviorem procederet catholicorum emendatorum studium. Praeterea Woogius graeco suo textui versionem latinam a se factam addidit, subiectis insuper in fine extremis iis quae apud Surium leguntur inde a verbis: *Et subinde alii et alii ingerentes se,* quippe quibus in graecis suis nihil plane respondere vidisset. Commentarius historicus criticus, quem praeposuit editioni suae, egregie facit ad cognoscendas atque

Digitized by Google

illustrandas traditiones quae de Andrea apostolo apud antiquos circumferebantur. Explanavit vero etiam ipsum textum adnotatione uberrima varii generis.

Denique ad editionem nostram adhibuimus latinum textum a Laur. Surio editum, apud quem legitur in vitis SS. Colon. 1617. tom. VI. pag. 653 sqq. ad diem 30. mens. Novembris [62]); nec non ex Pseudo-Abdiae historiis contulimus, si quid apte cum graecis componi poterat. Ibidem praeterea plura inde a sectione XXXV. (apud Fabric. Cod. apocr. II., p. 502.) aliquem cum nostrorum actuum historiis nexum habent.

VII. ACTA ANDREAE ET MATTHIAE IN URBE ANTHROPOPHAGORUM.

Quemadmodum acta Andreae ea de quibus modo egimus ex actibus Andreae a Leucio Charino conscriptis et apud veteres magnopere celebratis originem traxisse probabile visum est, ita atque magis etiam haec Andreae et Matthiae acta ex eodem Leucii scripto derivanda sunt. Qua de re copiosius nuper exposuit Thilo in programmate Halensi [63]), ubi plures veterum locos attulit, quibus et ipse supra usus sum, et originem Leucianam et usum Gnosticis Manichaeis aliisque haereticis comprobatum testantes. Addidit praeterea locum ex Pseudo-Abdiae historiis apostolicis petitum, quemadmodum scriptum invenerat in vetustis membranis Guelferbytanis, de quibus iam supra ad acta Petri et Pauli dictum est. Non dubium est quin Pseudo-Abdias ex iisdem Leucii actibus historiam illam de Andrea suam hauserit. Quam ad nostrum comparare libellum quum eorum intersit qui rationes variarum Leuciani libri retractationum indagare voluerint, locum ipsum, quemadmodum ex Florentinio apud Fabri-

---

[62]) Laur. Surius (primum prodiit opus eius 1569; quartum 1617.) secutus est Alo. Lipomannum in vitis SS. 1551 sqq. tom. I. P. I. pag. 367. Editio vero princeps latini textus debetur Bonino Mombritio in Legendario s. actis SS. 1474.

[63]) Programma hoc prodiit in academia Halensi anno 1846. hoc titulo: *Acta SS. apostolorum Andreae et Matthiae et commentatio de eorundem origine, quaestiones novas litterarias in annum 1847. positas promulgandi causa edita.* Pagg. XII et 36.

Digitized by Google

cium (Cod. apocr. II. pag. 457.) et apud Thilonem (l. l. pag. VII.) ex mss. Guelff. legitur, adscribamus.

At vero (*Igitur*) *post illum dominicae ascensionis nobilem gloriosumque triumphum cum beati apostoli praedicare verbum domini per diversas regiones incepissent* (*dispersi fuissent*), *tum et* (om *tum et*) *Andreas apostolus apud Achaiam provinciam adnuntiare dominum Iesum Christum exorsus est. Eodem tempore* (om *Eod. temp.*) *Matthaeus* (add *autem*) *apostolus, qui et evangelista, Myrmidoni* (*-donae*) *urbi verbum salutis adnuntiaverat* (*-avit*): *sed incolae civitatis illius* (om *ill.*) *graviter* (*dure*) *et indigne ferentes quae de redemptoris nostri virtutibus audiverant* (*-iebant*) *ac sua nolentes destruere templa, beatum* (*apprehensum beatum*) *apostolum erutis oculis, catenisque oneratum carceri incluserunt, eo animo ut* (*circumdatum catenis in carcerem detruserunt, ut*) *paucis interpositis diebus interficerent. Quod antequam fieret, angelus a domino missus ad* (*Venit autem angelus domini ad*) *Andream apostolum ut in Myrmidonem civitatem maturaret et fratrem Matthaeum de squalore carceris erueret monuit* (*ut in* etc: *dicens Surge et vade ad Myrmidonam civitatem et erue fratrem tuum de squalore carceris quo tenetur.*) *Cui ille ait Domine, ecce viam nescio, et quo ibo? Et ille Vade, inquit, ad littus maris, et invenies navem quam* (*in quam*) *statim conscende* (*ascende*): *ego enim ero dux itineris tui. Paruit Andreas, inventamque navem ascendens* (*Fecit Andreas iuxta verbum domini, et invenit in litore navem ascendensque in eam*) *flantibus ventis congruis prospere navigavit ad urbem. Quam ut ingressus est, ad publicum se illico carcerem contulit* (*Ingressusque portam civitatis venit ad carcerem.*), *inveniensque cum reliquis vinctis Matthaeum* (*Videns autem Matthaeum apostolum in squalore carceris cum vinctis aliis residentem,*) *amarissime flevit, et facta oratione haec verba locutus est* (*oratione simul ait Andreas*) *Domine Iesu Christe, quem fideliter praedicamus et ob cuius nomen tanta perferimus, qui caecis visum, surdis auditum, paralyticis gressum, leprosis munditiam, mortuis vitam, immensa clementia largiri dignatus es, aperi* (add *quaeso*) *oculos servi tui ut eat ad adnuntiandum verbum tuum. Et statim locus ille contremuit, et lumen refulsit in carcere, et oculi beati apostoli restaurati* (add *sunt*), *et cunctorum catenae confractae sunt, et trabes in qua pedes eorum*

Digitized by Google

coarctati erant scissa est. Quibus factis (Et) omnes magnificabant dominum dicentes quia magnus est deus quem praedicant servi eius. Ita (Tunc) educti per beatum Andream de squalore carceris (de carcere) omnes qui capti fuerant (om *omnes q. c. f.*), *abiit unusquisque ad propria sua* (om *sua*) *cum quibus et Matthaeus recesserat (Matth. autem recessit a loco illo). Ipse vero (Denique) Andreas* (add *apostolus*) *manens apud Myrmidonem* (om *manens ap. Myrm.*) *praedicabat incolis verbum domini. Quod cum minus audirent (Cognoscentes autem homines illi [illius civitatis] de carceris vinctis quae acta fuerant), adprehensum Andream ligatis pedibus per plateas civitatis trahebant. Quibus in tormentis cum iam sanguis efflueret et capilli vellerentur, apostolus ad dominum in haec verba orationem habuit Aperi (Iam enim capilli capitis eius evellebantur et sanguis defluebat a capite, et oravit ad dominum dicens Aperi quaeso) domine Iesu Christe* (om *I. Chr.*) *oculos cordis (cordium) eorum, ut cognoscant te deum verum et desistant ab hac iniquitate; neque velis hoc illis peccatum statuere (et ne statuas illis hoc peccatum), quia nesciunt quod (quid) faciunt. Haec cum dixisset (Et statim) timor subitus invasit incolas (tim. magnus factus est super habitatores) civitatis illius, ut (et) dimisso apostolo peccatum agnoscerent* (om *pecc. agn.*) *dicentes (dicebant) Peccavimus in iustum. Cumque se ad pedes apostoli demitterent, remissionem delicti et sibi ostendi viam salutis petebant. (Peccavimus in te nescientes quid faceremus: rogamus ergo, domine, ut remittas nobis delictum et demonstres nobis viam salutis, ne descendat ira dei super civitatem hanc. Haec enim dicentes prostrati erant solo ante pedes Andreae.) Quibus ille erectis praedicabat dominum Iesum Christum et miracula quae fecerat (fecit) in hoc mundo ostendit* (om *ost.*) *et quemadmodum (qualiter) ipsum mundum iam pereuntem proprio cruore redemerit (redemit). Ita vendicatis domino incolis eius civitatis, cunctos in (At illi credentes baptizati sunt in) nomine patris et filii et spiritus sancti, concessa (accepta) peccatorum remissione, baptizavit* (om *bapt.*). *Quibus gestis recedens ab eo loco, venit in regionem suam.*

De Graecis praeter alios idem apud quem ex prioribus nostris Andreae actibus plurima ad verbum desumta probavimus (cf. p. XLV.), Epiphanium dico monachum et presbyterum, in eadem illa An-

Digitized by Google

dreae vita nonnulla habet quae ad hanc de Andrea et Matthia anthropophagorum apostolis fabulam spectant. Cf. l. l. pag. 47 sqq. Εἶτα -- κατῆλθον εἰς Σινώπην [64]) πόλιν τοῦ Πόντου ἐν τοῖς λεγομένοις Σκύθαις, ὡς καὶ αὐτὸς Πέτρος ἐν τῇ καθολικῇ ἐπιστολῇ λέγει Πόντον καὶ Γαλατίαν. ἦν δὲ Ἰουδαίων πλῆθος πολὺ ἐν τῇ πόλει ἐκείνῃ, ἔχοντες καθ' ἑαυτοὺς αἱρέσεις πολλάς, ἄνδρες τὰ ἤθη βάρβαροι καὶ ἀνήμεροι, οἳ ἕνεκεν τούτου λέγονται ἀνθρωποφάγοι. ἐλθόντες δὲ οἱ ἀπόστολοι Πέτρος καὶ Ἀνδρέας οὐκ εἰσῆλθον ἐν τῇ πόλει, ἀλλ' εἰς τὸ ἄκρον τῆς νήσου κατέλυσαν. --- Κατελθόντος δὲ τοῦ Ματθία εἰς τὴν πόλιν διά τινα χρείαν, οἱ Ἰουδαῖοι κρατήσαντες αὐτὸν ἔθεντο εἰς φυλακὴν τρεῖς ἡμέρας, βουλόμενοι τῇ ἐπαύριον ἀνελεῖν αὐτόν. ὁ δὲ Ἀνδρέας κατελθὼν ἀπὸ τοῦ ὄρους διὰ τῆς νυκτὸς ἦλθεν εἰς τὴν φυλακήν· ἡ δὲ πύλη τῆς φυλακῆς αὐτομάτως ἠνοίχθη αὐτῷ. ἐξαγαγὼν δὲ τὸν Ματθίαν καὶ [τοὺς?] σὺν αὐτῷ δεδεμένους πιστεύσαντας, ἔκρυψεν αὐτοὺς ἔξω τῆς πόλεως ἑπτὰ ἡμέρας ὡς ἀπὸ μιλίου ἑνὸς παρὰ θάλασσαν. ἦν δὲ συκῶν δάσος ἐκεῖ πολὺ δυσδιόδευτον ἡμέρων τε καὶ ἀγρίων, καὶ ὁ καιρὸς τῶν σύκων· ἦν δὲ καὶ σπήλαιον. κατηχήσας δὲ αὐτοὺς ἑπτὰ ἡμέρας ἐβάπτισε τῇ νυκτὶ παρὰ τὴν ὄχθην τῆς θαλάσσης. -- Εἰς Σινώπην ἐλθόντες -- Πέτρου καὶ Ἀνδρέου -- οἱ ἐντόπιοι τὰς διατριβὰς ἐδείκνυον ἡμῖν -- καὶ τὰ σημεῖα ἃ ἐποίησεν καὶ τὴν φυλακὴν ἣν ἤνοιξεν ὁ Ἀνδρέας αὐτομάτως, σφραγίσας αὐτὴν καὶ ἐξαγαγὼν τὸν Ματθίαν καὶ τοὺς συνδεδεμένους μέλλοντας ἐπὶ τὸ αὔριον ἀποθνήσκειν, καὶ τὰς συκᾶς ὅπου αὐτοὺς ἔκρυψεν, καὶ τὴν ὄχθην ὅπου αὐτοὺς ἐβάπτισεν etc. Item pag. 65. Ἀκούσαντες δὲ ὅτι Ἀνδρέας παρεγένετο ὁ ἀνοίξας τὸ δεσμωτήριον καὶ ἐξαγαγὼν τοὺς δεσμώτας, ἐπισυναχθέντες καὶ ἐπιστάντες ἔμελλον καὶ τὴν οἰκίαν ἐμπρῆσαι· τὸν δὲ Ἀν-

[64]) Sinope igitur teste Epiphanio nomen est urbis qua res Andreae inter anthropophagos gestae sunt: ipsi actus nostri eiusmodi nomen non habent, nisi quod idem Sinopes nomen unus de codicibus nostris Parisiensibus in libri inscriptione praebet. Alii vero veterum, ut etiam poeta Anglosaxonum (vide infra), non in Scythia sed in Aethiopia sitam asserunt terram anthropophagorum, ubi cum Matthia sive Matthaeo Andreas aliique apostoli fuisse crediti sunt. Quaesivit Thilo (l. l. pag. X sqq.) utrum ipse Leucius in actis suis certum urbis nomen posuerit necne. Statuit vero illum pro tanta ingenii protervitate ipsum Sinopes nomen posuisse.

Digitized by Google

δρέαν ἐπιλαβόμενοι ἔτυπτον μετὰ λίθων σύροντες καὶ ὡς ἐπὶ κυνῶν δάκνοντες τὰς σάρκας αὐτοῦ -- καὶ ἕως τῆς σήμερον διὰ τοῦτο ἀνθρωποφάγοι καλοῦνται. Etc.

Sed discedamus paullulum a graecis latinisque hominibus: nam aliorsum quoque ab illis antiqua haec de Andrea et Matthia traditio manavit. Reperta est enim in carmine apud Anglosaxones propagato, quod nuper edidit vir illustris Iacobus Grimmius. Orta hinc est apocrypho huic scripto singularis quaedam gravitas, quam Iacobus Grimmius in prolegomenis libri sui: *Andreas und Elene*, postquam retulit communicata sibi a Thilone de actis Andreae et Matthiae graecis manuscriptis, testatus est verbis his: *Das ist unverkennbar die quelle aus welcher dieser mythus den Angelsachsen vielleicht unmittelbar zufloss, da sie noch mit byzantinischer sprache und literatur nähere bekanntschaft unterhielten. Wer sollte nicht wünschen dass in die lang ersehnte fortsetzung seines cod. apocr. Thilo auch die* πράξεις Ἀνδρέου *vollständig aufnehme, denn wie sehr hängt jede gründliche erforschung des mittelalters mit den erzeugnissen und überlieferungen der griechischen kirche zusammen*[65]). Cf. l. l. p. XVIII. Antea vero se intellexisse dixit *dass, nächst Beovulf, Andreas und Elene die ältesten und lehrreichsten erzeugnisse der angelsächsichen poesie sind.* Tanta quum sit anglosaxonici carminis dignitas, viris doctis non molestum erit legere quomodo in eo tractata sit actuum nostrorum fabula. Cf. Andreas und Elene. herausgegeben von Jacob Grimm. Cassel 1840. pag. VI sqq. ubi celeberrimus editor ita enarrat carminis de Andrea argumentum:

Jedem der zwölf boten des heilands war ein eignes loos angewiesen worden. Matthaeus, der das evangelium zuerst niedergeschrieben hatte[66]), empfieng den göttlichen auftrag sich nach der

[65]) In iis quae sequuntur Iac. Gr. eo erravit quod Leucium Charinum, cui fabula de Andrea et Matthia adscribenda videtur, pro Manichaeo sexti saeculi a Thilone habitum dixit. Quod propterea grave est quoniam a Leucii aetate proficiscendum est ut illustres magnam eius fabulae propagationem. Pro sexto omnino substituendum est secundum saeculum.

[66]) Accurate in hoc carmine significatur ipse evangelista Matthaeus. Neque aliter apud Latinos fieri videtur, quemadmodum etiam Pseudo-Abdias ubique Matthaei nomen habet. Apud Graecos vero inter Matthaeum et Matthiam traditio fluctuat. In vetustissimis Parisiensibus membranis, quas in edendo textu

Digitized by Google

insel Mermedonia zu verfügen, wo grausame heiden wohnten. Statt brotes und wassers war fleisch und blut der fremden, die zu ihnen verschlagen wurden, ihre nahrung. solche unglückliche pflegten sie vorher noch zu blenden und ihnen einen des verstands beraubenden zaubertrank einzugiessen, dass sie thieren gleich umhergiengen und heu und gras frassen. So fesselten sie bei seiner ankunft den mann gottes und stiessen ihm die augen aus, er fuhr fort den herrn zu preisen, auch nachdem er jenen giftigen trank genommen hatte. Unter heissen zähren nachts im kerker spricht er fromme gebete gott ergeben; da leuchtet plötzlich der kerker und eine himmlische stimme gelobt ihm beistand und erlösung von aller schmach durch Andreas, der zur bestimmten zeit in der burg erscheinen werde. Alle dreissig tage hielten die heiden feierliche versammlung, in welcher sie festsetzten welcher reihe nach jeder ihrer gefangenen ihnen zur speise dienen sollte. Matthaeus harrte geduldig der nahenden geschicke. Unterdessen war an Andreas, der in Achaia lehrte, vom himmel befehl erschollen sich nach Mermedonia [67]) aufzumachen, wo sein bruder und gefährte binnen drei tagen in lebensgefahr schwebe. anfangs zauderte er, die unkunde des weiten wegs vorschützend, aber gott gebot ihm mit frühstem morgen des folgenden tags nach dem meeresufer zu eilen. Als Andreas zur bestimmten zeit sich mit seinem gefolge am strande einfindet, sieht er einen nachen mit drei schiffern bemannt, es war der allmächtige selbst, und zwei seiner engel die sich hier in menschlicher gestalt und unerkannt zur überfahrt anbieten. Ein gespräch zwischen Andreas und dem steuermann hebt an, der sich erst nur gegen erlegung des fährgeldes zur aufnahme der reisenden bereit erklärt, nach des apostels ofner erklärung aber, dass er kein geld und gut besitze und auf des heilands geheiss ohne sol-

inprimis secuti sumus (vide infra), constanter Ματθείας scriptum est. Idem nomen Epiphanius monachus tuetur; Nicephorus praeter Matthaeum, de quo uberius exponit, etiam Matthiam apud anthropophagos versatum esse significat hist. eccles. II, 40. extr. In antiquis libris mss. graecis, quibus haec acta continentur, plerisque Ματθαῖος invenitur; sed fit ut in eodem codice scriptura inter hoc et illud fluctuet. Cf. commentarium nostrum.

[67]) Notat Grimmius l. l. pag. XIX. Die Mirmedonier, unter denen Matthäus und Andreas auftreten, sind nicht mit den äginetischen Myrmidonen zu verwechseln. Jenes Myrmidon oder Myrmene war eine stadt in Aethiopien etc.

Digitized by Google

ches die welt befahren solle, freundlich sie eintreten lässt. Mutig besteigen die helden den nachen. Andreas wundert sich ob der jugendlichen schönheit und geschicklichkeit des schiffers, der seinen engeln befiehlt die armen pilgrime mit speise zu laben. Unterdessen steigt ein heftiges unwetter auf und Andreas leute verfallen in furcht. der schiffer meint, man könne sie ans land setzen, was aber die leute, die es für schmählich erachten im augenblick der noth von ihrem herrn zu weichen, eifrig ablehnen. Andreas redet ihnen trost ein und erinnert sie daran, wie der heiland ähnlichen sturm plötzlich beschwichtigte. Während er sie so beruhigt, fallen die ermatteten in schlaf, die wellen werden still, Andreas und der himmlische steuermann wechseln erbauliches gespräch. Dieser fordert dem apostel genauere erzählung von den thaten und wundern des heilands ab. Es ist zumal eine begebenheit, die Andreas ausführlicher vorträgt. Einst habe Christus vor der ungläubigen, immer zeichen verlangenden menge ein grosses wunder verrichtet, und die an der mauer des tempels ausgehauenen bilder der Cherubim und Seraphim geheissen herabzusteigen, nach Membre zu fahren und von dort die drei erzväter aus ihren gräbern zu holen, damit sie ein ofnes unwiderlegliches zeugnis für seine göttliche macht ablegten. In solchen unterredungen verstrich der tag und auch Andreas von müde bewältigt sank in schlaf. Den (Die?) entschlafenen liess gott durch die engel sanft ans gestade tragen, wo er andern morgens im angesicht der feindlichen burg erwachte. Neben ihm schlafen noch seine diener; er weckt und benachrichtigt sie, der mann, welcher sie gestern über meer gefahren, könne niemand anders als das höchste wesen selbst gewesen sein. Uns, da wir, versetzten sie, entschlummert waren, nahten adler, entzückten unsere seelen und trugen sie durch die lüfte gen himmel, wo wir gott den herrn von zahllosen engeln tausendstimmig preisen hörten, vor gottes sohn aber die zwölf boten stehn und engel euch dienen sahen. Froh dieses traumgesichts ergoss sich Andreas in ein dankgebet und flehte des schöpfers verzeihung für alles was er zu schiffe, ohne den allmächtigen zu erkennen, geredet hätte. Da erzeigte sich gott von neuem sichtbar und verkündete seinen frieden: eines grösseren fehltritts schul-

Digitized by Google

dig wurdest du in Achaia, als du an dem fernen weg und der weiten seereise verzweifeltest, da doch gott alle dinge ausführbar sind; auf nun zur burg, erlöse deinen bruder und seine mitgefangenen. dann werden deine marter beginnen, erleide sie standhaft und eingedenk der von mir am kreuze geduldeten qual! Unvermerkt, denn gottes hand bedeckte seine schritte, stieg Andreas zur burg hinan, sieben wächter standen vor des kerkers thor, ein plötzlicher tod rafte sie dahin. von selbst sprang die thür auf, bluttrunken schliefen die heiden, Matthaeus sass einsam in der mördergrube. Da erschauten sich die gefährten, küsten und umarmten einander, dann knieten sie und beteten. Ungesäumt rüstete sich nun Matthaeus die festung zu verlassen, er und 240 männer, die sich der reise freuten und von gott mit wolken umhüllt wurden, dass ihnen kein schnelles aufgebot der feinde nacheile. Andreas geleitet sie aus und kehrt froh in die stadt zurük, neben einer ehernen seule sich niedersetzend, und was kommen sollte erwartend. Mittlerweile war die zeit jener heidnischen versammlung herangerückt, sie gedachten einen der fremden gefangenen dem tode zu weihen, doch ihre hofnung schlug fehl. man fand den kerker offen, die wächter todt. Als die schreckenskunde erscholl, faste hunger und furcht das volk. Alle burgbewohner werden zusammengerufen und ein loos geworfen, welcher von ihnen den andern zur speise gereichen solle? Das loos fällt auf einen angesehnen greis, den sie sogleich in bande legen. wehklagend bietet er für sich seinen jungen sohn an, was die hungernde menge gern genehmigt. Nun erhebt der gefesselte jüngling lauten jammer und Andreas, der alles von der seule her mit ansieht, wird davon innig gerührt. Man erwartet dass er für den unschuldigen zu gott betete und erhört wurde, denn das gedicht erzählt, alle gegen den knaben gerichteten waffen seien gleich wachs geschmolzen. Der knabe wird frei gegeben, dafür bricht tobender hunger von neuem aus. Jetzt erscheint schwarz und hässlich, in gestalt eines elenden menschen, der teufel, und verräth die gegenwart des heiligen, der die gefangenen aus der burg entführt habe: gegen ihn solle sich die rache des volks kehren. Andreas verhöhnt den bösen feind, der das volk noch heftiger aufreizt. Eine göttliche stimme ermahnt den apo-

Digitized by Google

stel (hinter der seule) hervorzutreten und sich selbst den leuten zu verkünden. Nun wurden ihm die hände gebunden und er der menge gezeigt, dann schleiften sie ihn über strasse, felsen und steinklippen den ganzen tag bis der abend einbrach, sein leib war zerstossen und von blute triefend, seine seele blieb aber standhaft und gläubig. Die nacht bringt Andreas im kerker zu, harter frost ist ausgebrochen, frühmorgens dringen sie wieder ein und beginnen die marter von neuem. Klagen des dulders steigen jetzt zum himmel empor, der teufel lockt die menge desto heftiger; abends naht er sich mit sechs andern den Andreas zu verhöhnen, muss aber vor dem zeichen des kreuzes weichen. Dieser teufel wird als sohn des alten feindes vorgestellt, denn es folgt ein gespräch zwischen beiden, worin dieser jenem seine flucht vorwirft, der sohn aber den vater auffordert, selbst sein heil zu versuchen und Andreas anzugreifen. Doch auch der alte teufel kann nicht vor dem heiligen stand halten und ist zu fliehen gezwungen. Am dritten morgen hebt die marter von vornen an und währt den ganzen tag durch. Andreas betet und sehnt sich nach dem tod, sein blut sei über den boden ergossen, seine locken auf dem wege zerstreut. Da hiess ihn der himmlische könig umzuschauen und Andreas sah blühende bäume emporwachsen an den stellen wo die blutstropfen niedergefallen waren. Und als die widersacher zum viertenmal den heiligen zum kerker leiteten, nahte sich gott, grüsste ihn und verlieh seinem verwundeten leibe stärke und gesundheit wie von anfang. -- Da trug es sich zu dass er an der mauer zwei grosse verwitterte steinseulen erblickte und eine derselben so anredete: du marmorstein, es ist gottes, des allmächtigen wille, dass sich aus dir wasserströme unter dies heidnische volk ergiessen sollen. du glänzest von golde und auf dich geruhte der herr vor alten zeiten seine zehn gebote zu schreiben, heute aber widerfährt dir noch grössere ehre, da du gottes rathschluss verkünden sollst. Kaum hatte der heilige diese worte geendet, als sich der stein spaltete und endlose fluten aus sich zu ergiessen begann; der strom wuchs und deckte die weite flur. viele kinder ertranken, die männer suchten nach den bergen zu fliehen; doch ein engel mit feurigem schwerte wehrte den zugang, wogen wuchsen, wälder rausch-

Digitized by Google

ten und feuerfunken flogen. In allen burgen erscholl jammerruf und endlich rief einer laut: nun sehet selbst, dass wir den schuldlosesten fremden in bande legten, dafür nahet uns schreckliche strafe; eilt, entfesseln wir ihn und flehen um seinen beistand. Da säumten sie nicht ihn zu lösen, schon war flut zu solcher höhe gestiegen, dass sie den männern über die brust bis zu den achseln reichte. Andreas aber besprach den wasserstrom, alsbald ward der himmel heiter, die erdschluchten öfneten sich und nahmen das wasser auf; vierzehn der übelsten missethäter wurden mit in den abgrund gerissen und schwanden von der erde. alles volk bebte vor angst und erkannte dass gott diesen heiligen mann gesandt hatte. Andreas warnte und ermahnte; zu gott sprach er eine bitte für die seelen der kinder, die in der flut den tod gefunden hatten. Das gebet war dem höchsten angenehm; er gebot dass sie wieder auferstehn sollten; alsbald nach ihrer rückkehr ins leben empfiengen sie die taufe und wurden in gottes schutz aufgenommen. An der stelle, wo die flut entsprungen und die taufe ergangen war, liess Andreas eine kirche bauen; und aus allen gegenden sammelten sich männer und frauen, wurden getauft, und entsagten allem teufelsdienst und den heidnischen opferstätten. Nachdem ihnen aber Andreas einen frommen bischof namens Plato bestellt hatte, sehnte er sich selbst das land zu verlassen und über see wegzufahren. Alle ergrif schmerz, dass er sobald von ihnen scheiden wollte, eine himmlische stimme befahl ihm noch sieben tage bei der neuen heerde zu verharren und ihren glauben zu befestigen. So lange lehrte und bestärkte er sie zum verdrusse des teufels, der diese menge der hölle entführt sah. Nach ablauf der gesetzten frist rüstete sich Andreas zur reise, die bewohner geleiteten ihn traurig zum ufer, schauten dem schiffe nach, so weit sie es mit ihren augen verfolgen konnten, und priesen den ewigen gott. —

Affert praeterea Grimmius l. l. pag. XIII sq. etiam ea quae ex eadem fabula in legendam auream Iacobi de Voragine transierunt.

Restat ut de Thilonis editione et nostra dicamus.

Thilo ad edendum adhibuit codices Parisienses tres, qui apud illum aeque ac apud nos siglis A B C insigniti sunt. A significat aliquot folia membranacea pessime affecta, litteris uncialibus octavi fere

Digitized by Google

saeculi scripta, praefixa codici Reg. nunc Nation. 1556: B codicem Reg. nunc Nation. num. 881.[68]) saeculi undecimi: C codicem Reg. nunc Nation. num. 1556. chartaceum, saeculi decimi quinti. Ex his integrum libellum non continet nisi codex C. B vero et in fine mutilus est, inde a sect. 30. καὶ περιτείχη-, et lacunam habet sect. 15. et seq. a verbis εἴπαμεν ἡμεῖς usque καὶ διαβαστάσατε. Denique codex A fragmenta tantum continet. Iam vero hoc accidit ut cl. Thilo quae ex codice B sua manu descripta haberet Parisios mitteret, ut ad ea, postquam et ipsa ad codicem unde fluxerant recognita essent, adderetur codicis C collatio, rursusque ad utrumque antiqua codicis A fragmenta conferrentur. Mandata suscepit homo natione Graecus, huic laborum generi satis assuetus: quem non dubito in excutiendis codicibus B et C perspicue scriptis diligenter versatum esse. Aliter vero res ei cessit antiqua illa folia conferenti lectu difficillima. Locis enim quam plurimis plane non legit quae ibi scripta sunt, nisi quod ea modo cum B modo cum C consentire significavit; neque paucis locis aliis de antiquissima scriptura graviter falsus est. Hoc intellexi quum ad ea quae ipse ex codice exscripsi exigebam libellum Thilonis indiligentiam collatoris sui non suspicati. Poterit autem id quod dixi ad haec exempla iudicari. Sect. 4. in codice est Κύριέ μου, οὐ δυνήσομαι (cod. -σωμε) φθάσαι (cod. -σε) τοῦ ἀπελθεῖν ἐκεῖ πρὸ τῆς προθεσμίας[69]): non Κύριε, οὐ δύναμαι τοῦ φθάσαι ἀπελθεῖν τῆς προθεσμίας. Sect. 10. τεκνία μου, εἰ θέλετε: non quod Thilo edidit τεκνία, μῶν θέλετε. Sect. 10. χωλοὺς περιπατῆσαι, κωφοὺς ἀκοῦσαι, λεπροὺς ἐκαθέρισεν, ὕδωρ εἰς οἶνον μετέβαλεν: non χωλ. περιπ. (om. κωφ. ἀκ.) λεπρ. ἐκαθάρισεν, ὕδωρ οἶνον ἐποίησεν. Ibidem καὶ εὐλογήσας ἔδωκεν αὐτοῖς φαγεῖν· ἦσαν δὲ οἱ ἐσθίοντες πενταχισχίλιοι ἄνδρες καὶ ἐχορτάσθησαν· καὶ ἦραν τὰ περισσεύοντα αὐτοῖς, δώδεκα κωφίνους κλασμάτων: non καὶ εὐλογήσας ἐχόρτασεν, ὥστε καὶ τὸν χόρτον ἄρτους γενέσθαι καὶ φαγεῖν πενταχισχιλίους ἄν-

---

[68]) Per errorem in Notitia Thilonis in Prolegg. ad Act. Thom. p. LXIV sqq. (non item in progr. Halensi p. XI.) atque hinc etiam in Grimmii prolegg. ad librum *Andreas und Elene* pro num. 881. legitur num. 808.

[69]) In exemplis seqq. vitiositatem scripturae codicis non exprimendam curo.

Digitized by Google

δρας καὶ χορτασθῆναι. Ibidem εἶπεν τῷ Ἀνδρέᾳ Τάχα ταῦτα τὰ σημεῖα ἐποίησεν ἐνώπιον τοῦ λαοῦ καὶ οὐχὶ ἐνώπιον τῶν ἀρχιερέων: non εἶπε Τάχα ταῦτα τὰ σημεῖα οὐκ ἐποίησεν ἐνώπιον τῶν ἀρχιερέων. Sect. 22. οὐδένα ηὕραμεν, ἀλλὰ τοὺς φύλακας ηὕραμεν νεκροὺς κειμένους ἐπὶ τῆς γῆς. καὶ ἀκούσαντες ταῦτα οἱ ἄρχοντες ἔλεγον ἐν ἑαυτοῖς Τί ἄρα ἐστὶ τὸ γενόμενον; μή τινες εἰσῆλθαν εἰς τὴν φυλακὴν τῆς πόλεως καὶ τοὺς φύλακας ἀπέκτειναν: non οὐδένα ηὕρομεν. καὶ ἀκούσαντες οἱ ἄρχοντες εἶπαν Οὐαὶ ἡμῖν, ἄρα τί ἐστι τὸ γεγονός; τίνες τοὺς φύλακας ἀπέκτειναν. Sect. 30. οἰκοδομήσω ἐκκλησίαν, καὶ στήσω σε ἐν αὐτῇ, ὅτι ἐποίησάς μοι τὴν διακονίαν ταύτην. καὶ ἐπαύσατο ὁ ἀνδριὰς τοῦ ῥέειν, καὶ οὐκέτι ἐξήνεγκεν ὕδωρ. καὶ ἐξελθόντες οἱ τῆς πόλεως ἐπὶ τὰς θύρας τῆς φυλακῆς ἐβόησαν λέγοντες: non οἰκοδ. ἐκκλ. ἐπὶ σέ. καὶ παυσάμενον τὸ ὕδωρ, εἰσῆλθον οἱ πολῖται ἐν φυλακῇ βοῶντες. Item nec ἄρτον deest sect. 6, nec ὃν sect. 3; nec est μακροῦ sed μηκροῦ (i. e. μικροῦ) sect. 5. Hos tot tantosque errores in apparatu non notavi: nusquam vero poterunt mea quae a Thiloneis differunt in dubium vocari; accuratissime enim quaecumque legi poterant ex codice mea manu exscripsi. In mea enimvero editione hoc potissimum praestitum est quod codicem A, quem magna ex parte etiam Thilo sequi sibi videbatur, revera secutus sum, postquam difficillimam eorum fragmentorum scripturam summo studio legi atque ad versum descripsi. Hinc non abs re erit h. l. indicare quam textus partem quodvis folium quoad legi potuit contineat.

Fol. 10. verso legitur -- ου και ματθεια εις την πολην των ανθροπωφαγων usque μη ενκαταλιπις με

Fol. 9. - πικρω -- τω· ταυτα δε προσευχομενου usque πορευεσθαι· αποκριθεις δε ο ῑ̄ς ει

Fol. 8. -- φανερον ποιησε νεανισκε usque απο της γης. και ελθων ο ῑ̄ς εκαθη

Fol. 7. κυμ --- κοιματων· και ημων φοβηθεντων usque καρδιαι ημων. παραλαβων. His foliis quatuor priores sectiones duodecim absolvuntur.

Digitized by Google

Fol. 5. (sect. 20.) ενεκεν της σης τιμωριας [70]· τοτε αναστας ανδρεας usque οι αρχοντες τω γεγωνος. εκλαυσαν

Fol. 4. (sect. 23.) - - της πολεως. επηδι εσμεν προσπινοι usque οτι εαν αρωμεν αυτου τὴν κεφαλην. ο θανατος αυτου ουκ εστιν (sect. 25.)

Fol. 3. (sect. 30.) - - ως ταυτης· οικοδομησω εκκλησιαν usque απο πεδιου. εως πρεσβυτερου και πρὸεπεμπαν αυτον

Servavi in his magnam scripturae vitiositatem, in plerisque eiusdem saeculi codicibus conspicuam; ea vero etiam pertinet ad accentus plerumque positos, quemadmodum in extremis vocibus πρὸἔπεμπᾶν legitur. Illud aegre fero quod aliquam fragmentorum partem non animadverti, quam Thilo ad sectiones 14 et 15. indicavit. Nimirum falsus sum fragmentis interiectis iis quae ad Μαρτύριον τῆς ἁγίας Βαρβάρας pertinent. Quod igitur ex hac parte edidimus, item quidquid ex codd. B [71]) et C adhibuimus, ex Thilonis libello etsi passim correcta hausimus: perpauca enim a nobis ipsis ex his codd. exscripta sunt.

Praeterea vero nobis ad manus erant notae ex duobus codicibus italicis petitae. Horum alterum diximus D, qui est Venetus Marcianus cl. VII. num. XXXVIII., chartaceus, ni fallor, nec vetustate insignis. In eo duplex fabulae initium legitur; alterum nobis est D^a, alterum D^b, sed alterum non procedit ultra verba τὸ αἷμα. πᾶς οὖν ἄνθρωπος ὅς. Descripsimus autem inde praeter initia et finem totius fabulae argumentum, notatis passim ipsis vocabulis graecis: hinc passim etiam in commentarium recipi poterant. Codex alter (noster E) est Ambrosianus C 92., Veneto haud dubie antiquior, ubi fol. 48—57. haec alta continentur. Ex eo nihil praeter initium et finem adnotavi.

---

[70]) Deest igitur in hoc quoque codice γίνεται, quod nescio an rectius a textu excludatur.

[71]) Per incuriam non notavimus fabulae inscriptionem ex codice B, quae sic habet: Πράξεις Ἀνδρέου καὶ Ματθαίου τῶν ἀποστόλων, ὅτε ὁ Χριστὸς ἀπῆλθεν εἰς Σινώπην τὸν ἅγιον Ἀνδρέαν καὶ τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ.

Digitized by Google

VIII. ACTA ET MARTYRIUM MATTHAEI.

Horum Matthaei actuum et actuum Petri et Andreae, quorum fragmentum Woogius ex codice Barocciano 180. hausit, a Thilone quoque repetitum [72]), eadem cum actis Andreae et Matthiae, de quibus iam explicuimus, necessitudo est: utrisque enim continuantur acta Andreae et Matthiae. Arctissime autem cohaerent cum eo quod in actis Andr. et Matth. exeunte sectione 21. dictum est: καὶ ἐπέταξεν Ἀνδρέας νεφέλῃ, καὶ ἦρεν ἡ νεφέλη Ματθείαν (alii codd. Ματθαῖον) καὶ τοὺς μαθητὰς Ἀνδρέου, καὶ ἀπέθετο αὐτοὺς ἡ νεφέλη ἐν τῷ ὄρει ὅπου ἦν ὁ Πέτρος διδάσκων, καὶ ἔμειναν πρὸς αὐτόν. Huc enim spectat quum actorum Petri et Andreae initium, tum id quod ab initio actuum Matthaei legitur: ἦν ἐν τῷ ὄρει καταμόνας ἡσυχάζων. De nominum quidem Matthaei et Matthiae frequenti confusione modo diximus. Ut autem in actis iis quae praecedunt ubique edidimus Matthiam (Ματθείαν) pro auctoritate antiquissimi codicis eius quem maxime per totum libellum secuti sumus, ita in his alteris Matthaeum scripsimus pro utriusque codicis nostri scriptura. Quae inconstantia eo magis improbari poterit quoniam idem Parisiensis codex, ex quo Matthaei acta petivimus, etiam in actis Andreae et Matthiae (signatus siglo B) plerumque, etsi non ubique, Matthaeum habet. Haec utriusque nominis confusio nescio an nonnihil fecerit ad magnam varietatem atque inconstantiam ipsarum de Matthaeo traditionum. De quibus accuratius quaesituros ut nobis liceat inprimis ad Acta SS. tom. VI. mens. Septembr. d. 21. pag. 194—227., item ad Menaea Graecorum mens. Novembr. die 16. delegare, atque item ad Pseudo-Abdiae historiarum apostolicarum librum VII. (apud Fabricium Cod. apocr. tomo II. pag. 636—668.

---

[72]) Apud Woogium epistolae de Andreae martyrio appendicis loco additum est pag. 401—414; item apud Thilonem actis Andreae et Matthiae pag. 30—32. Incipit sic: Ἐγένετο ὡς ἐξῆλθεν ὁ ἀπόστολος τοῦ Χριστοῦ Ἀνδρέας ἔξω τῆς πόλεως τῶν ἀνθρωποφάγων, καὶ ἰδοὺ νεφέλη φωτεινὴ ἥρπασεν αὐτὸν καὶ τοῦτον ἀπήνεγκεν ἐν τῷ ὄρει ὅπου ἦν Πέτρος καὶ Ματθείας καὶ Ἀλέξανδρος καθιζόμενος. ὁ δὲ ἰδὼν αὐτούς, ἠσπάσαντο αὐτὸν μετὰ πολλῆς χαρᾶς. τότε λέγει αὐτῷ ὁ Πέτρος Τί σοι γέγονεν, ἀδελφὲ Ἀνδρέα: ἆρά γε ἔσπειρας τὸν λόγον τῆς ἀληθείας ἐν τῇ χώρᾳ τῶν ἀνθρωποφάγων ἢ οὔ; λέγει αὐτῷ Ἀνδρέας Ναί, πάτερ Πέτρε, διὰ εὐχῶν σου.

Digitized by Google

editum), in quo quidem praeter morem paene nihil reperitur quod cum libello nostro componi queat: satis habebimus locum adscribere Nicephori, egregie testantem quantam ad narrationes de Matthaeo ab ipso traditas vim habuerint acta nostra: nimirum penitus ille ab his vel horum simillimis pendere videtur. Locus est in Nicephori hist. eccles. II, 41. atque sic habet: πολλαῖς τοιγαροῦν καὶ οὗτος ὁ θεῖος ἀπόστολος περιόδοις τὸν Χριστὸν εὐαγγελισάμενος, χώραν τε ἐκ χώρας ἀμείβων καὶ ἔθνος ἐξ ἔθνους, ἔσχατον ὑπὸ τοῦ ἄγοντος αὐτὸν πνεύματος καὶ ἐπὶ τὴν τῶν ἀνθρωποφάγων χώραν ἀπάγεται. ἔν τινι πόλει, Μυρμήνη ἦν αὐτῷ ὄνομα, ἐφ' ᾗ δὴ καὶ Πλάτωνα τὸν αὐτοῦ φοιτητὴν ἐπίσκοπον ἀνειπὼν αὐτὸς ἐπί τινι τῶν ἀγχιθύρων τῇ πόλει ἀνιὼν ὀρέων τὴν τοῦ ἔθνους σωτηρίαν ἀποκαλυφθῆναι προσηύχετο. οὕτω δ' ἔχοντι τῷ ἀποστόλῳ ὁ κύριος Ἰησοῦς ὡραίῳ τὴν ὄψιν παιδὶ ἀφομοιωθεὶς καὶ πλησίον στὰς εἰρήνην τε αὐτῷ ἐπιφθέγγεται· ἔπειτα ῥάβδον ἐγχειρίσας Ταύτην, ἔφη, κατιὼν ἐν τῇ πόλει πρὸς τῇ πύλῃ τῆς ἐκκλησίας, ἣν σὺ καὶ Ἀνδρέας ᾠκοδομήσατε, καταφύτευσον, καὶ εἰς δένδρον μέγα καὶ ὑψηλὸν εὐθὺς ἐπιδώσει. ὅ γε μὴν καρπὸς αὐτῷ πολὺς ἔσται σφόδρα παραλλάττων τε τοὺς πολλοὺς τῷ μεγέθει, κἂν τῇ γεύσει διαφέρων ὡς πλεῖστον· πηγὴ δὲ ἀφθόνου καὶ διειδοῦς ὕδατος ἐκ τῆς αὐτοῦ ῥίζης κελαρύζουσα προσελεύσεται (potius προελεύσεται?), ἐν ᾧ τῶν ἀνθρωποφάγων ὅσοις λούσασθαι γένοιτο, ἥ τε ὄψις πρὸς τὸ εὐτρεπὲς μεταρρυθμισθείη, αἵ τε καρδίαι τὸ ἄγριον ἀποθέμεναι πρὸς τὸ εἰρηναῖον μεταχωρήσουσι καὶ τὴν ἐπὶ τὸ βέλτιον ἀλλοίωσιν ἕξουσι. καὶ δὴ κατιόντι ὁ τῆς πόλεως ἐκείνης βασιλεὺς προσυπήντα συνάμα γυναικὶ καὶ τέκνῳ, Φουλβιανὸς δὲ καὶ Φουλβιάνα καὶ Φουλβιανὸς ἦσαν αὐτοῖς τὰ ὀνόματα, πνεύμασι πονηροῖς ἐξεταζόμενοι· οἷς τὰς χεῖρας εὐθὺς ἐπιθεὶς ἐξήλαυνε τὸ λυποῦν. ἐπήγνυ δὲ καὶ τὴν ῥάβδον, καὶ εἰς δένδρον εὐθὺς μετεσκεύαστο· καὶ ἡ πηγὴ ῥιζόθεν τὸ ὕδωρ προῆει πότιμον καὶ διειδὲς ἀναβλύζουσα. ἐπεὶ δὲ τὸ πλῆθος συνέρρει, τὸ παράδοξον ἐκπληττόμενοι, ἐκεῖνος ἐπὶ μετεώρου ἑστὼς τῇ πατρίῳ ἐκείνων γλώττῃ τὸ σωτήριον κατήγγελε κήρυγμα. καὶ εὐθὺς ὅλῃ ψυχῇ τῷ ἐκεῖθεν ῥέοντι ὕδατι ἐβαπτίζοντο, καί γε τοῦ καρποῦ τοῦ δένδρου μεταλαμβάνοντες τὴν καλλίστην ὄντως ἀλ-

Digitized by Google

λοίωσιν ἠλλοιοῦντο. Φουλβιανῷ δὲ μετέμελεν εὐθύς, καὶ τὸ πλῆθος μεταῤῥέον τῷ ἀποστόλῳ ὁρῶν ζήλῳ περιχαιόμενος ἤχθετο, καὶ στρατιὰν πέμπων συλλαβεῖν ἐπειρᾶτο. ὡς δὲ ἀδυνάτως εἶχον, αὐτὸς ὅτι πλείστους περιβαλλόμενος ἅπεισι· καὶ ἀοράτῳ μάστιγι τὰς ὄψεις πεπήρωτο. πολλὰ δὲ τοῦ ἀποστόλου καταδεηθεὶς ἰᾶτο μὲν τὰς ὄψεις, τὴν δὲ καρδίαν ἔτι πηρὸς ἦν. καὶ μικρὸν ὅσον, καθηλοῖ μὲν τὸν ἀπόστολον ἥλοις μακροῖς κατὰ γῆν· πίσσῃ δὲ καὶ ἀσφάλτῳ καὶ πολλὴν ἐπιφορήσαντες κληματίδα καὶ ὕλην ἄλλην πυρὶ φίλην ἐπιβαλόντες πῦρ κάτωθεν ὑπανῆπτον· τὸ δὲ παρὰ δόξαν εἰς δρόσον μετεσκευάζετο. ταῦτ' ἰδόντες τὸ πλῆθος τῷ Ματθαίου θεῷ προσετάθεντο. ὁ δ' αὖ γε κρατῶν, γοητείαν εἶναι τὰ τῷ ἀποστόλῳ τελούμενα οἰηθεὶς καὶ τῷ θυμῷ περιοργὴς γεγονώς, τοὺς ἐξ ἀργύρου καὶ χρυσοῦ πεποιημένους αὐτῷ θεούς, δώδεκα δ' ἦσαν, ἐξενεγκεῖν ἐκέλευε, περικύκλῳ τε τῆς κατὰ τοῦ Ματθαίου πυρκαϊᾶς στήσαντας τὴν ὕλην ἀνάπτειν, ὡς ἄν γε τῇ αὐτῶν ἀρωγῇ τὰ οἰκεῖα δράσῃ τὸ πῦρ. τούτων δὲ γενομένων ἀνῆπτον τὴν ὕλην· τὸ δὲ πῦρ κατὰ τῶν θεῶν μᾶλλον ἐχώρει καὶ τούτους ἐλέπτυνε ῥέοντας. ὁμοίωμα δ' ἐκεῖθεν ὡς καιομένου ἐξέθορε δράκοντος, καὶ τοῦ βασιλέως κατόπισθεν εἵρπε καὶ συρίττον μέγα ἐδίωκεν, ὡς μηδ' ἐκ τοῦ ῥάστου ἐκείνῳ ἐνεῖναι τῶν βασιλείων εἴσω χωρεῖν. ἀπειπὼν οὖν ἐπὶ τὸν ἀπόστολον αὖθις ἐγίνετο, καὶ τῆς ὁρμῆς τοῦ καθέρποντος ἠντιβόλει ῥυσθῆναι. ὁ δ' ἀπόστολος τῆς ὥρας ἤδη ἐνστάσης πρὸς τὸν ποθούμενον διαβαίνειν Χριστόν, πάντων ἔξω γενόμενος ἐπετίμα μὲν τῷ πυρί, καὶ αὐτίκα ἐσβέννυτο καὶ ὁ δράκων εὐθὺς ἀφανὴς ἦν. ὑπειπὼν δὲ τῷ ἄρχοντι ὅσα ἐχρῆν καὶ πάντας εὐχαῖς στηρίξας, ἐν εἰρήνῃ ἀφίει τὸ πνεῦμα καὶ διέβαινε πρὸς Χριστόν. τό γε μὴν ἱερὸν τοῦ ἀποστόλου σκῆνος ἐπὶ κλίνης χρυσέας ἐν διαφανέσιν ἐσθήμασιν ὁ Φουλβιανὸς ἐπιθεὶς εἰσάγει πρὸς τὰ ἀνάκτορα· γλωσσοκόμῳ δὲ σιδήρου πεποιημένῳ καὶ μολίβδῳ ἀσφαλισάμενος κατὰ θαλάσσης ἀφεῖναι προστάσσει, τοῦτ' ἐν νῷ θέμενος, ὡσεὶ ὁ τοῦ πυρὸς ἐκεῖνο δεῖξας ὑπέρτερον, εἴ γε δὴ καὶ τοῦ ὕδατος διανήξασθαι ὑπὸ σιδηρέᾳ τῇ λάρνακι κατισχύσειε, τῷ ἐκείνου μόνῳ λατρεύσω θεῷ, παρὰ φαῦλον τοὺς ἐμοὺς θέμενος. ἐπεὶ δ' οὕτως ἔχων ἐρρίπτετο, καὶ μετὰ βραχὺ τῆς ἄνωθεν διακυβερνώσης χειρὸς τῇ

Digitized by Google

χέρσῳ αὖθις ἐπανεσώζετο, ἡ πόλις πᾶσα χυθεῖσα τοῦ ἄστεος, τοῦ ἐπισκόπου Πλάτωνος ἡγουμένου, τὸν ὑπὸ Ματθαίου κηρυττόμενον ἀνύμνουν θεόν. ἀπειπὼν δὲ τοῖς ὅλοις καὶ Φουλβιανὸς τὸ θεῖον εἰσδέχεται βάπτισμα καὶ τὴν Ματθαῖος διαμείβεται κλῆσιν ἐν ἀπορρήτῳ τοῦ ἀποστόλου μυσταγωγίᾳ. καὶ αὐτίκα πάντες οἱ ὑπὸ χεῖρα τὴν πατρῴαν δεισιδαιμονίαν ἀπορραπίζοντες τὸ θεῖον λουτρὸν κατησπάζοντο. τρίτος ἐξήκει μετὰ τοῦτο ἐνιαυτός, καὶ Πλάτων μὲν ὁ ἐπίσκοπος πρὸς τὰς αἰωνίους μετεχώρει σκηνάς. Φουλβιανὸς δ' ἔτι ζῶντος τοῦ ἐπισκόπου ἄλλῳ μὲν τῆς ἀρχῆς παρεχώρει, αὐτὸς δὲ ταπεινώσεως σχῆμα περιβαλλόμενος τὰ ἱερά τε τῶν Χριστιανῶν μυηθεὶς ὄργια, τὴν τοῦ πρεσβυτέρου χειροτονίαν παρὰ τοῦ θείου καταδέχεται Πλάτωνος· οὗ μετὰ τὴν ἐνθένδε ἀπαλλαγὴν τοῦ θεσπεσίου ἀποστόλου διὰ νυκτερινῆς μυήσαντος ὄψεως καὶ τὴν ἀξίαν τῆς ἐπισκοπῆς ἀναδέχεται· γνησίως δὲ τῷ εὐαγγελίῳ ὑπηρετήσας καὶ πολλοὺς διὰ τῆς πίστεως οἰκειώσας θεῷ πρὸς τὴν ἀμείνω ζωὴν μεταβέβηκεν.

Huius libelli hucusque inediti ac paene ignoti duo ad edendum invenimus documenta, alterum Parisiense, alterum Vindobonense, satis illa quidem inter se diversa. Parisiensem scripturam plerumque antiquiorem propterea Vindobonensi praeferendam duximus, sed utriusque comparandae doctis lectoribus plenam in commentario copiam fecimus.

Parisiensis (Par) codex idem est de quo iam identidem vidimus, signatus in bibliotheca Reg. nunc Nation. numero 881., saeculi undecimi, ubi folio 281. verso loco decimo acta Matthaei incipiunt.

Vindobonensis (Vind) is est quem Lambecius et Kollarius „pervetustum elegantem et optimae notae“ dicunt, recensentes commentariorum libro VIII. num. XIX. loco 21. pag. 590 sq.

IX. ACTA THOMAE.

Thomae acta nullis aliis antiquitatis laude cedunt aut auctoritate ex haereticorum usu quaesita. Adhibebantur summoque loco ponebantur apud eosdem Gnosticos apud quos Andreae acta inprimis valebant, Encratitas, Apostolicos, Origenianos: cuius rei luculentissi-

Digitized by Google

mum testem iam supra laudavimus Epiphanium, cf. pag. XL sq. Eadem maximi fieri apud Manichaeos, praeter alios testatur Turribius Asturicensis in epistola ad Idacium et Ceponium episcopos data, ubi est *Illud autem specialiter in illis actibus qui S. Thomae dicuntur prae ceteris notandum atque exsecrandum est quod dicit eum non baptizare per aquam, sicut habet dominica praedicatio atque traditio, sed per oleum solum*[73]*: quod quidem isti nostri* (i. e. Priscillianistae) *non recipiunt, sed Manichaei sequuntur, quia haeresis iisdem libris utitur et eadem dogmata et his deteriora sectatur. -- per cuius* (i. e. haeresis) *auctores vel per maximum principem Manem ac discipulos eius libros omnes apocryphos vel compositos vel infectos esse manifestum est, specialiter autem actus illos qui vocantur S. Andreae vel illos qui vocantur S. Iohannis, quos sacrilego Leucius ore conscripsit, vel illos qui dicuntur S. Thomae et his similia ex quibus Manichaei et Priscillianistae vel quaecunque illis secta est germana, omnem haeresin suam confirmare nituntur.*

Porro inveniuntur acta Thomae in Gelasii decreto, cap. VI. § 4. cf. supra pag. VII. Item in stichometria Nicephori et in Synopsi scripturae sacrae Athanasio adscripta, ubi in „Novi Testamenti libris iis quibus contradicitur" alii praeter Thomae actus non commemorantur nisi Petri et Iohannis[74]).

Augustinus vero locis tribus affert quae ex ipsis actis quemadmodum etiamnum habemus haud dubie petita sunt: cf. contra Faustum Manich. lib. XXII. cap. 79; adversus Adimantum Manich. cap. 17; de sermone domini in monte lib. I. cap. 20. His tribus locis eandem ille historiam laudat de pincerna apostolum palma percutiente propterea que ab apostolo maledicto et a leone dilaniato. Videamus textum loci primi contr. Faust. Manich. qui sic habet: *Legunt scripturas apocryphas Manichaei a nescio quibus sutoribus fabularum sub apostolorum nomine scriptas -- Ibi tamen legunt apostolum*

[73]) His verbis non dubium est quin respexerit Turribius locum actorum nostrorum sect. 25: de quo uberius exposuit Thilo in notis ad Acta Thomae pag. 181 sqq.

[74]) Τῆς νέας πάλιν διαθήκης ἀντιλεγόμενα ταῦτα· Περίοδοι Πέτρου, Περίοδοι Ἰωάννου, Περίοδοι Θωμᾶ, Εὐαγγέλιον κατὰ Θωμᾶν, Διδαχὴ ἀποστόλων, Κλημέντια. Cf. Credner: Zur Geschichte des Kanons, pag. 145.

Digitized by Google

Thomam, cum esset in quodam nuptiarum convivio peregrinus et prorsus incognitus, a quodam ministro palma percussum, imprecatum fuisse homini continuam saevamque vindictam. Nam cum egressus fuisset ad fontem, unde aquam convivantibus ministraret, eum leo irruens interemit, manumque eius, qua caput apostoli levi ictu percusserat, a corpore avulsam secundum verbum eiusdem apostoli id optantis atque imprecantis canis intulit mensis, in quibus ipse discumbebat apostolus. Quid hoc videri crudelius potest? Verum quia ibi, nisi tamen fallor, hoc etiam scriptum est quod ei veniam in saeculo futuro petiverit, facta est compensatio beneficii maioris -- Utrum illa vera sit aut conficta narratio, nihil mea nunc interest. Certe enim Manichaei a quibus illae scripturae quas canon ecclesiasticus respuit tanquam verae atque sincerae acceptantur --.

Duobus fere saeculis post Augustini aetatem auctor historiarum apostolicarum quae Abdiae nomine dici solent, diserte professus est ex Thomae actis se hausisse, cf. lib. IX, 1. apud Fabricium l. l. pag. 689., ubi est *Porro legisse me memini quendam librum in quo iter eius* (i. e. Thomae) *in Indiam et res ibi gestae explanantur: qui quod ab aliquibus ob verbositatem non recipitur, supervacaneis omissis ea memorabo quae fide certa constant ac legentibus grata sint et ecclesiam roborare possunt.* Quae verba revera excipiunt plures historiae ad graeca nostra Thomae acta compositae. Capitibus enim II—IV. Pseudo-Abdias complectitur quae sectt. prioribus XVII leguntur de itinere cum Abbane negotiatore in Indiam suscepto; de coena nuptiali filiae regiae; de Hebraea tibicina: de pincerna maledicto; de sponso et sponsa ad Christum conversis: item capp. V. et VI. ea quae inde a sect. 17. leguntur de palatio in caelis aedificato: item cap. VII. brevissime tum quae de muliere spiritum immundum habente sect. 39 sqq., tum quae de iuvene uxoris adulterae interfectore sect. 48 sqq. exposita sunt. His maximam partem graecus textus in breve cogitur, quod se facturum ipse auctor professus est; sunt vero etiam eiusmodi quorum latinus textus cum graeco apte conferri queat: quemadmodum cap. III. redditur sectio apud nos quarta in hunc modum: *Exeuntes autem de navi ingressi sunt primam Indiae civitatem, et audiebant sonos musicos et urbem totam laetitia magna*

*****

Digitized by Google

plaudere. Interrogantesque unum de populo quid hoc esset, dictum est illis Rex, inquit, noster unicam filiam hodie copulat matrimonio, ideo gaudium est huic civitati: et te, ut credo, dii exhibuere ut his epulis interesses. Haec illis colloquentibus subito totam civitatem vox praeconis replet, dicens Audite habitatores omnes, divites mediocresque, peregrini et pauperes, accedite ad palatium regis et epulemini, gaudete et estote iucundi. Si quis vero ab hac se communi laetitia subtraxerit, reum se noverit maiestatis. Haec cum audiisset negotiator, ait Thomae apostolo Eamus et nos, ne culpabiles inveniamur coram rege. Tunc ingressi palatium iussi sunt discumbere thoro. Thomas autem apostolus discubuit in medio, intendentibus omnibus in eum et scientibus quod peregrinus esset.

Photii de actis apostolorum apocryphis locum celebrem, qui etiam ad acta Thomae spectat, exhibuimus supra pag. VIII.

Invenerunt autem haec acta ante triginta fere abhinc annos interpretem doctissimum, qui quum alia multa ad illustrandum libellum conscripsit, tum uberius atque egregie de gnostica eius indole commentatus est: hunc non poterit non adire qui varias actorum Thomae rationes penitus indagare voluerit. Quis non videt loqui me de Thilone clarissimo? Is enim anno 1823. primum graece edidit acta S. Thomae apostoli: quibus quae praemissa est „notitiam uberiorem novae codicis apocr. Fabriciani editionis“ iam identidem vidimus. Notae in acta Thomae quas textui adiunxit paginas explent plus centum. Textum eodem libello exhibitum Thilo inprimis ad codicem Reg. nunc Nation. num. 881. se conformasse dicit per priores sectiones 29, passim insuper adhibitis codicibus eiusdem bibliothecae duobus aliis num. 1468. et num. 1454. signatis; sectiones vero posteriores 29 (a sect. 30—58.) ex uno cod. Reg. nunc Nation. num. 1176. hausit. Qua in re ut virum clarissimum haud indiligenter versatum esse non est quod dicam aut probem, ita locis haud paucis ab editoris accuratione eum deflexisse facile videbit qui nostra cum Thiloneis contulerit. In priore enim libelli parte codex is quem se expressisse asserit[75]), saepe aliam scripturam habet atque editum

[75]) Eius verba sunt: *Textum huius Ms. ad finem sectionis 29. pertinentem prelo commisimus, cum recensionem eius antiquissimam minimumque ecclesiastica censura*

Digitized by Google

est; qua in re ipse falli non potui, quoniam Thilonis textum ad codicis scripturam curiose examinavi[76]): in altera vero parte, quam unus quod sciam Parisiensium codicum exhibet errores multo sunt rariores sed aliquoties satis graves; quemadmodum sect. 31. Thilo legit πρᾶξαι δὲ ταῦτα pro ταράξαι δὲ ταύτην, sect. 36. συγχωροῖς pro συγχωρεῖ σοι, sect. 37. ἀλλὰ μᾶλλον εἰς τὸν ἄνθρωπον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν pro ἀλλὰ μᾶλλον πιστεύσατε εἰς τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησ. Χρ. Quae quum ita sint, non est quod imminuam laudem Thilonis, de meis quoque studiis bene meriti; sed vehementer gaudeo coniunctis meis cum Thilonis curis iam contigisse ut multo emendatior prodiret actorum Thomae textus, eo maiore ille quidem studio dignus quum aliquanto minus quam plerique actus reliqui catholicorum censura ab antiquissima forma videatur discessisse.

Nunc igitur de nostrae editionis subsidiis est dicendum.

A i. e. codex Reg. nunc Nat. num. 881. saeculi XI. Is diligentissime a nobis excussus et plerumque in textu expressus est.

B i. e. cod. Reg. nunc Nat. num. 1468. eiusdem saeculi. „Collationem eius cum praecedenti plenam adscripsimus quatuor prioribus paragraphis. In seqq. cum plura, praecipue quae haereticam doctrinam redolerent, vel omissa prorsus vel in brevius contracta, atque alia aliis verbis expressa deprehenderemus, se-

---

mutilatam esse appareret. -- Praeter haec (apertos librarii errores, accentus, interpunctionem orthographiam) quae sive ex coniectura sive reliquorum codicum collatione emendavimus, in notis religiose indicavimus.

[76]) Pauca erroris exempla haec sunt. Sect. 1. est κήρυξον, non κήρ. ἐκεῖ: με ἀποστ. ἀπόστ. ἀλλαχοῦ, non ἀποστ. με ἀλλ. ἀπόστ. Sect. 2. τοῦνομά, non ἐνόματι: Ἰούδαν τὸν καὶ τὸν Θωμᾶν, non Ἰούδ. Θωμᾶν τὸν καὶ Δίδυμον: κύριος, non ὁ κύριος. Sect. 5. ἡ κόρη τοῦ φωτὸς ϑυγάτηρ ἧ ἐνέστηκε, non ἡ κόρη τοῦ φωτός, ἡ ϑυγάτηρ, ἧ ἔνεστι. Sect. 9. τοῦ πατάξαντος et τοῦ ϑεοῦ, Th. bis om τοῦ: προσελϑὼν εἶπεν αὐτῷ, non ταῦτα προσελϑὼν εἶπε τῷ ἀποστόλῳ: ὅπως εὔξεται, non ὅπ. εὔξηται. Sect. 14. ἧς (Th. ἣν) ἠϑόμην, τοῦτον τὸν (Th. om) ἄνδρα, ἐμοὶ (Th. μοι) οὐ. Sect. 18. ἐξῆλϑεν ἔξω, Th. om ἔξω: ἐβούλ. τὴν οἰκοδ., non τ. οἰκ. ἐβούλ.: Πέτε, non Π. οὖν: καὶ ὁ βασ., non ὁ δὲ βασ.: αὐτῷ τῷ χειμῶνι, non ἐν τῷ χ.: βασ. εἶπεν, non βασ. ἔφη: κάλαμον λαβών, non λ. κ.: τὰς ϑυρ. δέ, non τὰς δὲ ϑυρ. Sect. 28. ἀποδιδ. τὰ (Th. om) ἀλλότρια: μεριμνὰς καὶ λύπας, Th. om κ. λύπ.: καὶ (Th. om) ἐν τῇ: οὐκ (Th. ὅτε οὐκ) ἔχει: παρ' αὐτοῦ, non παρ' αὐτῷ: πραότητος, non πραύτητος: ἀποϑανεῖτε, non ἀποϑάνητε: φυλάξατε et ἐξέλϑατε, non -ξασϑε et -ϑετε: προσδέξεται et ἐγκαταϑήσεσϑε, non -ξηται et -σησϑε.

Digitized by Google

lectis tantum locis diversitatem lectionis enotavimus.“ Finiuntur acta sect. 24.

C i. e. cod. Reg. nunc Nat. num. 1454. saec. X. „Praeter sermones §§ 6. 7. 10. 15. decurtatos scriptura huius libri accurate exarati proxime accedit ad textum a nobis editum, atque ita nos in eo emaculando multum adiuvit. Ubi lectiones eius praestantiores iudicavimus, reiectaneas cod. A in notis posuimus. Reliquam omnem differentiam diligentissime recensuimus.“

D i. e. cod. Reg. nunc Nat. num. 1176. saec. XIII. „Eadem continet integra, quae nobis cod. A subministraverat; unde cum hoc illum contulimus in locis paulo ante indicatis, ubi codd. B et C nos deficiebant.“ Hos codd. BCD ad priores 29 sectiones fere totos ex Thilonis notis desumsimus. Ille quum codicem A plerumque sequi se professus esset, saepe vero tacitus deseruisset, passim nobis dubium erat unde suam lectionem hausisset. Eiusmodi lectionibus in apparatu exhibitis praeposuimus „Th.“: auctoritas earum iudicanda ad ea est quae modo ex Thilonis prolegomenis repetenda curavimus.

E i. e. cod. Reg. nunc Nat. num. 1556. saec. XV. Huius collationem ipsi ad apparatum adiecimus. Est autem eiusmodi ut egregium exemplum recensionis catholicae praebeat.

Atque haec quidem de prioribus 29 sectionibus dicta sunt. Alteras 29, a tricesima usque quinquagesimam octavam, ex uno codice Reg. nunc Nat. num. 1176. (vide antea D) haurire licebat. Edidimus autem ex accuratissimo ipsius codicis examine, quod multum ad emendandam Thilonis editionem fecisse iam antea significavimus.

X. CONSUMMATIO THOMAE.

Haec Consummatio Thomae quam prope accedat ad reliquas de Thoma traditiones apocryphas, ex iis clarum erit quae maximae similitudinis caussa ex Pseudo-Abdiae historiis[77]) graeco textui sub-

[77]) In notis ad sect. 1. v. 3. lege § XV. pro XVI; item v. 6. § XVII. pro XV. Praeterea noto, nomen Misdei regis apud Nicephorum hist. eccles. II, 40. Σμινδαῖος dici.

Digitized by Google

κρυφον νόσον φιμώσας τῆς ψυχῆς καὶ τὴν φανερὰν πρᾶξιν ἐκκόψας, ὁ θλίψας καὶ ἐξορίσας τὸν ἐν ἐμοὶ στασιάζοντα, ὁ ἄσπιλόν μου καὶ ἄθραυστον τὴν εἰς σὲ φιλίαν καταστήσας, ὁ ἀνενδοίαστόν μου τὴν εἰς σὲ πίστιν δούς, ὁ καθαράν μου τὴν εἰς σὲ γνώμην ὑπογράψας, ὁ τῶν ἔργων τὸν ἐπάξιον ἀποδιδοὺς μισθόν, ὁ ἐγκαταθέμενός μου τῇ ψυχῇ μηδὲν ἔχειν κτῆμα ἢ σὲ μόνον. τί γὰρ σοῦ τιμιώτερον; νῦν ὅτε κύριε ἠν ἐπιστεύθην οἰκονομίαν σου ἐτελείωσα, ἀξίωσόν με τῆς σῆς ἀναπαύσεως, τὸ ἐν σοὶ τέλειον ἐργαζόμενος, ὅπερ ἐστὶν ἄρρητος σωτηρία. καὶ πορευομένου μου πρὸς σὲ ὑποχωρησάτω πῦρ, νικηθήτω σκότος, ἀτονησάτω κάμινος, σβεσθήτω γέεννα, ἀκολουθησάτωσαν ἄγγελοι, φοβηθήτωσαν δαίμονες, θραυσθήτωσαν ἄρχοντες, δυνάμεις σκότους πεσέτωσαν, δεξιοὶ τόποι στηκέτωσαν, ἀριστεροὶ μὴ μεινάτωσαν, ὁ διάβολος φιμωθήτω, ὁ σατανᾶς καταγελασθήτω, ἡ μανία αὐτοῦ ἠρεμησάτω, ἡ ὀργὴ αὐτοῦ θραυσθήτω, τὰ τέκνα αὐτοῦ παταχθήτω καὶ ὅλη αὐτοῦ ἡ ῥίζα ἀπορριζωθήτω· καὶ δός μοι τὴν εἰς σὲ ὁδὸν ἀνύβριστον ἀνεπηρέαστον ἀνύσαι, ἀπολαβεῖν δὲ ἅπερ ὑπέσχου τοῖς καθαρῶς βιοῦσιν καὶ σεμνὸν ἠγαπηκόσι βίον.

22 Καὶ ἀτενίσας εἰς τὸν οὐρανὸν ἐδόξασεν τὸν θεόν, σφραγισάμενός τε ὅλως ἑστὼς καὶ εἰπὼν ἡμῖν Ἡ εἰρήνη καὶ ἡ χάρις μεθ' ὑμῶν ἀδελφοί, ἀπέλυσεν τοὺς ἀδελφούς. ἐλθόντες οὖν ἐπὶ τὴν αὔριον αὐτὸν μὲν οὐχ εὗρον, ἀλλὰ τὰ σανδάλια αὐτοῦ καὶ βρύουσαν τὴν πηγήν. καὶ μετὰ ταῦτα ἐμνήσθησαν τὸ εἰρημένον Πέτρῳ ὑπὸ τοῦ κυρίου περὶ αὐτοῦ Τί γὰρ σοὶ μέλει ἐὰν αὐτὸν θέλω μένειν ἕως ἔρχομαι· καὶ ἐδόξασαν ἐπὶ τῷ γεγονότι θαύματι τὸν θεόν. καὶ οὕτως πιστεύσαντες ἀνεχώρησαν αἰνοῦντες καὶ εὐλογοῦντες τὸν φιλάνθρωπον θεόν, ὅτι αὐτῷ πρέπει δόξα νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

ἐξορίσας: Par ἐξωρίσας | ὁ ἄσπιλον: Par om ὁ | ἀνενδοίαστον: Par ἀνενδύαστον, Vind ἀνενδίαστον | μου τῇ ψυχῇ: Vind μου τὴν ψυχήν | νῦν ὅτε κύριε: Par om κύριε | νικηθήτω σκότος: ita Vind; in Par νικηθήτω periit | γέεννα: Par γέενα | στηκέτωσαν: ita Vind; Par στεικέτωσαν | ὁ σατανᾶς καταγελασθήτω: haec Vind habet, non item Par | θραυσθήτω, τὰ τέκνα αὐτοῦ: haec in Vind desiderantur | ἀπορριζωθήτω: ita Vind; Par ἀπορρηθήτω

22. σανδάλια: Par σαντάλια | Vind πρέπει δόξα τιμὴ καὶ προσκύνησις νῦν καὶ ἀεὶ etc.

Digitized by Google

APOCALYPSES APOCRYPHAE.

Digitized by Google

Digitized by Google

APOCALYPSES APOCRYPHAE

MOSIS, ESDRAE, PAULI, IOHANNIS,

ITEM

MARIAE DORMITIO,

ADDITIS EVANGELIORUM ET ACTUUM APOCRYPHORUM SUPPLEMENTIS.

MAXIMAM PARTEM NUNC PRIMUM EDIDIT

CONSTANTINUS TISCHENDORF,

PHIL. ET THEOL. D. LEGG. D. HONOR. CANTABR. IUR. CIV. D. HONOR. OXON. THEOL. ET PALAEOGR. BIBL. PROF. P. O. LIPS.

LIPSIAE

HERM. MENDELSSOHN.

MDCCCLXVI.

Digitized by Google

Digitized by Google

VIRO EXCELLENTISSIMO AC PERILLUSTRI

AUGUSTO DE GRIMM,

DE EDUCANDIS DOMUS CAESAREAE RUSSICAE PRINCIPIBUS MERITISSIMO,

ITINERIS ORIENTALIS CUI CODEX SINAITICUS DEBETUR ADIUTORI ACERRIMO,

FAUTORI SUO ET AMICO

ANIMI DEDITISSIMI TESTANDI CAUSSA

D. D. D.

CONSTANTINUS TISCHENDORF.

Digitized by Google

Digitized by Google

PROLEGOMENA.

In itineribus nostris ab anno 1840 per Europam et orientales terras factis etiam illud propositum nobis erat, ut codices indagaremus unde libri Novi Testamenti qui dicuntur apocryphi vel primum in lucem protrahi vel rectius edi possent. Nec deerat studiis eventus. Centum enim ac plus codices Graecos et Latinos invenimus quibus excutiendis exsequeremur propositum. Quorum subsidiorum ope non modo libros iam aliorum curam inprimis Fabricii et Thilonis nactos emendatius ac plenius edere contigit, sed etiam haud paucos ab oblivione vindicare. Quindecim autem anni sunt cum ad fructus itinerum et studiorum nostrorum in hoc litterarum genere publici iuris faciendos accessimus. Initium fecimus anno 1851 ab actis apostolorum apocryphis, quorum septem primi dedimus, septem alia vel primum integra vel plurimis locis emendata. Horum quae ultimo loco diximus numero nec acta Thomae eximenda sunt, quamvis maiorem reliquis diligentiam ab ipso primo editore nacta sint. Actis duobus annis post evangelia apocrypha addidimus. Cuius generis libellos rursus septem edidimus primi; reliquorum nihil non emendatum dedimus; ipsi vero gravissimi, evangelium Iacobi dicimus, evangelium Thomae, acta Pilati, multum laboris poscebant.

Digitized by Google

Absolutis actis atque evangeliis reliquum erat ut apocalypses tractaremus. Quod brevi factum iri postquam anno 1851 in Studiis Theologicis et Criticis Heidelbergensibus significavimus, prolato ex collectionibus nostris argumento apocalypsis Pauli, quam deperditam paullo ante Fridericus Lücke dixerat, aliorumque librorum similium incognitorum, tot alii labores[1] et itinera tantam ei rei moram intulerunt ut nunc demum fidem solveremus.

Edidimus igitur, ut ipso libri nostri titulo significatum est, quattuor scripta quae auctores apocalypses dixerunt: quorum tria, Mosis Esdrae Pauli insignita nominibus, lucem nondum viderant, quartum, cui nomen Iohannis praefixum est, semel sed parum recte editum erat. Addidimus librum huc usque ineditum de dormitione Mariae, plerumque Iohanni adscriptum, opus inprimis memorabile et in originibus cultus Mariani indagandis gravissimum. Cui libro Graece scripto tractatus duo Latinos subiunximus, liberrime inde derivatos, quorum priorem et ipsum primi edidimus, alteri dudum vulgato antiquiorem formam ex libro scripto reddidimus.

Harum litterarum quum ea sit ratio ut vix duo codices scriptura consentientes inveniantur, difficile est recte edere quae ex pluribus fontibus haurienda sunt; si quid

---

[1] Ex eo quem diximus anno Novum Testamentum Graece undecies edendum vel repetendum erat, additis etiam Latino textu ad codicem Amiatinum recensito et Germanico ad ipsius Lutheri normam recognito, item bis Vetus Testamentum Graece renovatis prolegomenis repetivimus; codicem Claromontanum anno 1852 edidimus, item Anecdota sacra et profana anno 1855 rursusque additis supplementis 1860; Synopsin evangelicam secundum edidimus 1864, item ab anno 1855 Monumentorum sacrorum ineditorum novae collectionis volumina quattuor (I. II. III. V.); anno 1860 Notitiam editionis codicis Sinaitici cum catalogo codicum a nobis ex oriente Petropolin perlatorum et anecdotis aliquot; anno 1862 Bibliorum codicem Sinaiticum voluminibus quattuor, anno insequenti Novum Testamentum Sinaiticum, anno 1864 Nov. Test. Graece ex Sinaitico codice Vaticana itemque Elzeviriana lectione notata. Praeterea anno 1862 descriptionem itineris in terram sanctam facti vulgavimus. Exeunte autem anno 1864 etiam suscipienda erat nova Novi Testamenti editio critica maior (editio octava sive repetitionibus omnibus numeratis decima octava).

Digitized by Google

vero uno tantum ex codice petere licet, a vitiositate scripturae, qua libri eiusmodi praeter cetera conspicui sunt, vix minor edendi difficultas oritur. Quos hoc volumine libros comprehendimus, ii utraque illa nos difficultate premebant: alteri enim subsidii critici penuria, alteri codicum varietate atque discrepantia edendi laborem auxerunt. Quae ab inconstantia codicum difficultas est, ea quidem ita, si non vinci, certe praeteriri potest ut unius codicis scriptura exprimatur adnotatis reliquis. Quod ut rectissime fit ubi unus prae ceteris sive antiquitatis laude sive scripturae bonitate eminet, ita vix commendari potest ubi simili modo omnes ad recuperandum textum in antiquitate vulgatum faciunt. Hoc vel maxime in eos huius voluminis libellos quadrat, qui Mosis et Iohannis apocalypses dicti sunt; quorum textum ex iis quos invenimus codicibus non sine arbitrio concinnasse videbimur. Expromta vero larga manu singulorum varietate providimus ne aliis obtrudere videremur quae ipsi probabilia duximus.

Quae de singulis libris praefati sumus, satis pauca sunt. Tamen ab huius editionis consilio alienum erat plura dare; nec ut praeter consilium daremus per otium nunc licuit. Quem vero olim librum de evangeliorum apocryphorum origine et usu scripsimus[2] ubi nova editione repetemus, tantopere ab amicis flagitata, omnibus exemplis anni 1851 dudum divenditis, ea potissimum quae de dormitione Mariae hoc volumine edidimus simul tractare consentaneum erit. Quae enim de origine et usu horum scriptorum proferri possunt, ea ipsa sunt quae uberius nunc perscribere noluimus.

Praeterea nonnulla litterarum apocalypticarum supplementa Prolegomenis inserenda curavimus. Supersunt autem alia haud pauca quae ad litteras Novi Testamenti apocryphas locupletandas atque emendandas praeparavi-

[2] Prodiit ex auctoritate Societatis Haganae pro defendenda Religione Christiana Hagae Comitum 1851.

Digitized by Google

mus, ut epistulas varias partim iam notas partim certe nondum editas, ut Iohannis acta illa uberrima quae Prochori nomen prae se ferunt[3]. Quibus ad edendum corpus Novi Testamenti apocryphum reservatis, nunc satis habuimus nonnihil quod ad supplendam nostram actorum apocryphorum editionem facit ad calcem libri addere, atque alia quibus evangelia supplentur adnectere Prolegomenis.

Sed iam breviter de singulis explicandum est.

I.
APOCALYPSIS MOSIS.

Plures hoc nomine libri ex antiquitate innotuerunt, ita tamen ut non eodem semper eoque solo dicti esse videantur. Qua de re quum ipsi breviter diximus in Studiis Theologicis et Criticis Heidelbergensibus a. 1851. fascic. 2. tum paullo fusius explicuerunt Lückius in libro quem inscripsit: Versuch einer vollständigen Einleitung in die Offenbarung des Johannes etc. 1848. fascic. 1. pag. 232 sqq. et Dillmannus in Encyclopaedia Theologica Herzogiana vol. 12. pag. 317 sqq. (1860.) Cohaerent autem cum apocalypsibus Mosis quae antiquis dicebantur libri qui circa Adamum eiusque vitam et mortem versabantur[1]; ab Adamo enim etiam illas fabularum initium fecisse, libro Iubilaeorum probatur, quem et ipsum inter apocalypses Mosis Syncellus et Cedrenus retulerunt.

Is liber quem nunc edidimus quorsum referendus sit dubium est. Videtur autem non tam per se inventus esse sed partem alicuius maioris libri effecisse: quem quidem non mediae aetati

[3] Plura alia ad Veteris Testamenti pseudepigrapha pertinent. In his eminent *testamenta duodecim patriarcharum*, quae ad tollendam imperfectissimam Grabii editionem ex quattuor codicibus Graecis hausimus. Quae praeterea testamenta passim in codicibus inveniuntur, Abrahami, Melchisedeci, Iobi, perexigui pretii sunt; sed et haec transcripsimus. *Salomonis* vero *testamentum* habemus, a quo certe illud quod Fleckius edidit demum derivatum est. Ceterum ipsam quam edidimus Mosis apocalypsin inter Veteris Testamenti pseudepigrapha referendam esse apparet. Non idem in Esdrae librum quadrat, totum Christianum illum quidem.

[1] Cf. Dillmann. l. l. pag. 319.

Digitized by Google

sed potius saeculis circa Christum natum tribuendum esse, quum universa libri ratione tum singulis quibusdam probabile fit, a quibus alii scriptores antiqui pependisse videntur. Huc inprimis pertinet narratio de Setho ad portas paradisi delegato olei misericordiae petendi caussa, ad quam auctor Descensus Christi ad inferos respicit capite tertio (Evangg. apocryph. pag. 303. Cf. etiam textum Latinum A cap. XII. pag. 390.) Ista fabula post vario modo exculta atque etiam medii aevi poetis celebrata [2] nescio an potissimum e libro nostro fluxerit, cuius principale quoddam argumentum efficit. Accedit illud quod sectionibus 7 et 17 traditur de hora qua Evam diabolus ad peccandum pellexit. Quam ad traditionem quum auctor protevangelii quod vocant capite XIII. pag. 25. allusit, Thilo rectam eius loci scripturam non assequutus praeter morem prorsus a vero aberravit, pagina Codicis sui apocryphi 223. haec adnotans: „In his ὥρα δοξολογίας est tempus status felicis, quo primus homo fruebatur ante peccati origines, quo secundum textum cod. Vat. A cum angelis consuetudinem habuisse traditur.“ Praetereo alia. Spero autem non defuturos esse qui hanc in rem totumque librum accuratius inquirant.

Ad edendum adhibuimus codices quattuor, duo Italicos, duo Vindobonenses. Is cui siglum A dedimus codex est Venetus Nanianus LXIII. chartaceus saeculi fere decimi tertii [3]. Hunc totum transcripsimus anno 1843. Alter Italicorum D nobis dictus Mediolanensis est Ambros. C 237 Inf. membranaceus saeculi fere undecimi. Hunc ab initio tantum et ad finem eodem anno exscripsimus. Duo Vindobonenses apud nos B et C dicuntur. B chartaceus saeculi XIII. vel XIV. a Lambecio Catalogi libro V. numero CCX notatus est; cf. l. l. pag. 63. ad codicis fol. 310 sqq. Alter membranaceus XII. fere saeculi Lambecio est libri VIII.

[2] Placuisse auctori carminis satyrici saec. XV. Rynke de Vos ex Goethio renovatore eius carminis (cf. apud eum Reineke Fuchs cantum 10, 21 sqq.) notissimum est. Nuperrime Alfred Maury in libro: Croyances et Légendes de l'antiquité (Paris, 1863), pag. 294 adnotavit eandem fabulam inveniri in „historia poenitentiae Adami“ Gallice versa a Colardo Mansion. „Cette légende se rencontre dans *l'Histoire de la pénitence d'Adam*, qui a été traduite du latin en français par Colard Mansion. Voy. Van Praet, *Recherches sur Louis de Bruges seigneur de la Gruthuyse* p. 96 et suiv.“ Dudum Lambecius (cf. Catalogi lib. V. pag. 63 et lib. II. pag. 778.) indicavit Lutwini poema de vita Adami et Evae, quod in libris scriptis bibl. Caesareae exstat, ad nostram fabulam conferendum esse.

[3] Auctori Catalogi p. 101. saeculi 12. vel 13. dicitur. Praeterea mendosissimum dicit et scriptum a librario qui non intelligebat quod exarabat.

Digitized by Google

mus, ut epistulas varias partim iam notas partim certe nondum editas, ut Iohannis acta illa uberrima quae Prochori nomen prae se ferunt[3]. Quibus ad edendum corpus Novi Testamenti apocryphum reservatis, nunc satis habuimus nonnihil quod ad supplendam nostram actorum apocryphorum editionem facit ad calcem libri addere, atque alia quibus evangelia supplentur adnectere Prolegomenis.

Sed iam breviter de singulis explicandum est.

I.

APOCALYPSIS MOSIS.

Plures hoc nomine libri ex antiquitate innotuerunt, ita tamen ut non eodem semper eoque solo dicti esse videantur. Qua de re quum ipsi breviter diximus in Studiis Theologicis et Criticis Heidelbergensibus a. 1851. fascic. 2. tum paullo fusius explicuerunt Lückius in libro quem inscripsit: Versuch einer vollständigen Einleitung in die Offenbarung des Johannes etc. 1848. fascic. 1. pag. 232 sqq. et Dillmannus in Encyclopaedia Theologica Herzogiana vol. 12. pag. 317 sqq. (1860.) Cohaerent autem cum apocalypsibus Mosis quae antiquis dicebantur libri qui circa Adamum eiusque vitam et mortem versabantur[1]; ab Adamo enim etiam fabularum initium fecisse, libro Iubilaeorum probatur. ipsum inter apocalypses Mosis Syncellus et Cedrenus

Is liber quem nunc edidimus quorsum referend est. Videtur autem non tam per se inventus es alicuius maioris libri effecisse: quem quidem no

[3] Plura alia ad Veteris Testamenti pseudepigraph nent *testamenta duodecim patriarcharum*, quae ad toll bii editionem ex quattuor codicibus Graecis ha menta passim in codicibus inveniuntur pretii sunt; sed et haec transcripsi a quo certe illud quod Fleckius quam edidimus Mosis apoc rendam esse appare illum quidem.

[1] Cf. Dill

Digitized by Google

sed potius saeculis circa Christum natum tribuendum esse, cum universa libri ratione tum singulis quibusdam probabile fit, a quibus alii scriptores antiqui pependisse videntur. Huc inprimis pertinet narratio de Setho ad portas paradisi delegato olei misericordiae petendi caussa, ad quam auctor Descensus Christi ad inferos respicit capite tertio (Evangg. apocryph. pag. 303. cf. eiusdem textum Latinum A cap. XII. pag. 390.) Ista fabula post tempora modo exculta atque etiam medii aevi poetis celebrata [illegible] potissimum e libro nostro fluxerit, cuius principale quodammodo argumentum efficit. Accedit illud quod sectionibus 7 et 11 [illegible] tur de hora qua Evam diabolus ad peccandum pellexit, [illegible] ad traditionem quum auctor protevangelii quod vocant cap. pag. 25. allusit, Thilo rectam eius loci scripturam non [illegible] praeter morem prorsus a vero aberravit, pagina Codicis [illegible] cryphi 223. haec adnotans: „In his ὥρα δοξολογίας est [illegible] status felicis, quo primus homo fruebatur ante peccat[illegible] quo secundum textum cod. Vat. A cum angelis consu[illegible] habuisse traditur." Praetereo alia. Spero autem non [illegible] esse qui hanc in rem totumque librum accuratius inqu[illegible]

Ad edendum adhibuimus codices quattuor, [illegible] duo Vindobonenses. Is cui siglum A dedimus codex [illegible] Nanianus LXIII. chartaceus saeculi fere decimi tertii, [illegible] totum transcripsimus anno 1843. Alter Italicorum [illegible] ctus Mediolanensis est Ambros. C 237 Inf. membr[illegible] fere undecimi. Hunc ab initio tantum et ad finem [illegible] exscripsimus. Duo Vindobonenses apud nos B et [illegible] chartaceus saeculi XIII. vel XIV. a Lambecio C[illegible] numero CCX notatus est; cf. l. l. pag. 63. ad c[illegible] Alter membranaceus XII. fere saeculi Lamb[illegible]

---

[2] Placuisse auctori carminis satyrici saec. XV [illegible] renovatore eius carminis (cf. apud eum Reinek[illegible] tissimum est. Nuperrime Alfred Maury in Rev[illegible] tiquité (Paris, 1863), pag. 234 adnotavit [illegible] poenitentiae Adami" Gallice versa a Co[illegible] contre dans *l'Histoire de la pénitence* [illegible] çais par Colin Mansion. Voy. Van [illegible] neur [illegible]

Emendandis.

need. mea sacr. 1789 post quae- 1698. I. p. 197.

. pag. 1165: δεῖ ωνὰς τῶν εὐαγγελι- ἀλλὰ καὶ ὁμωνύμως τοῦ ἁγίου Παύλου· οὐ Σαμωσατέως, ὅθεν οἱ

951. τὴν ἀποκάλυψιν τοῦ

Digitized by Google

κρυφον νόσον φιμώσας τῆς ψυχῆς καὶ τὴν φανερὰν πρᾶξιν ἐκκόψας, ὁ θλίψας καὶ ἐξορίσας τὸν ἐν ἐμοὶ στασιάζοντα, ὁ ἄσπιλόν μου καὶ ἄθραυστον τὴν εἰς σὲ φιλίαν καταστήσας, ὁ ἀνενδοίαστόν μου τὴν εἰς σὲ πίστιν δούς, ὁ καθαράν μου τὴν εἰς σὲ γνώμην ὑπογράψας, ὁ τῶν ἔργων τὸν ἐπάξιον ἀποδιδοὺς μισθόν, ὁ ἐγκαταθέμενός μου τῇ ψυχῇ μηδὲν ἔχειν κτῆμα ἢ σὲ μόνον. τί γὰρ σοῦ τιμιώτερον; νῦν ὅτε κύριε ἣν ἐπιστεύθην οἰκονομίαν σου ἐτελείωσα, ἀξίωσόν με τῆς σῆς ἀναπαύσεως, τὸ ἐν σοὶ τέλειον ἐργαζόμενος, ὅπερ ἐστὶν ἄρρητος σωτηρία. καὶ πορευομένου μου πρὸς σὲ ὑποχωρησάτω πῦρ, νικηθήτω σκότος, ἀτονησάτω κάμινος, σβεσθήτω γέεννα, ἀκολουθησάτωσαν ἄγγελοι, φοβηθήτωσαν δαίμονες, θραυσθήτωσαν ἄρχοντες, δυνάμεις σκότους πεσέτωσαν, δεξιοὶ τόποι στηκέτωσαν, ἀριστεροὶ μὴ μεινάτωσαν, ὁ διάβολος φιμωθήτω, ὁ σατανᾶς καταγελασθήτω, ἡ μανία αὐτοῦ ἠρεμησάτω, ἡ ὀργὴ αὐτοῦ θραυσθήτω, τὰ τέκνα αὐτοῦ παταχθήτω καὶ ὅλη αὐτοῦ ἡ ῥίζα ἀπορριζωθήτω· καὶ δός μοι τὴν εἰς σὲ ὁδὸν ἀνύβριστον ἀνεπηρέαστον ἀνύσαι, ἀπολαβεῖν δὲ ἅπερ ὑπέσχου τοῖς καθαρῶς βιοῦσιν καὶ σεμνὸν ἠγαπηκόσι βίον.

22 Καὶ ἀτενίσας εἰς τὸν οὐρανὸν ἐδόξασεν τὸν θεόν, σφραγισάμενός τε ὅλως ἑστὼς καὶ εἰπὼν ἡμῖν Ἡ εἰρήνη καὶ ἡ χάρις μεθ' ὑμῶν ἀδελφοί, ἀπέλυσεν τοὺς ἀδελφούς. ἐλθόντες οὖν ἐπὶ τὴν αὔριον αὐτὸν μὲν οὐχ εὗρον, ἀλλὰ τὰ σανδάλια αὐτοῦ καὶ βρύουσαν τὴν πηγήν. καὶ μετὰ ταῦτα ἐμνήσθησαν τὸ εἰρημένον Πέτρῳ ὑπὸ τοῦ κυρίου περὶ αὐτοῦ Τί γὰρ σοὶ μέλει ἐὰν αὐτὸν θέλω μένειν ἕως ἔρχομαι· καὶ ἐδόξασαν ἐπὶ τῷ γεγονότι θαύματι τὸν θεόν. καὶ οὕτως πιστεύσαντες ἀνεχώρησαν αἰνοῦντες καὶ εὐλογοῦντες τὸν φιλάνθρωπον θεόν, ὅτι αὐτῷ πρέπει δόξα νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

ἐξορίσας: Par ἐξωρίσας | ὁ ἄσπιλον: Par om ὁ | ἀνενδοίαστον: Par ἀνενδύαστον, Vind ἀνενδίαστον | μου τῇ ψυχῇ: Vind μου τὴν ψυχήν | νῦν ὅτε κύριε: Par om κύριε | νικηθήτω σκότος: ita Vind; in Par νικηθήτω periit | γέεννα: Par γένεα | στηκέτωσαν: ita Vind; Par στεικέτωσαν | ὁ σατανᾶς καταγελασθήτω: haec Vind habet, non item Par | θραυσθήτω, τὰ τέκνα αὐτοῦ: haec in Vind desiderantur | ἀπορριζωθήτω: ita Vind; Par ἀπορρηθήτω

22. σανδάλια: Par σαντάλια | Vind πρέπει δόξα τιμὴ καὶ προσκύνησις νῦν καὶ ἀεί etc.

Digitized by Google

APOCALYPSES APOCRYPHAE.

Digitized by Google

Digitized by Google

APOCALYPSES APOCRYPHAE

MOSIS, ESDRAE, PAULI, IOHANNIS,

ITEM

MARIAE DORMITIO,

ADDITIS EVANGELIORUM ET ACTUUM APOCRYPHORUM SUPPLEMENTIS.

MAXIMAM PARTEM NUNC PRIMUM EDIDIT

CONSTANTINUS TISCHENDORF,

PHIL. ET THEOL. D. LEGG. D. HONOR. CANTABR. IUR. CIV. D. HONOR. OXON. THEOL. ET PALAEOGR. BIBL. PROF. P. O. LIPS.

LIPSIAE

HERM. MENDELSSOHN.

MDCCCLXVI.

Digitized by Google

Digitized by Google

VIRO EXCELLENTISSIMO AC PERILLUSTRI

AUGUSTO DE GRIMM,

DE EDUCANDIS DOMUS CAESAREAE RUSSICAE PRINCIPIBUS MERITISSIMO,

ITINERIS ORIENTALIS CUI CODEX SINAITICUS DEBETUR ADIUTORI ACERRIMO,

FAUTORI SUO ET AMICO

ANIMI DEDITISSIMI TESTANDI CAUSSA

D. D. D.

CONSTANTINUS TISCHENDORF.

Digitized by Google

Digitized by Google

PROLEGOMENA.

In itineribus nostris ab anno 1840 per Europam et orientales terras factis etiam illud propositum nobis erat, ut codices indagaremus unde libri Novi Testamenti qui dicuntur apocryphi vel primum in lucem protrahi vel rectius edi possent. Nec deerat studiis eventus. Centum enim ac plus codices Graecos et Latinos invenimus quibus excutiendis exsequeremur propositum. Quorum subsidiorum ope non modo libros iam aliorum curam inprimis Fabricii et Thilonis nactos emendatius ac plenius edere contigit, sed etiam haud paucos ab oblivione vindicare. Quindecim autem anni sunt cum ad fructus itinerum et studiorum nostrorum in hoc litterarum genere publici iuris faciendos accessimus. Initium fecimus anno 1851 ab actis apostolorum apocryphis, quorum septem primi dedimus, septem alia vel primum integra vel plurimis locis emendata. Horum quae ultimo loco diximus numero nec acta Thomae eximenda sunt, quamvis maiorem reliquis diligentiam ab ipso primo editore nacta sint. Actis duobus annis post evangelia apocrypha addidimus. Cuius generis libellos rursus septem edidimus primi; reliquorum nihil non emendatum dedimus; ipsi vero gravissimi, evangelium Iacobi dicimus, evangelium Thomae, acta Pilati, multum laboris poscebant.

Digitized by Google

Absolutis actis atque evangeliis reliquum erat ut apocalypses tractaremus. Quod brevi factum iri postquam anno 1851 in Studiis Theologicis et Criticis Heidelbergensibus significavimus, prolato ex collectionibus nostris argumento apocalypsis Pauli, quam deperditam paullo ante Fridericus Lücke dixerat, aliorumque librorum similium incognitorum, tot alii labores[1] et itinera tantam ei rei moram intulerunt ut nunc demum fidem solveremus.

Edidimus igitur, ut ipso libri nostri titulo significatum est, quattuor scripta quae auctores apocalypses dixerunt: quorum tria, Mosis Esdrae Pauli insignita nominibus, lucem nondum viderant, quartum, cui nomen Iohannis praefixum est, semel sed parum recte editum erat. Addidimus librum huc usque ineditum de dormitione Mariae, plerumque Iohanni adscriptum, opus inprimis memorabile et in originibus cultus Mariani indagandis gravissimum. Cui libro Graece scripto tractatus duo Latinos subiunximus, liberrime inde derivatos, quorum priorem et ipsum primi edidimus, alteri dudum vulgato antiquiorem formam ex libro scripto reddidimus.

Harum litterarum quum ea sit ratio ut vix duo codices scriptura consentientes inveniantur, difficile est recte edere quae ex pluribus fontibus haurienda sunt; si quid

---

[1] Ex eo quem diximus anno Novum Testamentum Graece undecies edendum vel repetendum erat, additis etiam Latino textu ad codicem Amiatinum recensito et Germanico ad ipsius Lutheri normam recognito, item bis Vetus Testamentum Graece renovatis prolegomenis repetivimus; codicem Claromontanum anno 1852 edidimus, item Anecdota sacra et profana anno 1855 rursusque additis supplementis 1860; Synopsin evangelicam secundum edidimus 1864, item ab anno 1855 Monumentorum sacrorum ineditorum novae collectionis volumina quattuor (I. II. III. V.); anno 1860 Notitiam editionis codicis Sinaitici cum catalogo codicum a nobis ex oriente Petropolin perlatorum et anecdotis aliquot; anno 1862 Bibliorum codicem Sinaiticum voluminibus quattuor, anno insequenti Novum Testamentum Sinaiticum, anno 1864 Nov. Test. Graece ex Sinaitico codice Vaticana itemque Elzeviriana lectione notata. Praeterea anno 1862 descriptionem itineris in terram sanctam facti vulgavimus. Exeunte autem anno 1864 etiam suscipienda erat nova Novi Testamenti editio critica maior (editio octava sive repetitionibus omnibus numeratis decima octava).

Digitized by Google

vero uno tantum ex codice petere licet, a vitiositate scripturae, qua libri eiusmodi praeter cetera conspicui sunt, vix minor edendi difficultas oritur. Quos hoc volumine libros comprehendimus, ii utraque illa nos difficultate premebant: alteri enim subsidii critici penuria, alteri codicum varietate atque discrepantia edendi laborem auxerunt. Quae ab inconstantia codicum difficultas est, ea quidem ita, si non vinci, certe praeteriri potest ut unius codicis scriptura exprimatur adnotatis reliquis. Quod ut rectissime fit ubi unus prae ceteris sive antiquitatis laude sive scripturae bonitate eminet, ita vix commendari potest ubi simili modo omnes ad recuperandum textum in antiquitate vulgatum faciunt. Hoc vel maxime in eos huius voluminis libellos quadrat, qui Mosis et Iohannis apocalypses dicti sunt; quorum textum ex iis quos invenimus codicibus non sine arbitrio concinnasse videbimur. Expromta vero larga manu singulorum varietate providimus ne aliis obtrudere videremur quae ipsi probabilia duximus.

Quae de singulis libris praefati sumus, satis pauca sunt. Tamen ab huius editionis consilio alienum erat plura dare; nec ut praeter consilium daremus per otium nunc licuit. Quem vero olim librum de evangeliorum apocryphorum origine et usu scripsimus[2] ubi nova editione repetemus, tantopere ab amicis flagitata, omnibus exemplis anni 1851 dudum divenditis, ea potissimum quae de dormitione Mariae hoc volumine edidimus simul tractare consentaneum erit. Quae enim de origine et usu horum scriptorum proferri possunt, ea ipsa sunt quae uberius nunc perscribere noluimus.

Praeterea nonnulla litterarum apocalypticarum supplementa Prolegomenis inserenda curavimus. Supersunt autem alia haud pauca quae ad litteras Novi Testamenti apocryphas locupletandas atque emendandas praeparavi-

[2] Prodiit ex auctoritate Societatis Haganae pro defendenda Religione Christiana Hagae Comitum 1851.

Digitized by Google

mus, ut epistulas varias partim iam notas partim certe nondum editas, ut Iohannis acta illa uberrima quae Prochori nomen prae se ferunt[3]. Quibus ad edendum corpus Novi Testamenti apocryphum reservatis, nunc satis habuimus nonnihil quod ad supplendam nostram actorum apocryphorum editionem facit ad calcem libri addere, atque alia quibus evangelia supplentur adnectere Prolegomenis.

Sed iam breviter de singulis explicandum est.

I.
APOCALYPSIS MOSIS.

Plures hoc nomine libri ex antiquitate innotuerunt, ita tamen ut non eodem semper eoque solo dicti esse videantur. Qua de re quum ipsi breviter diximus in Studiis Theologicis et Criticis Heidelbergensibus a. 1851. fascic. 2. tum paullo fusius explicuerunt Lückius in libro quem inscripsit: Versuch einer vollständigen Einleitung in die Offenbarung des Johannes etc. 1848. fascic. 1. pag. 232 sqq. et Dillmannus in Encyclopaedia Theologica Herzogiana vol. 12. pag. 317 sqq. (1860.) Cohaerent autem cum apocalypsibus Mosis quae antiquis dicebantur libri qui circa Adamum eiusque vitam et mortem versabantur[1]; ab Adamo enim etiam illas fabularum initium fecisse, libro Iubilaeorum probatur, quem et ipsum inter apocalypses Mosis Syncellus et Cedrenus retulerunt.

Is liber quem nunc edidimus quorsum referendus sit dubium est. Videtur autem non tam per se inventus esse sed partem alicuius maioris libri effecisse: quem quidem non mediae aetati

[3] Plura alia ad Veteris Testamenti pseudepigrapha pertinent. In his eminent *testamenta duodecim patriarcharum*, quae ad tollendam imperfectissimam Grabii editionem ex quattuor codicibus Graecis hausimus. Quae praeterea testamenta passim in codicibus inveniuntur, Abrahami, Melchisedeci, Iobi, perexigui pretii sunt; sed et haec transcripsimus. *Salomonis* vero *testamentum* habemus, a quo certe illud quod Fleckius edidit demum derivatum est. Ceterum ipsam quam edidimus Mosis apocalypsin inter Veteris Testamenti pseudepigrapha referendam esse apparet. Non idem in Esdrae librum quadrat, totum Christianum illum quidem.

[1] Cf. Dillmann. l. l. pag. 319.

Digitized by Google

sed potius saeculis circa Christum natum tribuendum esse, quum universa libri ratione tum singulis quibusdam probabile fit, a quibus alii scriptores antiqui pependisse videntur. Huc inprimis pertinet narratio de Setho ad portas paradisi delegato olei misericordiae petendi caussa, ad quam auctor Descensus Christi ad inferos respicit capite tertio (Evangg. apocryph. pag. 303. Cf. etiam textum Latinum A cap. XII. pag. 390.) Ista fabula post vario modo exculta atque etiam medii aevi poetis celebrata [2] nescio an potissimum e libro nostro fluxerit, cuius principale quoddam argumentum efficit. Accedit illud quod sectionibus 7 et 17 traditur de hora qua Evam diabolus ad peccandum pellexit. Quam ad traditionem quum auctor protevangelii quod vocant capite XIII. pag. 25. allusit, Thilo rectam eius loci scripturam non assequutus praeter morem prorsus a vero aberravit, pagina Codicis sui apocryphi 223. haec adnotans: „In his ὥρα δοξολογίας est tempus status felicis, quo primus homo fruebatur ante peccati origines, quo secundum textum cod. Vat. A cum angelis consuetudinem habuisse traditur.“ Praetereo alia. Spero autem non defuturos esse qui hanc in rem totumque librum accuratius inquirant.

Ad edendum adhibuimus codices quattuor, duo Italicos, duo Vindobonenses. Is cui siglum A dedimus codex est Venetus Nanianus LXIII. chartaceus saeculi fere decimi tertii [3]. Hunc totum transcripsimus anno 1843. Alter Italicorum D nobis dictus Mediolanensis est Ambros. C 237 Inf. membranaceus saeculi fere undecimi. Hunc ab initio tantum et ad finem eodem anno exscripsimus. Duo Vindobonenses apud nos B et C dicuntur. B chartaceus saeculi XIII. vel XIV. a Lambecio Catalogi libro V. numero CCX notatus est; cf. l. l. pag. 63. ad codicis fol. 310 sqq. Alter membranaceus XII. fere saeculi Lambecio est libri VIII.

---

[2] Placuisse auctori carminis satyrici saec. XV. Rynke de Vos ex Goethio renovatore eius carminis (cf. apud eum Reineke Fuchs cantum 10, 21 sqq.) notissimum est. Nuperrime Alfred Maury in libro: Croyances et Légendes de l'antiquité (Paris, 1863), pag. 294 adnotavit eandem fabulam inveniri in „historia poenitentiae Adami“ Gallice versa a Colardo Mansion. „Cette légende se rencontre dans *l'Histoire de la pénitence d'Adam*, qui a été traduite du latin en français par Colard Mansion. Voy. Van Praet, *Recherches sur Louis de Bruges seigneur de la Gruthuyse* p. 96 et suiv.“ Dudum Lambecius (cf. Catalogi lib. V. pag. 63 et lib. II. pag. 778.) indicavit Lutwini poema de vita Adami et Evae, quod in libris scriptis bibl. Caesareae exstat, ad nostram fabulam conferendum esse.

[3] Auctori Catalogi p. 101. saeculi 12. vel 13. dicitur. Praeterea mendosissimum dicit et scriptum a librario qui non intelligebat quod exarabat.

Digitized by Google

codex XXXIII. Utrumque quindecim abhinc annis meo rogatu partim contulit partim descripsit vir doctissimus Schenkl Phil. D.

II.

APOCALYPSIS ESDRAE.

Haec Esdrae apocalypsis codicis Parisiensis Graeci 929. dudum animadversa est. Thilo in Prolegomenis Actorum Thomae pag. LXXXII sq. mentionem eius fecit, nescire se professus essetne illa eadem cum Esdrae libro iuxta Vulgati Latini ordinem quarto etc. Postea Chr. Iac. van der Vlis in Disputatione critica, quam de Ezrae libro apocrypho scripsit (Amstelodami 1839), pag. 5 sqq. protulit quae a Carolo Benedicto Hase bibliothecae Parisinae praefecto ex codice descripta acceperat [1]. Ex his iam intellectum est, Parisiensem textum illum satis diversum esse a libro Esdrae qui dici solet quarto, quocum nec pro antiquitate nec pro dignitate comparari potest. Nihilominus plura sunt quae Esdram Parisiensem, ut ita brevitatis caussa dicam, cum quadam veteris illius scriptoris nobilioris imitatione scripsisse probant. Ita in utroque propheta identidem ac vehementer creatorem et iudicem interpellat, atque simili ratione coercetur insolentia eius. In utroque iustitia dei ut a propheta in dubium devocatur, ita peccatis hominum ab Adamo inde commissis provocata docetur. In utroque Esdras de eo conqueritur quod Adamus peccato non praemunitus sit. In utroque homines iudicio obnoxii bestiis ab iudicio liberis miserabiliores dicuntur, non nati feliciores natis. Etiam apud Esdram antiquum iusti dicuntur mercede sua potiri nec indigere misericordia. In utroque prophetae bona promittuntur pro bonis ipsius operibus. In utroque propheta identidem pro peccatoribus deprecatur, commemorata etiam promissione Abrahamo facta. In utroque propheta scire cupit quae signa extremum iudicium praegressura sint. Accedunt alia quae simili ratione utuntur.

Hinc certe operae pretium videbatur etiam Parisiensem textum edere. Nec id vero facili negotio erat. Scriptura enim codicis, quo solo uti poteramus, passim male conservata atque vi-

[1] Sunt quae ab initio libelli et quae ad finem leguntur. Per errorem ibi exscripta sunt κατιτάξην pro κατετέξην, χερυβίμ pro χερουβίμ, ἐπιτυχοῦσι τὴν μνήμην μου pro ἐπιτελοῦσιν τ. μν. μου. Paullo ante hunc locum ibi legitur: ἐπάκουσόν μου τὸν πολλά σοι δικασάμενον, ipsi σοι non habemus.

Digitized by Google

tiosissima est: id quod ubique adnotare non ex re visum est[2]. Ceterum codex idem est quo iam in edendis evangeliis usi sumus: cf. pag. LXXI. sub E, item alibi. Chartaceus est, saeculi fere XV.

Quum post Fabricium Lückius l. l. pag. 150 sq. duo alia scripta commemorasset, quae Esdrae nomine in codicibus Graecis bibliothecae Caesareae Vindobonensis insigniri Lambecius indicaverat, cuiusmodi illa essent docuimus in Studiis Theol. et Criticis Heidelb. a. 1851. fasc. 2. Utrumque enim etiam Parisiis inveneram, nec alibi opinor deerunt. Sunt autem nullius pretii, nisi quod Esdrae nomen monachis medii aevi tantopere placuisse probant ut eo abuterentur ad commendanda quae ipsi ad sustentandas hominum superstitiones excogitassent. Ita igitur in cod. Parisiensi num. 2149. fol. 165 verso leguntur quae de diebus anni bonis et malis docuerunt: *Δεῖ γινώσκειν, ὦ φιλομαθέστατε, περὶ τῶν ιβ' μηνῶν τὰς εὐχρήστας ἡμέρας, ἃς ἐφανέρωσεν ὁ θεὸς τῷ προφήτῃ Ἔσδρᾳ τῷ ἱερεῖ, ὥστε κατάδηλον ποιῆσαι τοῖς ἱερεῦσιν Ἰσραὴλ τοῦ ποιεῖν ἐπ' αὐτὰς πάντα ὅσα βούλονται, ἤγουν ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ ἀγοράζειν, πωλεῖν, κτίζειν ἐπὶ οἴκων, ἐπιχειρίζειν ἀμπελῶνα, ὑπανδρεύειν, ἐπιδίδειν παῖδα ἐπὶ μάθησιν, τοῦ πορευθῆναι εἰς ὁδὸν πραγματίας ἢ ἐπὶ θαλάσσης, τοῦ ἐπιδίδειν χεῖρα ἐπὶ νοσοῦντα ἄνθρωπον ἢ εἰς κίνησιν πολέμου ἢ εἰς δικαστήριον, ἢ ἐπιλαλεῖσθαι βασιλεῖ ἢ ἐπὶ ἄρχοντα* etc. Bonos dies excipiunt mali, de quibus sic scriptum est: *Δεῖ γινώσκειν, ὦ δῆτα* (sic), *ταύτης τῆς διδασκαλίας τῆσδε τῆς βίβλου περὶ τῶν πονηρῶν καὶ βαρέων ἡμερῶν, ἃς ἐφανέρωσεν ὁ θεὸς τῷ προφήτῃ Ἔσδρᾳ τῷ ἱερεῖ, ὥστε κατάδηλον ποιῆσαι τοῖς ἱερεῦσιν Ἰσραήλ, τοῦ φυλάττεσθαι ἐν ταύταις ταῖς ἡμέραις πᾶς ἄνθρωπος* (sic) *τοῦ μὴ ἅπτεσθαί τι, ἤγουν τοῦ μὴ κτίζειν, μὴ ἀγοράζειν - - μὴ λαλῆσαι πρὸς βασιλέαν ἢ πρὸς ἄρχοντας - - ὁ δὲ μὴ φυλάττων ταύτας, μετὰ αἰσχύνης καὶ ὕβρεως καὶ ζημίας στραφήσεται ὁ τοιοῦτος* etc.[3] Ex eadem faece sunt quae codex 2286. fol. 110. de singulis hebdomadis diebus continet hunc in modum: *τοῦ*

[2] Propterea C. B. Hase Christiano Iacobo v. d. Vlis, si is codicem transcribi vellet, se ipsum transcripturum promiserat. Mercenariis enim hominibus ad describendum tradi posse pro difficultate rei negavit.

[3] Esdrana illa praecepta excipit simile cui ipsius Aristotelis nomen praepositum est: Ἑρμηνεία περὶ τῶν ὅλων ἡμερῶν τῆς σ' (i. e. σελήνης) τῶν τε ἀγαθῶν καὶ πονηρῶν· διδασκαλία Ἀριστοτέλους. Τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ τῆς σ' Ἀδὰμ ἐπλάσθη· αὕτη ἡ ἡμέρα ἐστὶν ἀγαθὴ εἰς πᾶν ἔργον etc. Τῇ δευτέρᾳ ἡμέρᾳ τῆς σ' Εὔα ἐπλάσθη ἐκ τῆς πλευρᾶς τοῦ Ἀδάμ etc. Τῇ τριακοστῇ ἡμέρᾳ τῆς σ' Σαμουὴλ ἐγεννήθη· ἡ ἡμέρα αὕτη πληροφορουμένη ἐστὶν εἰς τὸ σπεῖραι καὶ θερίσαι etc.

Digitized by Google

προφήτου Ἔσδρα διάγνωσις περὶ τῶν ζ ἡμερῶν. Ἡμέρᾳ πρώτῃ τῆς ἑβδομάδος ἤτοι κυριακῇ ἐὰν γένωνται καλάνδαι Ἰαννουαρίων (sic), ἔσται χειμὼν χρήσιμος, ἔαρ ὑγρόν, θέρος ξηρόν, μετόπωρον ἀνεμῶδες, καρποὶ χρήσιμοι, προβάτων δαψίλεια, μέλι πολύ, τριγήτὸς καλός, νεωτέρων θάνατος. Exit notis de die sabbati: Ἡμέρᾳ ἑβδόμῃ τουτέστι σαββάτῳ ἐὰν γένωνται καλάνδαι Ἰαννουαρίων, χειμὼν οὐκ ἐπαχθής, ἔαρ καὶ θέρος ἀνεμῶδες, μετόπωρον ξηρόν, καρπῶν σπάνις - - ἀνδρῶν χρησίμων τῶν ἐπικρατούντων ἀπώλεια, ἔμπρησμοι πολλοὶ ἔσονται καὶ γερόντων θάνατοι.

Scripturas huiusmodi Nicephorus Homologeta (saec. IX.) respicere videtur scribens canone 3 et 4: τὰ λεγόμενα βροντολόγια καὶ σεληνοδρόμια ἢ καλανδολόγια οὐ χρὴ παραδέχεσθαι. (Exscripsit locum Fabricius in Cod. N.T. apocr. pag. 951 sq.)

III.

APOCALYPSIS PAULI.

De duobus libris relatum est qui antiquis apocalypses Pauli dicebantur. Alteram, quam iam Dionysius Alexandrinus verbis ab Eusebio hist. eccl. 7, 25. relatis innuisse videtur, Epiphanius haeresi 18 (38), 2. a Caianis excogitatam appellatamque ἀναβατικὸν Παύλου atque etiam a Gnosticis usurpatam dixit. Quod Epiphanii testimonium in annalibus suis Mich. Glycas secutus est. De altera Augustinus et Sozomenus dixere. Et Augustinus quidem in Iohannis evang. cap. 16. tractatu 98. haec scripsit: *Quamquam et inter ipsos spirituales sunt utique aliis alii capaciores atque meliores, ita ut quidam illorum ad ea pervenerit* (pervenerint?) *quae non licet homini loqui. Qua occasione vani quidam apocalypsim Pauli, quam sane* (edd. al. *sana*) *non recipit ecclesia, nescio quibus fabulis plenam stultissima praesumtione finxerunt, dicentes hanc esse unde dixerat raptum se fuisse in tertium caelum et illic audisse ineffabilia verba, quae non licet homini loqui. Utcumque illorum tolerabilis esset audacia, si se audisse dixisset quae adhuc non licet homini loqui. Cum vero dixerit quae non licet homini loqui, isti qui sunt qui haec audeant impudenter et infeliciter loqui?* Apud Sozomenum vero hist. eccl. 7, 19, postquam revelationem Petri a veteribus quidem repudiatam sed in quibusdam Palaestinae ecclesiis quotannis certa die lectam dixit, haec legimus: τὴν δὲ νῦν ὡς ἀποκάλυψιν Παύλου τοῦ ἀποστόλου φερομένην, ἣν οὐδεὶς ἀρχαίων εἶδε, πλεῖστοι μοναχῶν ἐπαινοῦσιν· ἐπὶ ταύτης δὲ τῆς βα-

Digitized by Google

σιλείας[1] *ἰσχυρίζονταί τινες ταύτην ηὑρῆσθαι τὴν βίβλον· λέγουσι γὰρ ἐκ θείας ἐπιφανείας ἐν Ταρσῷ τῆς Κιλικίας κατὰ τὴν οἰκίαν Παύλου μαρμαρίνην λάρνακα ὑπὸ γῆν εὑρεθῆναι καὶ ἐν αὐτῇ τὴν βίβλον εἶναι. ἐρομένῳ δέ μοι περὶ τούτου ψεῦδος ἔφησεν εἶναι Κίλιξ πρεσβύτερος τῆς ἐν Ταρσῷ ἐκκλησίας· γεγονέναι μὲν γὰρ πολλῶν ἐτῶν καὶ ἡ πολιὰ τὸν ἄνδρα ἐδείκνυεν· ἔλεγε δὲ μηδὲν τοιοῦτον ἐπίστασθαι παρ' αὐτοῖς συμβάν, θαυμάζειν τε εἰ μὴ τάδε πρὸς αἱρετικῶν ἀναπέπλασται.*

Quae veterum de duabus Pauli revelationibus testimonia anno 1848 recensens Lückius l. l. pag. 247. addit neutrius libri quicquam ad nos pervenisse, unde quid rei esset accuratius disci posset. Quae quum legissem, statim ad virum egregium perscripsi reperisse me anno 1843 dum Italiam perlustrarem apocalypsin Pauli ab Augustino et Sozomeno commemoratam[2]. Esse vero eandem accurata Sozomeni expositio, cui apprime textus libri respondet, vetat dubitare. Neque magis mihi dubium est quin rursus eadem sit quae passim post Augustinum et Sozomenum apocalypsis Pauli commemorata est, ut in decreto Gelasii de libris recipiendis et non recipiendis, in eo qui ex codice Coislin. 120. innotuit indice apocryphorum[3], in scholiis ad grammaticam Dionysii Thracis[4], in commentariis Theophylacti et Oecumenii ad 2 Cor. 12, 4., apud Nicephorum Homologetam[5], apud Marcum patriarcham Alexandrinum quaestione 2. ad Theodor. Balsamonem[6]. Quae sententia eo confirmatur quod his locis omnibus liber de quo quaerimus ipso nomine apocalypsis Pauli vocatur (nisi quod Marcus patriarcha *τὰς ὁράσεις τοῦ ἁγίου Παύλου* dicit), vetustissimum vero illud Caianorum opus *ἀναβατικὸν Παύλου* et apud Epiphanium et apud Glycam dicitur. Istum

[1] De Theodosio Magno dicit.

[2] Eius rei mentionem fecit Lückius anno 1852 in Addendis et Emendandis, quibus auxit librum suum.

[3] Vide Montfaucon: Biblioth. Coisl. pag. 194. Cf. etiam Anecd. mea sacr. et prof. 1860. pag. 230. Similis index in cod. Reg. nunc Imp. 1789 post quaestiones Anastasii Nicaen. habetur, ut docuit Coteler. PP. AA. 1698. I. p. 197.

[4] Leguntur in Imm. Bekkeri Anecdotis Graecis vol. III. pag. 1165: δεῖ δὲ διαγινώσκειν τὸν γραμματικὸν τὰ ὀνόματα καὶ τὰς φωνὰς τῶν εὐαγγελιστῶν, ἵνα μὴ ἀλλότριον καὶ ψευδὲς εὐαγγέλιον δέξηται. ἀλλὰ καὶ ὁμωνύμως ψευδῆ συγγράμματά εἰσιν, οἷον ἡ λεγομένη ἀποκάλυψις τοῦ ἁγίου Παύλου· οὐ γάρ ἐστι τοῦ ἁγίου Παύλου, ἀλλ' ἑτέρου, αἱρετικοῦ, τοῦ Σαμωσατέως, ὅθεν οἱ Παυλικιανοὶ κατάγονται.

[5] Locum exscripsit Fabricius Cod. apocr. N. T. p. 951. τὴν ἀποκάλυψιν τοῦ Παύλου καὶ τὰ λεγόμενα etc. vide supra.

[6] Cf. Fabric. l. l. pag. 949 sqq.

Digitized by Google

libellum mox perisse probabile est cum tot aliis haereticorum libris, quorum soli fere tituli ad nos pervenerunt: nec enim a monachis probabantur, ad quos iam inde a quinto saeculo describendorum codicum negotium transiit. Quae vero iam Sozomeni aetate monachis inprimis placuit, cuius rei caussa ex ipso libro nostro satis cognoscitur, licet minime, ut Fabricio visum erat [1], vitae monasticae praecepta contineat, ea saepius descripta et ubique vulgata est. Hoc luculenter probant versiones orientales. Quemadmodum enim iam dudum Elias du Pin apocalypsin Pauli etiamnum apud Coptos haberi affirmavit (Prolegg. Bibl. tom. II. p. 49.), id quod rectissime illum affirmasse puto quum Coptos libros eiusmodi adamasse certum sit, ita Assemanus Catalog. bibl. orient. Clem. Vatic. tom. III. part. 1. pag. 282. (numero 9.) apocalypsin Pauli et Arabice et Syriace in codd. Vaticanis reperiri docuit, ac nuperrime pariter in codice Nestorianorum Urumiensium Syriaco inventa ex eoque Anglice versa hoc ipso anno Londini edita est. Vide post [2].

De aetate libri quae in Stud. Theol. et Critic. Heidelb. 1851. pag. 439. diximus, ea repetimus et confirmamus. Quo enim tempore arcula marmorea continens librum inventa dicitur [3], eodem fere vel potius paucis annis post, fortasse anno quo Theodosius mortuus est [4], ipse liber scriptus videtur esse. Inde vero quod Hierosolymam missus asseritur nescio an concludam in Palaestina auctorem eius vixisse.

Codex Ambrosianus, in quo anno 1843 apocalypsin Pauli deteximus, C 255. Inf. signatur. Chartaceus est nec ante saec. XV.

---

[1] Cf. l. l. pag. 945. not. e.

[2] Revelatio Pauli in codice Collegii Oxon. Merton. (13 N 2) inventa vix aliud est quam opus medii aevi ex libera imitatione vetustioris libri profectum. Hoc iam ex titulo intellegitur: *Revelatio S. Pauli, his tribus diebus quum conversus et vocatus a Christo cecidit in terram nihil videns, ostensa sibi per S. Michaelem de poenis multiplicibus purgatorii et inferni horribilibus, et quis primus impetravit a domino requiem animabus in purgatorio permanentibus, in singulis diebus dominicis usque finem mundi subsequentibus.* Quod opus simile videtur apocalypsi Mariae, de qua infra dicetur.

[3] Id ipsum dubium fit vitiosa nominum consularium scriptura, quam coniectura sanare conati sumus, unde annus 380 efficitur.

[4] Cf. Theol. Stud. und Kritiken l. l. „es scheint im Interesse der Täuschung gelegen zu haben um ein paar Jahre die Auffindung zurückzustellen. Vielleicht darf man sogar erst das Todesjahr des Kaisers Theodosius als das der Publikation annehmen, da derselbe eine wichtige Rolle in der Auffindungsgeschichte hat, sowie die Erwähnung der Sendung des Originals nach Jerusalem auf die Heimath der Schrift selbst schliessen lässt."

Digitized by Google

videtur scriptus. Quem ad edendum praeparanti praeter spem in manus meas incidit altêr eiusdem libri testis codex Monacensis bombycinus duobus fere saeculis Mediolanensi antiquior. Sed exiguum textus emendandi subsidium inde nacti sumus. Tantopere enim cum Mediolanensi ille consentit, ut non modo pleraque scripturae vitia communia habeant, sed etiam pari modo fragmentum operis longe diversi cum apocalypsi in fine mutila in unum conflatum praebeant. Nihilominus passim Monacensis scriptura rectior est Mediolanensi; hic enim ex ipso Monacensi descriptus est. Hoc nos docuerunt loci nonnulli, quorum ratio plane singularis est. Ita sect. 50. ἀπώλεσε ita in Monacensi scriptum est ut extremae litterae chartam paullulum laesam occupent, quo fit ut ἀπωλωσ videatur scriptum: hoc ipsum vero Mediolanensis habet. Item sect. 29. *O* in *Οτε* (post ἡ ἐπουρ. ἱερουσαλήμ) in Monacensi a rubricatore extra lineam scriptum est valdeque expalluit: hinc factum est ut Mediol. codex *O* inepte omitteret. Item sect. 9. ἱλαρῷ in Monacensi primum novae paginae locum occupat; propterea Ἱλαρῷ scribendum atque *I* rubricatori relinquendum erat: hic quum *I* praetermisisset, cuiusmodi negligentia saepe in rubricatores cadit, Mediol. codex medio versu λαρῷ praebet. Sectione 11. quum Monac. in κατενόησα α finale ita habeat ut αι videatur, quae forma in antiquis libris usu venit, Mediolanensis scriba inepte αι exscripsit. Item sect. 21. α finale in αὐτὰ (codex αὐτᾶ) cum ω et ον confundi potest: hinc ineptus scriba Mediol. αὐτοῦ fecit.

Sub textu Graeco addendam curavimus Syri textus interpretationem Anglicam quemadmodum sine Syriaco edita est in ephemeridibus theologicis Anglicis: *The Journal of Sacred Literature and Biblical Record, edited by B. H. Cowper*, ubi pag. 372. est: *The Revelation of the blessed Apostle Paul. Translated from an ancient Syriac Manuscript, by Rev. Iustin Perkins, D. D. Missionary of the A. B. C. F. M. at Urûmiah. (Reprinted from the Journal of the American Oriental Society,* vol. VIII. 1864.) Utrumque textum comparanti non potest dubium esse quin Graeca antiquiorem et puriorem Syriacis libri formam conservaverint. Ita enim vero in his maxime libris fieri consuevit ut orientalium ingenia libere excolerent quae accepissent a Graecis: cuius rei luculentissima exempla praebent evangelium infantiae Arabicum et transitus Mariae Arabicus. Tamen passim Syriaca Graecum textum videntur supplere, quemadmodum sola extremam partem praebent integram. In utroque enim

Digitized by Google

Graeco codice post verba *κἀγὼ ἀποστείλω τὸν ὑετὸν ἐπὶ τὴν γῆν* nullo intervallo nec ulla alieni mentione facta sic pergitur: *βλέπε παῦλον τὸν ταπεινόφρονα, παῦλον τὸν διδάσκαλον τῆς οἰκουμένης, τὸν ῥήτορα τὸν πνευματικόν, τὸ σκεῦος τῆς ἐκλογῆς, τὸν λιμένα τὸν ἀκύμαντον, τὸν πύργον τὸν ἀσάλευτον, τὸν ἐν σώματι τὴν οἰκουμένην κυκλοῦντα καὶ καθάπερ ὑπόπτερόν τινα τὴν οἰκουμένην διαδραμόντα· βλέπε ἐκεῖνον ταπεινοφρονοῦντα, τὸν ἰδιώτην καὶ φιλόσοφον, τὸν πένητα καὶ πλούσιον· ἐκεῖνον ἀληθῶς ταπεινόφρονα λέγω τὸν μυρίους καμάτους ἀντλήσαντα, τὸν μυρία κατὰ τοῦ διαβόλου τρόπαια ἐπιδειξάμενον, τὸν κηρύττοντα καὶ λέγοντα· καὶ χάρις αὐτοῦ ἡ εἰς ἐμὲ οὐ κενὴ ἐγενήθη, ἀλλὰ περισσότερον αὐτῶν πάντων ἐκοπίασα· ὁ φυλακὰς ὑπομείνας καὶ πληγὰς καὶ μάστιγας* [*καὶ*] *διὰ τῶν ἐπιστολῶν τὴν οἰκουμένην σαγηνεύσας - - - ἀλλὰ ταπεινοφροσύνης δικαιοσύνην ἐκτήσατο. ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων ἀμήν.* Haec quorsum pertineant dicere non habeo, sed facile dicent qui eloquentiae patristicae monumenta bene cognita habent.

IV.

APOCALYPSIS IOHANNIS.

Scholia ad grammaticam Dionysii Thracis, eodem loco quem supra attulimus, praeter Pauli apocalypsin etiam apocalypsis Pseudo-Iohannis mentionem faciunt; post verba enim *ὅθεν οἱ Παυλικιανοὶ κατάγονται* pergunt: *καὶ ἑτέρα ἀποκάλυψις ἡ λεγομένη τοῦ θεολόγου. οὐ λέγομεν δὲ τὴν ἐν Πάτμῳ τῇ νήσῳ, μὴ γένοιτο· αὕτη γὰρ ἀληθεστάτη ἐστίν· ἀλλὰ τὴν ψευδώνυμον καὶ ἀλλότριον.* Adscribuntur scholia ista nono saeculo[1]. Antiquiorem testem haec Iohannis apocalypsis non habet. In codicibus vero Graecis haud paucis etiamnum invenitur; nec dubium videtur quin idem liber etiam ad orientales transierit, quemadmodum Assemanus in Bibl. orient. Clem. Vat. tom. III. part. I. pag. 282. „apocalypsin Iohannis apostoli aliam ab ea quam ecclesia catholica suscipit" in tribus codicibus Arabice a se repertam testatur.

Edidit librum primus Andreas Birch in Auctario suo codicis apocryphi Fabriciani 1804, sed parum recte. Codicis enim Palatino-Vaticani num. 346. scripturam, quam redditurum se profes-

[1] Cf. Lücke: Versuch einer vollständigen Einleitung in die Offenbarung des Johannes etc. 1848. p. 246 sq. item pag. 302.

Digitized by Google

sus est, modo non assequutus est, id quod nullus dubito, modo vitiis typographicis deformavit, etsi vitia sat multa utrum codicis an editoris sint ambigi potest. Nec plus diligentiae in conferendo Vindobonensi codice (Lambecio V. libri octavi, Nesselio 119.) positum videtur; licet enim „selectis locis“ conlatum dicat „quum Vaticanum ab imperito librario admodum negligenter habitum observasset“, tamen locos perquam corruptos edidit, ad quos nihil quod differret adnotavit. Nec recte ipsi fecimus quod ab initio certe libri passim utriusque codicis testimonium, i. e. FG (Vaticanum F, Vindobonensem G diximus) lectioni e Vaticano haustae adscripsimus. Vindobonensem enim multo magis quam apud Birchium videtur a Vaticano differre certe sectione 1. probare possumus, cuius textum apocalypsi Iohannis iam typis exscripta in schedis nostris invenimus. Legitur enim ibi sic: *Ἀποκάλυψις τοῦ ἁγίου ἰωάννου τοῦ θεολόγου· καὶ περὶ τοῦ ἀντιχρίστου. Μετὰ τὴν ἀνάληψιν τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ παρεγενόμην ἐγὼ ἰωάννης μόνος ἐπὶ τὸ* (cod. τὰ) *ὄρος θαβῶρ* (sic), *ἔνθα καὶ τὴν ἄχραντον αὐτοῦ θεότητα ἔδειξεν ἡμῖν. καὶ μὴ δυνηθέντος μου στῆναι, ἔπεσα ἐπὶ τὴν γῆν καὶ ηὐξάμην πρὸς κύριον καὶ εἶπον· κύριε ἡμῶν ἰησοῦ χριστὲ θεὲ ὑπεράγαθε, ὁ καταξιώσας με δοῦλόν σου γενέσθαι, ἄκουσον τῆς φωνῆς μου καὶ δίδαξον περὶ τῆς ἐλεύσεώς σου· ὅταν μέλλῃς ἔρχεσθαι ἐπὶ τῆς γῆς, τί μέλλει* (cod. -λλη) *γενέσθαι· ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ καὶ ὁ ἥλιος καὶ ἡ σελήνη τί μέλλουσιν γενέσθαι ἐν τοῖς καιροῖς ἐκείνοις· ἀποκάλυψόν μοι πάντα.*

θεοφιλῶς, ὡς ἅτε μητρὶ καὶ θεόπαιδι, οὐ μόνον διὰ τὸ πάντων αὐτὴν ἀνώτερον λαχεῖν ἔχειν ἀξίωμα, τὴν μητέρα κεκλῆσθαι θεοῦ, καὶ μόνην ὑπερκεῖσθαι τῶν ὑπερκοσμίων τε καὶ ἐπιγείων, ἀλλά γε μὴν καὶ διὰ τὸ τῇ ὅλῃ κτίσει δι' αὐτῆς γενόμενον εὐεργέτημα ἐν τῇ τοῦ μονογενοῦς αὐτῆς υἱοῦ ἐνσάρκως ἐπὶ γῆς ....[10] παρουσίᾳ. οὐκοῦν ἑορταστέον τῆς θεοτόκου τὴν κοίμησιν ἅμα ταῖς θείαις καὶ φιλεόρτοις δυνάμεσι. Paullo post legitur: ἀρχὴν δὲ τοῦ λόγου ἤδη ποιήσομαι τὰ περὶ τῆς κοιμήσεως ἤγουν ἀναπαύσεως καὶ πρὸς θεὸν μεταστάσεως μαρίας τῆς θεοτόκου, καὶ ἅπερ αὐτῇ ἀπεκαλύφθη ἄρρητα μυστήρια, πᾶσιν ἐκφαντορικῶς διηγούμενος. ἡνίκα γὰρ ἔγνω μαρία παρὰ τοῦ κυρίου ὅτι ἀποτίθεται τὸ ἄφθορον αὐτῆς σῶμα, ἦλθε πρὸς αὐτὴν ὁ μέγας ἄγγελος καὶ εἶπεν αὐτῇ· μαρία, ἐγερθεῖσα λάβε τοῦτο τὸ βραβεῖον, ὃν (sic) δέδωκέ μοι ὁ φυτεύσας τὸν παράδεισον, καὶ παράδος αὐτὸ τοῖς ἀποστόλοις, ἵνα κρατήσαντες αὐτὸ ὑμνήσωσιν ἔμπροσθέν σου, διότι μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἀποτίθῃ τὸ ἄχραντον σῶμά σου· ἰδοὺ γὰρ πάντας τοὺς ἀποστόλους ἀποστέλλει πρός σε ὁ δεσπότης -- ὅτε οὖν εἶπον πάντες τὸ ἀμήν, αὐθις ἠσπάσαντο ἀλλήλους. καὶ εὐθέως ἐξελθὼν ὁ ἰωάννης ἦλθε καὶ ἔστη ἀναμέσον αὐτῶν λέγων· εὐλογήσατέ με πάντες. καὶ ἰδόντες αὐτὸν ἠσπάσαντο αὐτὸν ἕκαστος κατὰ τὴν ἰδίαν τάξιν. μετὰ δὲ τὸν ἀσπασμὸν εἶπε πέτρος πρὸς ἰωάννην· ἀγαπητὲ τῷ κυρίῳ, πότε ὧδε γέγονας, καὶ ποίῳ τρόπῳ καὶ πόσας ἡμέρας ἤδη ἔχεις; καὶ εἶπεν ἰωάννης· ἀκούσατε ἀδελφοὶ τὸ συμβάν μοι. ἐγὼ ἤμην ἐν μιᾷ πόλει τῆς ἀσίας γῆς ὀνόματι σάρδις (cod. σάρδης) -- καὶ προῆγε πέτρος ὑμνῶν καὶ λέγων· ἐξῆλθεν ἰσραὴλ ἐξ αἰγύπτου ἐν στύλῳ πυρὸς νεφέλης, ἀλληλούϊα· ὁ δὲ κύριος προῆγεν αὐτούς, ἀλληλούϊα -- ἔκλαιον δὲ πάντες καὶ ἔλεγον· οὐαὶ ἡμῖν, ὅτι τὸ γενόμενον ἐν σοδόμοις καὶ ἐν ἡμῖν ἀπέβη. ἐπάταξε γὰρ ἐκείνους ὁ θεὸς πρῶτον μὲν ἐν ἀορασίᾳ, μετέπειτα δὲ πῦρ κατήγαγεν ἐξ οὐρανοῦ καὶ κατέκαυσεν αὐτούς -- καὶ ἐν τῇ φοβερᾷ ἐλεύσει καὶ φρικτῇ παραστάσει τῆς ἀδεκάστου καὶ ἀπροσωπολήπτου κρίσεως τοῦ υἱοῦ αὐτῆς καὶ θεοῦ ἡμῶν καὶ τῆς αἰωνίου κολάσεως ἐξαιρούμενοι, τῆς ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ μεγάλης κλήσεως κληρονόμοι ἀναδειχθείημεν, ὅτι τοῦ θεοῦ καὶ πατρός ἐστιν ἡ τιμὴ καὶ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος etc. Ex his satis perspicuum erit quo modo archiepiscopus Thessalonicensis sermonem suum ad Pseudo-Iohannis librum conformaverit.

Alibi eundem sermonem ad ipsum Iohannem evangelistam

[10] Sequitur διοίκτον ἄφατον (item παρουσίαν scriptum est). Cf. eundem locum in cod. Coisl. 121.

Digitized by Google

translatum vidimus, ut in codice Coislin. 121. ubi fol. 144 verso legitur: *Ἰωάννου τοῦ ἀποστόλου καὶ θεόλογου λόγος εἰς τὴν ἁγίαν καὶ πανένδοξον κοίμησιν τῆς ὑπεραγίας θεοτόκου.* Etiam ex hoc codice nonnihil excerpere placet; satis enim ab eo quem modo vidimus textu discedit. Incipit: *Τῇ θαυμαστῇ καὶ ὑπερενδόξῳ καὶ ὄντως μεγάλῃ τοῦ παντὸς κόσμου δεσποίνῃ τῇ ἀειπαρθένῳ μητρὶ χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἡμῶν καὶ ἀληθῶς θεοτόκῳ ὑπὸ πάσης τῆς ἐπουρανίου δυναμέως ἀξιόχρεος* (-ος sic) *ὕμνος καὶ τιμὴ καὶ δόξα διὰ παντὸς ἐποφείλεται διὰ τὴν γενομένην δι' αὐτῆς εὐεργεσίαν τῆς ὅλης κτίσεως ἐν τῇ οἰκονομίᾳ τῆς ἐνσάρκου παρουσίας τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ καὶ λόγου καὶ θεοῦ καὶ πατρός. αὕτη οὖν ἡ πάναγνος καὶ πανύμνητος θεοτόκος μετὰ τὸ ἑκούσιον κατὰ σάρκα πάθος καὶ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν καὶ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἄνοδον τοῦ ἐξ αὐτῆς δι' ἡμᾶς σαρκωθέντος ἀληθινοῦ θεοῦ καὶ λόγου τοῦ ἐνανθρωπίσαντος χριστοῦ ἔμεινεν μετὰ τῶν ἀποστόλων διακοῦσα χρόνον βραχὺν περὶ τὴν τῆς ἰουδαίας χώραν καὶ ἱεροσολύμων ἐν τοῖς τοῦ παρθένου ἀποστόλου καὶ ὑπὸ τοῦ κυρίου ἠγαπημένου θεολόγου -- αὕτη ἡ βίβλος τῆς ἀναπαύσεως. ἡνίκα ἔγνω μαρία ὑπὸ τοῦ κυρίου ὅτι ἀποτίθῃ* (certe codex *ἀποτίθη*, tamen potius cum Par. *ἀποτίθεται* corrigendum videtur) *τὸ σῶμα, ἦλθεν ἐπ' αὐτὴν ὁ μέγας ἄγγελος καὶ εἶπεν· ἐγερθεῖσα λάβε τὸ βραβεῖον τοῦτο ὃ ἔδωκέ μοι ὁ φυτεύσας τὸν παράδεισον* etc. Quae sequuntur fere prorsus cum altera scriptura conveniunt, nisi quod est *ἀποστελεῖ πρός σε* (sine *ὁ δεσπότ.*). Post plura alia refertur de siugulorum apostolorum congregatione ad obsequias Mariae; tum haec de Paulo et Petro sequuntur. *Θαυμαζόντων δὲ αὐτῶν εἶπεν πέτρος· ἀδελφοί, εὐξώμεθα εἰς τὸν θεὸν τὸν συναθροίσαντα ἡμᾶς, καὶ μάλιστα διὰ τὸν ἀδελφὸν ἡμῶν παῦλον τὸν ὄντα μεθ' ἡμῶν. τοῦ δὲ πέτρου εἰπόντος τὸν λόγον ἐπῆραν μίαν φωνὴν οἱ ἀπόστολοι λέγοντες· προσευξώμεθα ἵνα γνωρισθῇ ἡμῖν διὰ τί ὁ θεὸς συνήγαγεν ἡμᾶς. τότε ἕκαστος τῷ ἄλλῳ τιμὴν ἀπένειμεν, λέγοντες· πρόσευξαι. λέγει οὖν ὁ πέτρος τῷ παύλῳ· ἀδελφὲ παῦλε, ἀνάστα εὔξαι πρὸ ἐμοῦ· διότι χαρᾷ ἀνεκδιηγήτῳ ἀγαλλιάθην* (sic) *ὅτι γέγονας ἐν τῇ πίστει τοῦ χριστοῦ. καὶ λέγει αὐτῷ παῦλος· συγχώρησόν μοι, πάτερ πέτρε, ὅτι νεόφυτός εἰμι, καὶ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς ἵνα εἰς τὰ ἴχνη τῶν ποδῶν ὑμῶν ἀκολουθήσω, ἵνα προσεύξωμαι πρὸ σοῦ. σὺ γὰρ εἶ ὁ στῦλος τοῦ φωτός, καὶ πάντες οἱ περιεστῶτες ἀδελφοὶ κρείττονες μοῦ εἰσίν· σὺ οὖν πάτερ δεήθητι περὶ ἡμῶν πάντων, ἵνα ἡ χάρις τοῦ κυρίου μείνῃ μεθ' ἡμῶν εἰς τὸν αἰῶνα. τότε οἱ ἀπόστολοι ἐχάρησαν ἐπὶ τῇ ταπεινώσει τοῦ παύλου καὶ εἶπον* etc. Iam Petrus precatur. Post ultima eius

Digitized by Google

verba: *καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας ἀμήν*, scripta haec sunt (cf. ad priora): *καὶ εὐθέως ἦλθεν ὁ ἰωάννης ἀναμέσον πάντων καὶ λέγει· εὐλογήσατέ με πάντες ἀδελφοί. τότε ἠσπάσαντο αὐτὸν πάντες, ἕκαστος κατὰ τὴν ἰδίαν τάξιν. μετὰ δὲ τὸν ἀσπασμὸν λέγει πέτρος καὶ ἀνδρέας· ἰωάννη ἀγαπητὲ τοῦ κυρίου, πῶς εἰσῆλθες ἐνταῦθα, καὶ πόσας ἡμέρας ἔχεις. καὶ εἶπεν ἰωάννης· ἀκούσατε, ἀδελφοί· ἐγένετο ἡνίκα ἤμην ἐν σάρδει τῇ πόλει καὶ εἶχον μαθητευομένους παρ' ἐμοί, ὥρα ἦν ὡς ἐννάτη, καὶ κατῆλθεν νεφέλη ἐν τῷ τόπῳ οὗ ἤμεθα συνηθροισμένοι, καὶ ἥρπασέν με ἐνώπιον πάντων τῶν μετ' ἐμοῦ καὶ ἤνεγκέν με ὧδε* etc. Extrema sunt: *κλαίοντας καὶ λέγοντας· οὐαὶ ἡμῖν ὅτι τὸ γενόμενον ἐν σοδόμοις καὶ ἡμῖν σήμερον συνέβη· ἐκεῖ γὰρ ἐν πρώτοις ἐπάταξαν αὐτοὺς οἱ ἄγγελοι ἀορασίᾳ, καὶ μετὰ ταῦτα πῦρ κατῆλθεν ἐξ οὐρανοῦ καὶ κατέκαυσεν αὐτούς. οὐαὶ ἡμῖν· ἐπληρώθημεν, καὶ ἄρτι τὸ πῦρ ἔρχεται. τότε ὁ ἀρχιερεὺς ἐπέθηκεν ἐπ' αὐτοὺς τὸν θαλλόν, καὶ οἱ πιστεύοντες ἀνέβλεπον, οἱ δὲ μὴ πιστεύσαντες οὐκ ἀνέβλεψαν, ἀλλ' ἔμειναν τυφλοί. τότε οἱ ἀπόστολοι βαστάσαντες τὴν κλίνην ἀπήγαγον αὐτὴν εἰς τὸ μνημεῖον· καὶ ἀποθέμενοι ἔμειναν ἐκεῖσε ὁμοθυμαδόν, φυλάττοντες αὐτὴν ἕως ὅτου μετετέθη, καθὼς ἐνετείλατο αὐτοῖς ὁ σωτήρ. αὕτη ἡ κοίμησις μαρίας τῆς μητρὸς τοῦ κυρίου. αὐτὸς δὲ ὁ κύριος ἡμῶν ἰησοῦς χριστός, ὁ δοξάσας τὴν ἄχραντον αὐτοῦ μητέρα καὶ θεοτόκον μαρίαν, τοὺς δοξάζοντας αὐτὴν ἀντιδοξάζει καὶ τοὺς μεγαλύνοντας αὐτὴν μεγαλύνει, οὐ μόνον ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ μέλλοντι -- καὶ ὧδε καὶ ἐν τῇ φρικτῇ παραστάσει τῆς ἀδεκ. καὶ ἀπρ. κρίσεως καὶ τῆς αἰωνίου ζωῆς καὶ τῆς θείας μακαριότητος ἀξιωθῶμεν, ὅτι τοῦ θεοῦ καὶ πατρός ἐστιν* etc.

In alio codice (Par. 1504.) inscriptio eius libri hunc in modum corrupta legitur: *ἀνάληψις καὶ μετάστασις τῆς ἁγίας μαρίας τῆς θεοτόκου, συγγραφεῖσα παρὰ ἰακώβου τοῦ ἀδελφοῦ τοῦ κυρίου.* Textus vero manifesto ex Iohannis Thessalonicensis qui fertur sermone desumptus est. Incipit: *Αὕτη ἡ βίβλος τῆς μεταστάσεως μαρίας, καὶ ἅπερ αὐτῇ ἀπεκαλύφθη ἐν πέντε γράμμασιν. ἡνίκα δὲ μαρία ἤκουσεν ἀπὸ τοῦ κυρίου ὅτι ἀποτίθεται τὸ σῶμα, ἦλθε πρὸς αὐτὴν ὁ μέγας ἄγγελος καὶ εἶπεν αὐτῇ· ἐγερθεῖσα μαρία παράλαβε τὸ βραβεῖον ὃ ἔδωκέν μοι ὁ φυτεύσας* etc. Quae licet ad verbum fere cum prioribus conspirent, tamen multa alia sunt quae differunt, ut ea quae ultimo loco leguntur: *μαρίαν δὲ ἀπεκόμισαν οἱ ἀπόστολοι εἰς τὸ μνημεῖον, καὶ ἐν αὐτῷ κατέθεντο αὐτήν, καὶ ἐκάθησαν κύκλῳ τοῦ μνημείου προσδοκῶντες τὸν κύριον, ἕως ἂν ἔλθῃ καὶ ἀναλήψεται τὸ σῶμα μαρίας. καὶ ἰδοὺ*

Digitized by Google

αὐτῶν λαλούντων περὶ τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν τῷ παρεστῶτι λαῷ, καὶ ὁ κύριος παρεγένετο μετὰ πλῆθος στρατιᾶς οὐρανίου, καὶ λέγει τοῖς ἀποστόλοις· εἰρήνη ὑμῖν. οἱ δὲ πεσόντες προσεκύνησαν αὐτόν. καὶ ἀναλαβὼν τὸ σῶμα μαρίας ἐν χερσὶν ἀγγέλων ἀπέθετο ἐν παραδείσῳ τῆς τριφῆς πρὸς τὸ ξύλον τῆς ζωῆς, καὶ νῦν ἐστὶν ζῶσα εἰς τοὺς αἰῶνας ἀμήν. ταῦτα οὖν πάντες θεασάμενοι οἱ ἀπόστολοι ἀνεβόων πρὸς τὴν μαρίαν λέγοντες· ὦ μαρία, ἡ τὸ φῶς κυήσασα καὶ πρὸς τὸ φῶς ἀναληφθεῖσα· ὦ μαρία, ἡ ζωὴν τεκοῦσα, δι' ἧς ἐζωοποιήθημεν πάντες· ὦ μαρία, ἡ λιχνία ἡ χρυσῆ, ἡ τὸ ἀληθινὸν φῶς βαστάσασα καὶ φωτίσασα τοῖς ἐν σκότει καὶ σκιᾷ θανάτου καθημένοις· ὦ μαρία, ἡ τοῦ ἐπουρανίου βασιλέως μήτηρ, δι' ἧς εἰρηνεύονται τὰ ἐπίγεια τοῖς οὐρανοῖς καὶ ἄνθρωποι ἀγγέλοις συνλειτουργοῦσιν καὶ μία ἐκκλησία γέγονεν οὐρανοῦ καὶ γῆς, σὲ δικαίως αἱ γενεαὶ μακαρίζουσιν, ὅτι μόνη ὑπὲρ πάντας ἀνθρώπους ἁγιωτέρα καὶ μακαριωτέρα ἀνεδείχθης. καὶ ἀπὸ τοῦ νῦν μὴ παύσῃ πρεσβεύουσα τῷ υἱῷ σου καὶ θεῷ ἡμῶν ἀξιωθῆναι ἡμᾶς τῆς αἰωνίου ζωῆς καὶ ἀναπαύσεως τῆς ἐν χριστῷ ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν· ᾧ ἡ δόξα etc.

Rursus aliam rationem iniit is cuius sermonem cod. Par. 947. servavit. Postquam enim Iohannis i. e. Pseudo-Iohannis auctoritatem secuturum se ab initio dixit, singula liberrime constituit. Incipit: Ὁ μακάριος ἰωάννης ὁ θεολόγος καὶ εὐαγγελιστὴς ἔγραψε βιβλίον, ἐν ᾧ περὶ τῆς κοιμήσεως τῆς θεοτόκου καὶ τῆς ἀναβάσεως αὐτῆς εἰς τὸν οὐρανὸν λέγει οὕτως· Ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ ἡ κυρία ἡμῶν καὶ θεοτόκος ἀνεμνήσθη τοῦ ἀγαπητοῦ υἱοῦ αὐτῆς, τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ καὶ θεοῦ, καὶ ἤρξατο κλαίειν μετὰ δακρύων θερμῶν καὶ πολλῆς θλίψεως ἧς εἶχεν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῆς, καὶ ἰδοὺ ἄγγελος κυρίου ἐλθὼν μετὰ πλήθους φωτὸς πρὸς αὐτὴν etc. Ad finem legitur: δευτέρα γὰρ τῆς ἁγίας τριάδος ὑπάρχει ἡ θεοτόκος κατὰ τὴν τιμήν· πρώτη γὰρ ἡ ἁγία τριάς. διὰ τοῦτο ἔτι λέγω ὑμῖν· πάντες οἱ ἐλπίζοντες εἰς αὐτὴν οὐ μὴ καταισχυνθήσονται etc.

Ceterum scite inter utrumque de transitu Mariae librum Graecum distinxit Epiphanius monachus et presbyter. In eo enim quem de vita Mariae scripsit tractatu hanc in rem dixit: περὶ δὲ τῆς κοιμήσεως αὐτῆς Ἰωάννης ὁ Θεσσαλονικεὺς πολυθρύλλητον ποιησάμενος λόγον, αὐτὸς ἑαυτὸν ἐπεσκίασεν. καὶ ἕτερος δὲ Ἰωάννης, ἑαυτὸν θεολόγον ἐπιχρώσας, τὸ τοῦ ψεύδους ἔγκλημα ἐφ' ἑαυτὸν ἐπεσπάσατο. Cf. Epiph. mon. et presb. edita et inedita cura Alb. Dressel, pag. 14.

Digitized by Google

Codices quos ad edendum habuimus hi sunt:

A Parisiensis num. 1173. saec. XIII [11].

B Ven. Marc. cl. II. cod. XLII.

C Monac. 276. saec. XII.

D Amb. A 60. saec. fere XI.

E Amb. C 92. saec. fere XIV.

Ex his A et B descripsimus; C ad A, D ad B contulimus. Ex codice E initium tantum et finem transscripsimus. Ad easdem libri partes etiam Monacenses duo contulimus: Mon^{a} est nr. 146; Mon^{b} nr. 66. saeculi fere XVI.

Transitum Mariae A ex tribus codicibus Italicis hausimus:

A Vaticanus est num. 4363. saec. fere XIII;

B Ambros. O 35. saec. fere XIV;

C Laurentianus. Ex eodem Pseudo-Matthaei evangelium sumpsimus. Signatus ibi est siglo B.

Alterum vero libellum eodem titulo notatum ex codice Veneto class. III. cod. CLIII. membr. saeculi fere XIV. hausimus. Cuius scriptura quin plerumque praestet alteri in Bibl. Maxim. PP. II. 2. pag. 212 sqq, (ed. Lugdun.) et alibi dudum editae (MB in commentario nostro) non dubium est [12].

Denique ex codice Ambrosiano (signatur L 58; cf. Evangg. apocr. pag. LXXIX), quem propria ratione uti supra diximus, pauca excerpere consentaneum est.

Praeposito titulo: „De assumptione beatae virginis Mariae", sic legitur: „Assumptio beatae virginis Mariae, qualiter facta sit, ex quodam libello apocrypho, qui Iohanni evangelistae adscribitur, edocemur. Apostolis namque ob praedicationis gratiam diversas mundi subeuntibus regiones, virgo beata et mater nostra in domo iuxta montem Sion posita dicitur remansisse, quae omnia loca filii sui sancta, locum baptismi, ieiunii, passionis, resurrectionis et ascensionis, quoad vixit, devotione sedula visitabat. Et secundum quod ait Epiphanius [13], XXIIII annis post ascensionem

[11] Parisienses alios indicavit Thilo in Prolegg. Actorum S. Thomae apostoli p. XX sqq. At duplex codicum genus esse, alteris antiquiorem textum Iohanni adscriptum, alteris sermonem Iohannis Thessal. inde derivatum praebentibus, non perspexerat.

[12] Etiam initio capitis secundi veram lectionem praebet: *secundo itaque anno* pro *secundo itaque et vicesimo anno*. Qua de re rectissime scripsit Maxim. Enger in Praef. pag. X. Lectionem Venetam Beda et Conradus confirmant.

[13] Epiphanium monachum dicit, apud quem omnia singula ista de aetate Mariae leguntur; vide Epiph. edita et inedita cur. Alb. Dressel pag. 43 sq.

Digitized by Google

filii sui supervixit. Refert autem quod beata virgo quando Christum concepit erat annorum XIIII, et in quinto decimo anno ipsum peperit, et mansit cum eo annis XXXIII, et post mortem Christi supervixit annis XXIIII, et secundum hoc quando obiit erat annorum LXXII. Probabilius tamen videtur, quod alibi legitur, ut duodecim annis filio suo supervixerit, et sic sexagenaria sit assumpta, cum apostoli totidem annis praedicaverant in Iudaea et circa partes illas, sicut ecclesiastica tradit historia."

„Die igitur quadam in filii desiderium cor virginis vehementer accenditur, aestuans omnis [14] commovetur et in exteriorem lacrimarum abundantiam excitatur. Cumque ad tempus subtracti filii aequanimiter non ferret subtracta solacia, angelus cum multo lumine eidem astitit et reverenter utpote matrem domini sui salutavit. Ave, inquit, benedicta: suscipe benedictionem illius qui mandavit salutem Iacob. Ecce autem ramum palmae de paradiso ad te dominam attuli, quem ante feretrum portare iubebis, cum die tertia de corpore assumeris. Nam filius tuus te matrem venerandam expectat. Cui Maria respondit: Si inveni gratiam in oculis tuis, obsecro ut nomen tuum revelare digneris. Sed et hoc peto instantius ut filii et fratres mei apostoli ad me pariter congregentur, ut eos corporalibus oculis antequam moriar videam et ab eis sepeliri valeam et ipsis praesentibus spiritum reddam. Hoc iterum peto et obsecro, ut anima mea de corpore exiens nullum spiritum teterrimum videat nullaque mihi potestas satanae occurrat. Cui angelus: Cur scire desideras nomen quod admirabile est et magnum? Ecce omnes ad te hodie congregabuntur apostoli, qui nobiles tibi exhibebunt exequias, et in eorum conspectu spiritum exhalabis. Nam qui Babylonem olim prophetam de Iudaea crine attulit, subito ipse proçul dubio ad te apostolos adducere poterit in momento. Malignos autem spiritus videre cur metuis, cum caput eorum omnium contriveris et spoliaveris ipsum suae imperio potestatis? Fiat tamen voluntas tua ut ipsos non videas. His angelus cum multo lumine celos conscendit. Palma autem illa nimia claritate splendebat. Erat quidem virgae viriditatis consimilis, sed folia illius ut stella matutina fulgebant. Factum est autem dum Iohannes in Ephesum praedicaret, celum repente intonuit et nubes candida ipsum sustulit, ac raptum ante Mariae ianuam collocavit. Percutiensque ostium introivit et reverenter virgo virginem salutavit. Quem felix virgo Maria con-

[14] Codex *annis* habet.

Digitized by Google

spiciens vehementer obstupuit et prae gaudio lacrimas continere nequivit. Dixitque Maria: Fili Iohannes, memor esto verborum magistri tui, quibus me tibi in matrem et te mihi in filium commendavit. Ecce a domino vocata sum, debitum conditionis humanae exsolvo et corpus meum tibi cura sollicita recommendo (sic). Audivi enim Iudaeos inisse consilium dicentes: Expectemus, viri fratres, quoad usque illa quae Ihesum portavit subeat mortem, et corpus eius continuo rapiemus ac iniectum ignibus comburemus. Tunc igitur hanc palmam deferri facies ante feretrum, cum corpus meum duxeritis ad sepulcrum." Etc. Postquam relatum est de concursu omnium apostolorum, testimonium Dionysii Areopagitae de eadem re affertur: „Dionysius Pauli apostoli discipulus in libro de divinis nominibus hoc idem asserit, apostolos sanctos in dormitione virginis convenisse ac unumquemque in laude Christi et virginis fecisse. Ait enim sic, loquens ad Timotheum: Nos, ut nosti, et ipse et multi sanctorum nostrorum fratrum convenimus ad visionem corporis vitae principis et quae deum suscepit" etc. [15] Paullo post legitur: „Quales autem exequiae ibidem celebratae sint, ex praedicto libello qui Iohanni ascribitur edocemur. Nam prior ipse Ihesus Christus inchoavit et dixit: Veni electa mea, et ponam in te thronum meum" -- „Dixitque apostolis Ihesus: Corpus virginis matris meae in valle Iosaphat recondite in monumento, quod ibi invenietis, expectantes me ibi triduo donec veniam. Statimque circumdederunt eam flores rosarum seu cetus martyrum, et lilia convallium, agmina (cod. -ne) angelorum, confessorum et virginum." -- „Dixitque Iohannes Petro: Hanc palmam, Petre, ante feretrum portabis quia dominus te nobis praetulit et suarum ovium te pastorem ac principem ordinavit. Cui Petrus: Hanc potius portare te convenit, quia virgo a domino es electus, et dignum est ut palmam virginis virgo ferat" -- „Itaque Petrus et Paulus feretrum elevantes, Petrus cantare incepit et dicere alta voce: Exiit Israel de Egypto, alleluja [16]. Ceteri autem apostoli cantus dulciter pro-

[15] Cf. huc quod Thilo Act. Thom. Prolegg. p. XXI. ex cod. Par. Graeco 523. laudavit. Ibi enim idem Dionysii testimonium affertur.

[16] Similiter res narratur in sermone Ioh. Thess. Ita enim ex cod. Coisl. exscripsimus: καὶ ἀναστάντες οἱ ἀπόστολοι ἐβάσταξαν τὸν κράββατον μαρίας, καὶ πέτρος ὕμνησεν λέγων· ἐξῆλθεν ἰσραὴλ ἐξ αἰγύπτου. Sequentia vero ab interprete Latino libere mutata videntur. Legitur enim Graece: καὶ οἱ ἄγγελοι ἦσαν ἐπὶ τῶν νεφελῶν ὑμνοῦντες, καὶ μὴ θεωρούμενοι, ἀλλὰ μόνον αἱ ᾠδαὶ τῶν ὕμνων ἠκούοντο ὡς φωνὴ ὄχλου πολλοῦ ἐν ὅλῃ τῇ ἱερουσαλήμ.

Digitized by Google

sequebantur. Dominus autem feretrum et apostolos nube protexit; itaque ipsi non videbantur, sed tantum eorum vox audiebatur. Affuerunt et angeli cum apostolis concinentes et terram totam sonitu mirae suavitatis implentes.“ Tum quae sequuntur de principe sacerdotum impetum in feretrum faciente, de manibus eius arefactis ac mirabiliter restitutis deque salute excaecatorum ex palma et fide, ea rursus inprimis cum eodem Iohannis Thess. sermone conveniunt. Ultima verba sunt: „Tertia autem die veniens Ihesus cum multitudine angelorum ipsos salutavit dicens: Pax vobis. Qui responderunt: Gloria tibi deus, qui facis mirabilia magna solus. Et dixit apostolis dominus: Quid gratiae et honoris vobis videtur ut meae nunc conferam genitrici? Et illi: Iustum videtur domine servis tuis ut, sicut tu devicta morte regnas in secula, sic tuae matris resuscites corpusculum et a dextris tuis colloces in aeternum. Quo annuente Michael archangelus continuo affuit et Mariae animam coram domino praesentavit. Tunc salvator loquutus est dicens: Surge proxima mea, columba mea, tabernaculum gratiae meae.“

Digitized by Google

ADDITAMENTA

AD ACTA APOSTOLORUM APOCRYPHA.

Additamentis ad acta apostolorum apocrypha ea tantum h. l. adiungamus quae ab Alb. Zoega in Catalogo codd. Copticor. etc. ex codicibus Sahidicis tanquam fragmenta actorum Andreae et Pauli et actorum Bartholomaei excerpta sunt. Ex actis Pauli et Andreae pag. 230. haec affert: „Andreas ab Apollonio nauta accipit pallium Pauli apostoli, qui se praecipitem dederat in mare ut inviseret loca inferorum ad quae accesserat dominus. Mox a Iudaeis urbem intrare vetitus, mortuum qui in urbe erat crastina die resuscitare pollicetur, et navi conscensa in locum pergit ubi Paulus se deiecerat, poculoque aquae dulcis in mare coniecto Paulum evocat. Hic cum emersisset, narrat se adiisse abyssum et loca animarum in inferno. Vidisse animam Iudae et cum ea collocutum esse de descensu domini ad inferos, qui omnes animas quae in eo loco erant eduxerat, praeter animam Iudae, eo quod iste antequam se suspendisset, diabolum sub serpentis forma sibi inhiantem ut dominum suum adorasset. Vidisse bivia inferni desolata portasque eius comminutas, et secum inde attulisse frustum ligni de limine earum. Vidisse et pulchrum locum, ubi usque ad descensum domini degerant animae Abrahami et ceterorum prophetarum, et e longinquo audivisse voces scelestorum in locis degentium quae non adierat dominus quae sunt loca ploratus et stridoris dentium homicidis et infanticidis et veneficis destinata [1]. His narratis Andreas cum Paulo et Apollonio ad

[1] Hanc priorem fragmentorum partem etiam Sahidice in Catalogo adscripsit editor, indeque Ed. Dulaurier l. l. pag. 30 sqq. vertit hunc in modum: André se dirigea vers la mer et dit au pilote de lui indiquer le lieu où Paul s'était jeté au sein des flots. S'embarquant aussitôt, ils naviguèrent jusqu'à ce qu'ils furent

Digitized by Google

littus redit et ad urbem, a qua cum a Iudaeis repellerentur, mittunt avem dictam Iustam, ut cognatos mortui ad portas aperien-

arrivés en cet endroit; le pilote, le lui montrant, lui dit: Le voilà. André remplit un vase d'eau douce et pria dessus de la manière suivante: „O mon Seigneur Jésus, vous qui séparâtes la lumière des ténèbres, qui fîtes surgir la terre au milieu des eaux, c'est en votre nom que je verse ce vase d'eau douce dans la mer aux ondes amères, et qui en traversera la profondeur jusqu'à ce que le fond se montre à nos regards, afin que, la terre se séparant de l'abîme, un passage s'ouvre pour mon frère Paul." Il dit et versa le vase d'eau douce dans la mer, en ajoutant: Retirez-vous, ondes salées et amères, en présence de l'eau douce. A peine eut-il prononcé ces paroles que le fond de la mer apparut, l'abîme s'entrouvrit et Paul s'élança au-dessus des flots, tenant un morceau de bois à la main; il se précipita sur André et le serra dans ses bras. Celui-ci lui dit: D'où viens-tu, mon frère, et quels lieux as-tu visités? Paul lui repondit: O mon frère, après mon départ j'ai parcouru les parties de l'abîme où notre Seigneur est descendu avant moi, et j'ai vu comment est ce séjour ténébreux. André lui dit: Ton courage a été au-delà de toute mesure. Nous mêmes, qui sommes les grands apôtres, qui avons vécu avec le Seigneur, à qui il a donné depuis sa resurrection toutes sortes d'instructions, qu'il a établis au-dessus de toute puissance, aucun de nous n'a osé faire ce que tu as exécuté. Paul lui répondit: J'ai fait de grandes choses, ô mon frère, j'en conviens; mais prête-moi de l'attention et je vais t'en faire le récit. Dès que j'ai eu pénétré dans le sein de l'abîme, j'ai vu le lieu où résident les âmes. J'ai vu Judas l'apôtre, qui fut le compagnon de notre Seigneur, plongé dans les châtiments les plus terribles. Lui adressant la parole, je lui dis: Pourquoi es-tu resté ainsi à souffrir, le Seigneur ne t'a donc point délivré avec les âmes, qu'il a ramenées avec lui? Judas me dit: Malheur à moi deux fois, malheur à ma conduite criminelle à son égard; car j'ai péché contre lui, je l'ai livré aux Juifs pour une somme d'argent périssable. Ayant su depuis qu'il était mon Seigneur et le maître de la terre entière, je suis allé rapporter l'argent que j'avais reçu; je suis allé le rendre aux grands prêtres; puis j'ai supplié notre Seigneur de me pardonner, et de ne point m'abandonner pour la seule faute que j'eusse commise envers lui, pour l'avoir trahi, l'assurant que s'il me délaissait, s'il n'avait point compassion de moi, je périrais. Souvenez-vous, lui disais-je, ô mon Sauveur, qu'un jour où Pierre vous adressait cette question: Si mon frère pèche contre moi, combien de fois devrai-je lui pardonner? sera-ce jusqu'à sept fois? je vous entendis lui répondre: Non pas jusqu'à sept fois, mais jusqu'à sept fois soixante et dix fois. Oui, j'ai péché une fois envers vous, j'ai péché, il est vrai; mais ayez compassion de moi, faites que je ne périsse pas, ô mon Seigneur. Quel est l'homme qui dédaigne de jeter un regard de pitié sur son fils en danger, et qui ne vole à son secours? J'ai commis, il est vrai, le crime de vous trahir; mais si vous ne me sauvez pas, c'en est fait de moi, ô mon Seigneur. Il me commanda alors d'aller au désert, en me disant: Ne crains personne, si ce n'est Dieu; si tu vois le diable venir à toi, que sa présence ne t'inspire aucune frayeur; n'appréhende rien, si ce n'est Dieu seul. J'étais allé sur la montagne pour jeûner, afin d'obtenir de Dieu mon pardon, lorsque le chef du mal se présenta à ma vue, et, levant sa tête au-dessus de moi, il me montra une gueule ouverte et prête à me dévorer; saisi

Digitized by Google

das excitet. Inde tumultu in urbe nato, Paulus portam ter ferit fragmine illo ex inferno allato. Statim dehiscit terra et portae decidunt in abyssum, apostoli autem urbem ingrediuntur, mortuum resuscitant et magnam Iudaeorum multitudinem ad fidem convertunt."

Fragmenta actorum Bartholomaei quum Zoega in duobus codicibus (num. 132 et 133 notatis) invenisset, ex utroque pag. 235 sq. haec excerpsit. Ex 132: „Dominus apparens Bartholomaeo ad Parthos ire iubet, sitos a Makedanis sive Cazarenis ad septentrionem. Mox Andream adit praecipitque ei ut e terra Barbarorum pergat ad Cazarenos, quadraginta dierum itinere distantes, et inde cum Bartholomaeo ad Parthos et Elamitas proficiscatur, inter alia inquiens: Mittam vobis hominem e terra Cynocephalorum, cui caput caninum est, et huius ministerio credent in me." Ex 133: „Andreas cum discipulis Rufo et Alexandro a civitate Barbarorum pergens in regionem Cadarenorum venit ad mare, ubi in littore apparet ei cetus qui olim Ionam deglutiverat, ipsumque cum discipulis absorbet et in ventre suo conditos trium dierum spatio transvehit ad littus Cadarenorum e regione oppidi Rochon." Ex 132: „Andreas expositus in littore Cazarenorum prope oppidum Iericho (in altero cod. Rochon dicto) putat se adhuc esse in terra Barbarorum, donec adventu Bartholomaei ab Iericho, ubi evangelium praedicaverat, pergente ad Makedan, certior fit de locorum situ." Ex 133: „Andreas et Bartholomaeus idola expellunt ex urbe cui praeerat Gallion proconsul, et ter in ignem coniecti salvi evadunt. Postea serris dissecantur, frustisque combustis cineres eorum in mare projiciuntur, ibique a ceto desorbentur, quo facto idola in urbem redeunt. Post tres dies compellit deus cetum ut apostolos reddat." Ex ultimis cod. 133 fragmentis: „Populo in theatro considente Cynocephalus, dictus Christianus, devorat leones duos, et tantum terrorem incutit omnibus ut ex urbe fugere incipiant;

---

de crainte, je me suis prosterné devant lui en le reconnaissant pour mon Seigneur. Aussitôt il s'est éloigné, et moi j'ai pleuré de n'avoir point fait pénitence. J'ai songé à ce que je devais faire (et j'ai dit): j'irai á l'endroit où était le Seigneur. et je l'implorerai. Mais déjà on l'avait conduit dans le Prétoire pour le juger. J'ajoutai alors: je m'étranglerai, et ainsi je préviendrai son arrivée dans l'Amentès. Le Sauveur est descendu dans ce lieu, il en a retiré toutes les âmes qui s'y trouvaient, il l'a rendu désert, laissant après lui mon âme seule. Etc. Finem versus scripsit Dulaurier: „C'est là qu' habitent Abraham, Isaac, Jacob", sed duce Zoega scribendum videtur: „qu' habitaient".

Digitized by Google

sed iidem apostoli muro igneo urbem circumdant ne quis exire possit. Tunc et Cynocephalo et igne oppressi supplices fiunt apostolis, quibus iubentibus Cynocephalus convertitur in puerum mitissimae indolis. Huic imponit Bartholomaeus nomen Pistos, pollicitus civitatem coelorum et famam immortalem, quod ope eius populus ille ad fidem fuerit conversus; populumque alloquitur, salvos fore si relictis idolis SS. trinitatem profiterentur. Statim universus populus fidem complectitur, indigne ferentibus sacerdotibus idolorum."

Digitized by Google

ADDITAMENTA

AD EVANGELIA APOCRYPHA.

Sed nonnihil etiam ad supplendam evangeliorum apocryphorum editionem daturos nos polliciti sumus. Hae litterae contigit ut invenirent nuper qui in Syriacis codicibus investigaret. Vir enim litterarum orientalium peritissimus Guilielm. Wright, a custodia librorum mss. Musei Britannici, eodem libro de quo iam supra dictum est: „Contributions to the Apocryphal Literature of the New Testament", ex Syriacis codicibus etiam protraxit quibus studia critica circa protevangelium Iacobi et Thomae evangelium iuvarentur. Quem librum quum auctor amicitiae suae erga me documentum esse voluerit, eo magis gaudeo quem inde ipsae litterae fructum habent. Quum enim nuper intellectum sit quantum libri Novi Testamenti apocryphi valeant ad illustrandam priorum post Christum saeculorum historiam, nihil pluris refert quam qua aetate illi scripti sint accuratius definire. Huc autem inprimis facit si, quem codices Graeci nobis textum praebent, eum iam veteres interpretes secutos esse demonstrari potest. Proptereaque Guilielm. Wright gratissimum nobis fecit quod novem capita posteriora protevangelii ex Syriaco codice sexti saeculi edidit. Hunc enim quum a Graeco nostro pendere non dubium sit, tantum non certum fit ipsi interpreti iam diu ante eundem librum ante oculos fuisse. Gratum autem viris doctis fore arbitror, si paullo accuratius indicabimus quae inter Graecum et Syriacum textum ratio intercedat.

Syriacum fragmentum a capite XVII. incipit, inde a verbis *αὐτὴ ἡ ἡμέρα κυρίου.* Sectione 2. Syrus legisse videtur *τὸν ὄνον αὐτοῦ* cum cod. A. Tum confirmat verba *καὶ εἵλκεν ὁ υἱὸς αὐτοῦ*

Digitized by Google

omissis reliquis *καὶ ἠκολούθ. Ἰωσήφ*. Sequentia: *καὶ ἤγγισαν* etc. fere sic exprimit: „et cum *ἤγγισαν ἐπὶ μιλ. τρ.*, vidit Ioseph Mariam *στιγνήν*. Et Ioseph dixit (absque *ἐν ἑαυτῷ* ut E).“ Tum habet *καὶ πάλιν εἶδεν αὐτὴν γελῶσαν* sine *ἐστράφη Ἰωσὴφ καί*. Quae vero sequuntur: *καὶ εἶπεν αὐτῇ* usque *χαίροντα καὶ ἀγαλλιώμενον*, satis accurate reddit.

XVIII, 1. Syrus consentit cum Graecis, omisso *χώρᾳ* cum AEL. Sectione 2. verba: *Ἐγὼ δὲ Ἰωσὴφ περιεπάτουν*, eodem prorsus modo Syrus habet: id quod grave est. Reliqua vero usque ad finem sectionis in brevius contraxit, ita ut tantum exprimeret: *καὶ εἶδον τὰ πάντα ἔκθαμβα· καὶ πάντα ὑπὸ θῆξιν ἐλύετο καὶ τῷ δρόμῳ αὐτῶν διελαύνετο.*

XIX, 1. Syrus paene ad verbum cum Graecis convenit: *καὶ εἶπον αὐτῇ* cum CF[a] habet; *καὶ εἶπέ μοι* cum CD; *εἶπον αὐτῇ* cum EGH. Sectione 2. a verbis *καὶ ἰδοὺ* (Syrus potius *ἦν* cum ACEF[a]) *νεφέλη φωτεινὴ ἐπισκιάζουσα τὸ σπήλαιον* statim pergit ad *ἕως οὗ ἐφάνη τὸ βρέφος καὶ ἦλθε καὶ ἔλαβε* etc. (haec accuratissime reddit). Etiam quae sectione 3. continentur conveniunt: *ὃ οὐ χωρεῖ ἡ φύσις αὕτη* cum cod. B (et A); *ζῇ κύριος ὁ θεός, ἐὰν μὴ ἴδω, οὐ μὴ πιστ. ὅτι παρθ. ἐστίν*, inprimis cum AE.

XX, 1. *εἶπε· μαριάμ* cum CE aliis pro *εἶπεν τῇ μαριάμ*: *σχημάτισον σεαυτήν* reddit „vide tu ipsa“, rursusque post *περίκειται περὶ σοῦ* addit „sed vide tu ipsa an sis virgo“. Nihilominus pergit „et (Salome) appropiavit et vidit eam esse virginem.“ Reliqua *καὶ ἠλάλαξε καὶ εἶπεν* etc. etiam Syrus; item sectiones 2 et 3, nisi quod verba *ἀλλὰ ἀπόδος με τοῖς πένησιν* omittit, item *τῶν πατέρων μου*. Consentit pariter sectione 4, sed priora: *καὶ προσῆλθε Σαλώμη* (per errorem manifestum Syrus *Μαρία*) usque *τῷ Ἰσραήλ*, libere mutat.

XXI, 1. 2. 3. 4. Longe pleraque conveniunt. Sectione 1. pro *Βηθλεέμ* Syrus per errorem „Jerusalem“ habet. Sectione 2. omittit *οὕτως γὰρ γέγραπται*. Sect. 3. pro *ἕως οὗ ἦλθον ἐν τῷ σπηλαίῳ καὶ ἔστη* etc. Syrus habet sed vix recte: until they came and stood (*usque dum venerunt et steterunt*) over the boy. Quae tum sequuntur, ita habet ut maxime cum ACD consentiat: *καὶ ἰδόντες τὸ παιδίον μετὰ τῆς μητρὸς αὐτοῦ Μαριάμ, πεσόντες προσεκύνησαν αὐτῷ, καὶ προσήνεγκαν αὐτῷ δῶρα, χρυσὸν καὶ σμύρναν καὶ λίβανον.*

XXII, 1. Syrus addit cum (GH)N *κατὰ τὸν χρόνον ὃν ἠρί-*

Digitized by Google

βωσε παρὰ τῶν μάγων. Sectione 2. consentit; sect. 3. omittit *ἀποκρυφῆς* cum D; post convenit maxime cum C: *καὶ τὸ ὄρος ἐκεῖνο διέφαινεν αὐτοῖς ὡς φῶς μέγα* (*μέγα* ad *φῶς* add AD).

XXIII, 1. *ὑπηρέτας πρὸς Ζαχαρίαν*: Syrus addit cum C *εἰς τὸ θυσιαστήρ. κυρίου.* Reliqua accurate expressa. Sectione 2. *καὶ ἀπῆλθον οἱ ὑπηρέται καὶ ἀπήγγ.* etiam Syrus. Pro *οἶδας γὰρ* cum DH aliis habet *οὐκ οἶδας.* Sect. 3. habet: *μάρτυς ὁ θεὸς* (ut B alii) *ὅτι ἐκχέεις μου τὸ αἷμα.* Verba *εἰς τὰ πρόθυρα τ. να. κυρ.* non exprimit. Agnoscit vero lectionem *περὶ τὸ διάφαιμα* („circa crepusculum").

XXIV, 1. *κατὰ τὸ ἔθος* Syrus post *ἀπῆλθον* ponit, omisso *οἱ ἱερεῖς.* Sect. 2. agnoscit additamentum multorum codd. *εἰς τὸ ἁγίασμα.* Tum habet *τὸ αἷμα κείμενον καὶ* (haec cum F^aF^b add) *πεπηγὸς ὡσεὶ λίθος,* contra omittit *καὶ ἀκούσας* usque (sect. 3.) *τὸ αἷμα αὐτοῦ λίθον γεγενημένον.* Post *τρεῖς ἡμέρας* omittit *κ. τρ. νύκτ.* Sect. 4. pro *μετὰ δὲ* (*καὶ μετὰ*) *τὰς τρεῖς ἡμέρας* habet: „et post plures dies", quae scriptura cum C *μετ. δὲ τ. ἡμέρ. ἐκείνας* conferenda est.

XXV, 1. *ἐν Ἱερουσαλήμ* cum *θορύβου γενομένου* coniungit. Post *ἐτελεύτ. Ἡρώδης* cum GH add *πικρῷ θανάτῳ.* Omittit cum pluribus codd. *τὴν δωρεὰν καί.* Sectionem 2. pariter atque codd. CF^aP omittit. Subscriptum est: „Explicit nativitas domini nostri et partus dominae meae Mariae".

Fragmentum protevangelii excipit apud Wright et in ipso eodem codice Syriaco Thomae evangelium, idque integrum. Inscriptum est: „Evangelium Thomae Israelitae sive historia infantiae domini nostri". Textus inprimis convenit cum evangelio nostro Thomae Graece A; passim vero propius accedit ad reliqua quae edidimus, maxime ad evangelium nostrum Thomae Latinum et ad Pseudo-Matthaeum, qui nobis dictus est. Adscribamus nonnulla quemadmodum Wright interpretatus est. Omisso capite 1. incipit a secundo: Now the boy Jesus the Messiah, when he was five years old[1], was playing at the ford of a stream of waters, and was receiving and confining the waters, and directing them in channels and making them enter into pools, and making

[1] Confirmat igitur scripturam Graecorum codicum nostrorum: Graece A, Graece B, item evang. Thom. Latinum cap. IV. Contra Pseudo-Matth. cap. XXVI. *iam inchoante quarto aetatis anno.*

Digitized by Google

them be pure and bright[2]. And he took from the moisture[3] soft clay, and formed twelve birds. For it was the Sabbath, and many boys were with him. But a man of the Jews saw him with the boys, when he made these, and told Joseph his father and irritated him against Jesus and said to him: On the Sabbath he has moulded clay and made birds, a thing that is not lawful on the Sabbath. And Joseph went and rebuked him and said to him: Why makest thou these on the Sabbath? Then Jesus clapped his hands, and made the birds fly away before the things which he (sed Syr. they) said[4]. And he said: Go, fly, and be mindful of me, ye who are alive[5]. And these birds went away twittering. But when the Pharisee[6] saw (this), he was much astonished, and went (and) told his friends.

Pergit Syrus ut Graec. A cap. III., evang. Thom. Latin. et Ps.-Matth.: But the son of Hannan the scribe, he too was with Jesus (Graece *μετὰ τοῦ Ἰωσήφ*). And he took a branch from a willow, and destroyed and broke down the pool, and let the waters, which Jesus had collected, run out and dried up their pools. And when Jesus saw what he did, he said to him: Without root shall thy shoot be; and thy fruit shall dry up, like a branch of the wood, which is broken by the wind, and is no more. And the boy withered suddenly. Quae Graec. A sequuntur: *ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀνεχώρησε* usque finem, Syrus non habet. Sed pergit statim ad cap. IV. Pro *διὰ τῆς κώμης* (A), *μέσον τῆς πόλεως* (B) habet *cum patre suo*, quemadmodum evang. Thom. Lat. habet *cum Ioseph per villam*. Tum Syrus confirmat scripturam: *οὐκ ἀπελεύσει τὴν ὁδόν σου*. Sectione 2. confirmat lectionem cod. Par. *σὺ τοῦτο τὸ παιδίον ἔχων* etc. Verbis *ἢ διδάσκετε* (sic Syrus) *αὐτ. εὐλογεῖν* exit caput apud Syrum.

Capitis V. historia (cf. etiam Ps.-Matth. XXIX et evang. Thom. Latin. V.) pariter apud Syrum sequitur. Pro *ἐγὼ οἶδα ὅτι τὰ ῥήματά σου* etc. Syrus sic: If the words of my Father were

---

[2] Verba καὶ λόγῳ μόνῳ ἐπέταξεν αὐτά non agnoscit.

[3] Haec respondere videntur Graecis codicum Vind. et Par.: ἐκ τῆς ὕλεως et ἐκ τῆς χήλεως, quae Wrightio corrupta ex ἐκ τ. εἰλύος (ἰλύος) videntur.

[4] Haec conferenda sunt ad verba: ἅμα τῷ λόγῳ Graece B cap. III. et *ad vocem imperii sui* Ps.Matth. cap. XXVII.

[5] Haec concordant cum cod. Par. ὑπάγετε πετάσθητε καὶ μέμνησθέ μου ζῶντες, item cum Graec. B ὑπάγετε πετάσθητε καὶ μιμνήσκεσθέ μου ζῶντα.

[6] Graec. A οἱ Ἰουδαῖοι. Sed apud Ps.Matth. cap. XXVII. est: *abierunt quidam - - et ad primates Pharisaeorum*. Item evang. Thom. Lat. IV, 3 statim post memoratur *Pharisaeus*, cuius loco Syr. et Gr. A υἱὸς Ἄννα τοῦ γραμματέως.

Digitized by Google

not wise, he would not know (how) to instruct children. And again he said: If these were children of the bedchamber, they would not receive curses. These shall not see torment. Sectione 2. desunt verba *καὶ οἱ ἰδόντες ἐφοβήθησαν σφόδρ.* usque *ὅτι τοιοῦτον ἐποίησεν ὁ Ἰησοῦς.* Verba *ζητεῖν καὶ μὴ εὑρίσκειν* exprimit: „imperare mihi et invenire me", ita ut *μὴ* abiecerit. Omittit extrema: *οὐκ οἶδας ὅτι σός; μή με λύπει.*

Post haec legitur historia de Zachaeo magistro (ut Graec. A cap. VI. VII. VIII.), sed textus a Graecis vario modo differt, item a Latinis, tamen prae ceteris cum Ps.-Matth. XXX et XXXI. atque cum evang. Latin. cap. VI. facit. Tum narratur de Zenone, ut est Graec. A IX. Ps.-Matth. XXXI. evang. Thom. Lat. VII. Caput vero X. quod habent Graec. A et evang. Thom. Latin. VIII., deest apud Syrum pariter atque in Ps.-Matth. Sed confirmantur quae sequuntur capite XI. de aqua in pallio adlata (Syrus Iesum septem annorum dicit, non ut Graece et Latine legitur sex), capite XII. de tritico (quod brevissime narratur; ceterum confirmat Graecum *κόρους ϱ'* et Latinum *centum modia*, pro quibus Ps.-Matth. XXXIV. *tres choros*), cap. XIII. de ligno adaequato (notatur eo tempore Iesum octo annorum fuisse, ut est in evang. Thom. Latino cap. XI. et in Graecis A ad fin. cap. XII. indicatur), capp. XIV et XV de puero rursus ad discendas litteras tradito magistris (sed ista paucioribus quam in Gr. et Lat. absolvuntur varieque ab hoc utroque differunt), cap. XVI. de Iacobo et vipera. Denique omissis capp. XVII et XVIII textus Graeci A legitur caput ultimum de puero annorum duodecim. Textus finem versus paullo magis cum Latinis (evang. Thom. Lat. XV, 2. Ps.-Matth. XXXX• ex cod. B) quam cum Graecis convenit. Legitur enim sic: And when Jesus was twelve years old, they went to Jerusalem, as it was the custom for Joseph and Mary to go to their festival. And when they had held the Passover, they returned to their house. And when they had turned to come (home), Jesus remained in Jerusalem; and neither Joseph nor Mary his mother knew (it), but they thought that he was with their companions. And when they came to the halting-place of that day, they were seeking among their kinsfolk and among those whom he knew. And when they did not find Jesus, they returned to Jerusalem and were seeking him. And after three days they found him sitting among the teachers, and hearing from them, and answering their questions; and all who were hearing were astonished, because he was bringing these teachers to silence, for he was expounding to

Digitized by Google

them the parables of the prophets and the mysteries and hard sayings which are in the law. And his mother says to him: My son, why hast thou done to us these (things)? for we were distressed and anxious and seeking for thee. Jesus answered and said: Why did ye seek me? Do ye not know that it is fitting for me to be in my Father's house? The scribes and Pharisees answered and say to Mary: „Art thou the mother of this boy? The Lord hath blessed thee; for the like of this glory and wisdom in children we have neither seen nor heard that any one has spoken." And he rose (and) went with his mother, and was subject to them. But his mother was preserving all these words. And Jesus was excelling and advancing in wisdom and in grace before God and before men. Amen.

Subscriptum est: „Explicit infantia domini nostri Iesu."

Post haec ex alio codice Syriaco (septimi fere saeculi) apud Wrightium leguntur litterae Herodis ad Pilatum datae rursusque quas Pilatus Herodi misit. Nos textum Graecum vitiosissime scriptum ex cod. Par. 929. hausimus. Scriptura satis differt, non item argumentum. Aliquando et has nugas in corpus Novi Testamenti apocryphum recipiemus.

Ex quo autem tempore evangelia apocrypha vulgavimus, ex codicibus Graecis et Latinis ipsi multa collegimus unde editioni nostrae accedant incrementa. Dedimus etiam operam ut, si quid olim e Thilonis Cod. apocrypho ad nostrum apparatum criticum transiit, id ad ipsos unde fluxerat codices exigeremus. Ita codices C et D ad Pseudo-Matthaei evangelium nuper demum ipsi examinavimus, nec pauca deprehendimus quibus quae duce dedimus Thilone emendantur et supplentur. Saepissime D cum C facit ubi nulla eius rei mentio facta est; alibi vero D propriam scripturam habet. Ita exempli caussa capp. XI et XII. in eo scripta sunt:

XI. „Cumque ordinasset Ioseph in nocte exurgere, ut fugiens habitaret in occultis, ecce in ipsa nocte apparuit ei angelus domini in sompnis dicens: Ioseph fili David, noli timere accipere Mariam coniugem tuam, quoniam quod in utero eius est, de spiritu sancto est." Quae sequuntur non differunt a textu nostro praeter extrema: „et narravit eis visionem suam. Et consolatus super Maria ait: Peccavi, quoniam suspicionem aliquam ut nequam habui de te."

XII. „Factum est autem post haec et exiit rumor quia Maria

Digitized by Google

esset gravida. Et comprehensus a ministris templi domini Ioseph ductus est ad pontificem, qui una cum sacerdotibus coepit exprobrare ei et dicere: Ut quid fraudatus es nuptias tantae ac talis virginis, quam et angeli dei sicut columbam in templo domini nutrierunt, quae virum nunquam videre voluit, quae in lege dei eruditionem optimam habuit? Tu autem si ei violentiam non fecisses, adhuc in virginitate permansisset. Ioseph autem devotabat se iurans quia nunquam tetigisset eam. Cui Abiacar pontifex dixit: Vivit deus quoniam te faciam [potare aquam] potationis domini, et statim apparebit peccatum tuum." Sect. II. „Tunc congregata est omnis multitudo Israel, quae dinumerari non poterat. Adducta est etiam Maria ad templum domini. Sacerdotes vero et affines ac parentes eius dicebant ad Mariam: Confitere — — de manu angeli. Vocatus est autem Ioseph ad altare, et data est ei aqua potationis domini: quam si gustasset homo nesciens[1] et septies circuisset altare, daret deus signum aliquod peccati in faciem eius. Cum ergo bibisset, securus etiam giravit altare, nullumque signum peccati apparuit in facie eius. Tunc iustificaverunt eum omnes sacerdotes — — dicentes: Beatus factus es tu, quoniam non est inventus reatus in te." Sect. III. „Et vocantes Mariam dixerunt ei: Tu quam excusationem habere poteris? aut quod signum maius apparebit in te quam hoc prodit conceptus ventris tui? Hoc solummodo a te requirimus ut, quia Ioseph mundatus est, confitearis quis est qui te decepit. Melius est enim — — in faciem tuam in medio populi vitam tuam manifestet. Tunc Maria intrepida dixit: Si est in me aliqua pollucio aut aliquod peccatum, aut fuit in me aliqua concupiscentia vel impuditia, detegat me dominus in conspectu omnium populorum, ut fiam omnibus emendationis exemplum. Et accedens ad altare confidenter bibit aquam potationis — — in illa ulla macula." Sect. IV. „Et cum omnes populi stuperent et hesitarent, videntes conceptum ventris at nullum signum in facie eius apparuisse, coeperunt inter se varia populi loquacitate turbari. Alii enim dicebant sanctitatem ex innocencia, alii vero per malam conscientiam accusabant eam. Tunc Maria videns populi suspicionem[2] nec se ex integro fuisse purgatam, omnibus audientibus voce clara dixit: Vivit dominus exercituum Adonay[3], in cuius conspectu sto, quoniam virum nunquam cognovi, sed nec cogno-

[1] Codex C *metuens homo* habet.

[2] Codex C *videns suspicionem populi* habet.

[3] Eodem modo in C scriptum est, non *adonai*.

Digitized by Google

scere habeo, quia ab infantia aetatis meae in haec mentem definivi. Et hoc deo meo votum feci ut ipsi qui me creavit — — vivere et ipsi soli sine aliqua pollucione quamdiu vixero permanere. Tunc omnes osculabantur eam, amplexantes genua eius, rogantesque eam ut malis suspicionibus eorum daret indulgentiam. Et deduxerunt eam omnes pop. et sacerd. et virg. cum exultatione et gaudio usque ad domum suam — — qui manifestavit sanctitatem tuam universae plebi Israel."

Caput nostrum XXX. in codice D, cuius scripturam Thilo saepe se non assequutum dixit proptereaque hoc capite aliisque pluribus non dedit, ita scriptum invenimus, ut passim praestet scripturae ex Vat. codice a nobis editae. Legitur enim ibi sic: „Quomodo Zachias rogavit Ioseph et Mariam, ut traderent Iesum magistro nomine Levi. XLVI."

„Magister iterum quidam Iudaeus nomine Zachias, audiens de Iesu, quod in eo insuperabilis esset sapiencia, factus est dolens, et cepit indisciplinate et stulte et sine timore loqui contra Ioseph. Dicebat enim: Tu non vis tradere filium tuum ut doceatur sciencia humana timoris. Sed videtur te et Mariam plus velle diligere filium vestrum quam tradiciones seniorum populi. Oportebat enim vos plus honorare presbyteros tocius ecclesiae Israel, ut cum infantibus mutuam haberet caritatem et inter eos iudaica erudiretur doctrina." Sect. II. „Cui e contra Ioseph ait: Et quis est qui hunc infantem possit tenere et docere? Sed si tu potes eum tenere et docere, nos minime prohibemus eum doceri a te ea quae ab hominibus docentur. Audiens Iesus quae Zachias dixerat respondit et dixit ei: Praeceptor legis, omnia quae paululum ante dixisti et nominasti oportet observare hominem similem tui. Alienus ego sum ab institutis, extraneus a foris vestris, parentem carnalem non habeo. Tu quidem legem legis et instructus in lege permanes; ego autem ante legem eram. Sed cum putas te non habere parem in doctrina, erudieris a me quae nemo alius docere potest nisi hic quem nominasti. Ipse enim potest quia dignus est. Ego autem cum exaltatus fuero a terra, cessare faciam genealogiae generis vestri memoriam. Tu quando natus es ignoras, ego vero solus scio quando vos nati estis et quanto tempore vita vestra erit in terra." Sect. III. „Tunc omnes qui audierunt verba haec, pavefacti obstupuerunt et clamaverunt dicentes: O mire magnum et admirabile sacramentum, nunquam audivimus talia. Nunquam ab alio aliquo auditum est hoc, nec a sacerdotibus nec a Pharisaeis nec a grammaticis dictum est aut

Digitized by Google

auditum aliquando. Nos scimus hunc unde natus est, et vix est adhuc annorum septem; unde haec verba loquitur? Responderunt Pharisaei: Nos nunquam audivimus talia verba in tali infancia.“ Sect. IV. „Et respondens Iesus dixit eis: In hoc vos admiramini quia talia ab infante dicuntur? Quare ergo vos non creditis mihi in his quae locutus sum vobis? Et quia dixi vobis: scio quando vos nati estis, cuncti miramini. Ampliora — — ego vidi et ille me vidit, et cum eo locutus sum. Et audientes haec obmutuerunt, nec quidquam audebant loqui. Dixitque eis iterum Iesus: Fui inter vos cum infantibus et non cognovistis me, locutus sum vobis quasi prudentibus et non intellexistis vocem meam, quia — — modicae fidei.“

Addamus caput XXXI, quod cod. D sic habet:

„Iterum magister Zachias dixit ad Ioseph: Da mihi puerum, et ego tradam eum magistro Levi, qui doceat illum litteras et erudiat. Tunc Ioseph et Maria blandientes Iesum duxerunt eum in scolam (sic) ut doceretur (cod. disceretur) a seniore Levi. Qui cum introisset, tacebat. Et magister Levi dicebat ad puerum unam litteram; incipiens a prima littera alpha, dicebat ei: Responde. Iesus vero nihil respondebat. Unde magister Levi iratus apprehendens virgam storatinam percussit eum capite.“ Sect. II. „Iesus vero dixit ad didascalum: Ut quid me percutis? In veritate scias quia qui percutitur magis docet percutientem se quam ab eo doceatur. Ego enim possum dicere tibi quae a te discuntur. Sed hi omnes caeci sunt qui discunt et audiunt, sunt quasi aes sonans aut cymbalum tinniens, in quibus non est sensus nec intellectus eorum quae intelliguntur per sonum illorum. Et subiungens Iesus dixit magistro: Omnis littera ab alpha usque ad tau dispositione discernitur. Dic mihi ergo primum tu quid sit tau, et ego dicam tibi quid sit alpha. Et iterum dixit Iesus: Qui alpha non norunt, quomodo tau discere possunt? Hypocritae, dicite mihi primum quid sit alpha, et tunc credam vobis cum dixeritis betha. Et cepit Iesus singularum litterarum nomina interrogare, dicens: Dic mihi, magister legis, prima littera quare habet triangulos multos graceratos (ita codex; Vat. gradatos), subacutos, mediatos, productos, obductos, erectos, stratos, ...[4] vel crucifixos. Cum autem Levi haec audisset, stupefactus est ad tantam dispositionem litterarum nominatarum.“ Sect. III. „Cepit ergo cunctis audientibus clamare et dicere: Non debet iste

[4] Scriptura corruptissima est: aliquam similitudinem vocis *curcistratos* habet quam ex Vat. edidimus, sed non ita legi potest.

Digitized by Google

puer vivere super terram, imo in magna cruce dignus [est] appendi. Nam potest ignem extinguere et alia tormenta deludere. Ego puto quia ante cataclismum natus fuerit. Quis enim venter illum portavit? Aut quae mater illum generavit? Aut quae ubera eum lactaverunt? Fugiam autem illum; non enim valeo sustinere verbum ex ore eius, sed cor meum stupescit talia verba audire. Nullum etiam hominem puto eius posse consequi verbum, nisi fuerit deus in eo. Nunc ego ipse infelix tradidi me huic in derisum; cum putarem me habere discipulum, ignorans eum, meum inveni magistrum. Quid dicam? Non valeo sustinere verba pueri huius. De hoc autem municipio fugiam, quia illum intendere non valeo; ab infante enim senex victus sum, quia neque inicium de quibus ipse affirmat invenire possum neque finem." Reliqua quae apud nos sequuntur codex Parisiensis non habet.

